# LIBER SECVNDVS CONSILIORVM ALEXANDRI IMOLENSIS.



LVGDVNI,

M. D. LVII.

LEGES XII. TAB.

Por comission de los SS. inquisidores se corrigió este libro por el indice del año de 1612 a 8 de mayo de 1613

Joan de Espineda

# Liber Secundus Consiliorum Clarissimi omnium, ⁊ doctissimi Iurisconsulti Domini Alex. Tartagni Imolensis: recenter expunctorum, ⁊ ab infinitis prope mendis exactissime repurgatorum, [illegible] in Iuris, ⁊ syncere praxis, studiosorum Togatorumque omnium gratiam, ⁊ vtilitatē in lucē editis marginiq; accōmodatis, feliciter incipit.

Quesitum est de tribus. Primo, vtrū Papa dispēsare potuerit super vsuris exigendis per hebreos in ciuitate Mātue, ⁊ permittere quod liceat principi Mantuano tolerare dictos hebreos volētes exercere fenus in ciuitate Mātue prout fecit. ¶ Secūdo, an illustris Marchio poterit de iure dicta decreta per eum cōcessa dictis hebreis infringere durante tempore concessionis. ¶ Tertio, an pro tempore quo post finita tempora dictorum decretorum Marchio scienter passus esset ⁊ tolerasset hebreos mutuare sub vsuris, ⁊ exigere modis consuetis tempore decretorum licuerit ipsi Marchioni aut suis officialibus contra ea que ipse tolerauit venire pro tēpore quo tolerauit. ¶ Et per consequens an possit contra hebreos innouare pro pignoribus que pro tempore dicte proclamationis ⁊ dictorum capitulorum datorum massario erant apud Hebreos.

## Summarium.

1 ☞ Vsure an possint licite permitti.
2 Iudeis vsure permittuntur ob publicam vtilitatem. nu. 8.
3 Ius diuinum humano potest dispensari.
4 Fenerari hosti an liceat.
5 Causa in Papa presumitur iusta etiam in illicitis.
6 Papa potest facere de peccato non peccatum, in particularibus.
7 Consuetudo iniusta facit vt papa dispensare possit.
9 Opinionum varietas eneruat legem, ⁊ tollit peccatum.
10 Vsurarie questiones ad cononistas non ad Theologos spectant.
11 Princeps tenetur seruare pacta facta cum Iudeis.
12 Priuilegium concessum princeps non potest auferre.
13 Pacta censentur reuocari pro tempore quo vsus toleratur.
14 Presens ⁊ tacens an videatur consentire.

## Consilium. I.

Redēptoris nostro inuocato suffragio. ¶ Circa primum dubium. primo arguitur pro parte negatiua, quod romanus pontifex super tolerantia ⁊ permissione vsurarum exercendarum dispensare non possit: [1] † quia nedum iure positiuo, sed etiam diuino prohibite sunt. ca. quia in omnibus. de vsur. ⁊ xiiij. q. iiij. q: dicā. ⁊ ea. causa. q. iij. pleriq;. ergo non pōt papa legē superioris tollere. x. dist. c. j. ⁊ ij. ⁊. c. cum inferior. de maio. ⁊ obe. l. nam ⁊ magistratus. ff. de arbit. Et plene tradit Spe. in tit. de leg. §. nunc breuiter. ⁊ gl. ⁊ doc. in. c. cum ad monasteriū. de statu mona. ¶ Secundo videtur tex. in. c. super eo. extra de vsu. vbi tex. formaliter dixit: cum vsurarum crimē vtraq; pagina detestetur super vsuris, dispensationē aliquā fieri non videmus aliquomodo posse: quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: multomagis prohibendus est quis ne pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur ⁊c. Ecce ergo text. expressum prohibentem dispensationem super crimine vsurarū, etiam si fiat pro aliqua pia ⁊ honesta causa. ¶ Tertio quia consuetudo contra ius diuinum nil inducere potest. c. fi. ⁊ ibi plene not. de consue. Ad idem tex. in. l. eos. §. j. ver. in traiectitijs. C. de vsur. vbi secundum Bald. probatur non valere consuetudinem que super vsuris disponeret cōtra ius commune. ¶ Ad hoc facit tex. in. d. c. quia in omnibus. in prin. vbi videtur probari quod communis vsus ⁊ obseruantia nō facit licitam esse exactionem vsurarum que prohibita est a iure diuino. Si ergo cōsuetudo nō potest que habet vim legis ⁊ etiam tollit: vt. l. j. ij. ⁊ iij. C. que sit longa cōsue. l. de quibus. ff. de legi. ergo nec papa qui similiter est lex animata, ⁊ habet etiam potestatem legem tollendi. c. proposuit. de conces. preben. ⁊ in authentica de consue. §. fi. ⁊ l. j. de consti. prin. ¶ Accidit, qr vsura est rapina. xiiij. q. iiij. si quis vsuram. ⁊ vsura dicitur esse exactio nequissima. xlvij. disti. §. erit autem. viij. dist. c. mala. ¶ Quarto, quia iura neque naturalia neq; canonica debent permittere vsurarum exactionem: etiā propter aliquod bonū temporale quod inde oriretur: vel propter aliquod malum qđ [a] inde vitaretur: vt late [a] probat Io. an. in regula peccatum. in mercurialib9. cui9 verba breuitatis causa nō refero. ¶ Quinto, quia videmus qđ ius ciuile aut. etiam permittebat in aliquibus casibus vsuras propter publicam vtilitatem, ad hoc vt homines pecunia indigentes conseruationi vite sue ⁊ alimentis ⁊ alijs suis necessarijs consulere ⁊ prouidere possint: vt est tex. in aut. nullum credentē agricole. in prin. col. iiij. vnde sumpta est auth. ad hec. C. de vsur. ⁊ tamen constat qđ ista dispositio ⁊ permissio de iure saltem canonico non habet effectum: vt in. d. aut. ad hec. per gl. ⁊ doc. in. d. aut. nullum credentem. ⁊ no. doc. in. c. cum sit generale. de foro compe. ⁊ in. c. j. de vsur. in. vj. cum concord. de quibus ibi. ¶ Sexto, per ea que dicit Bal. in. l. cunctos populos. in. iiij. col. C. de sum. trini. vbi inquit Imperator non potest permittere vsuras etiā propter bonum publicum: quia inferior non potest permittere id qđ vetat superior. i. ipse deus. Et idem dicit Bald. in authen. ad hec. in. ij. col. C. de vsur. vbi in hoc reprehēdit Nic. de mat. contrarium tenentem, ⁊ ita est etiam de mente Bald. in l. ij. C. de vsur. in. iij. q. ¶ Septimo, ꝑ hoc facit cle. j. de vsu. vbi damnantur omnia statuta ⁊ cōsuetudines quibus prestatur fauor exactioni vsurarum. ¶ Et iuxta hoc per illum tex. dicunt ibi Lauden. ⁊ dñs Cardi. ⁊ Io. de imo. qđ rex Aragonū non iuste accipit tributum a iudeis ⁊ saracenis propter vsuras quas permittit eos exercere: ⁊ qđ rex propter hoc incidit in excommunicationem per illum tex. ⁊ qđ no. ibi glo. in ver. censura. ¶ Et quia nedum christiani, sed nec etiā iudei possunt vsuras exercere, cum etiam lege veteri vsure sint prohibite: ⁊ hoc maxime si exigantur per iudeos a christianis. c. post miserabilem. ⁊. c. quanto. de vsur. vbi etiam iniungitur principibus secularibus, vt super hoc iudeos prohibeāt. [2] ¶ † Sed [b] premissis non obstantibus contrariam sententiam in casu de quo queritur probabiliorē esse puto: vz qđ dictus romanus pontifex poterit ex dictis causis publicam vtilitatem concernentibus permittere dicto principi Mantue licentiam paciscendi cum dictis iudeis, qđ valeat vsuras ibi exercere scdm consuetudines preteritas ⁊ antiquas, a tanto tēpore citra cuius initium memoria nō existit: vt probatur per id quod not. Spe. in tit. de leg. §. nunc de episcoporum. ver. sunt etiam qui dicunt vbi Spe. sequutus dominum suum Hosti. dicit qđ in his in quibus secundū legem diuinam committitur mortale peccatum sicut ⁊ in furto ⁊ rapina. xiiij. q. v. penale. dispēsare non potest etiam papa quo minus penitētia agatur ⁊ restitutio fiat. extra de vsur. c. cum tu. ⁊ xxiij. q. v. c. si quod. ⁊. c. nulli. In his vero in quibus secundum ius positiuū mortale peccatum committitur ⁊ est episcop. seu inferioribus interdicta dispensatio, nullus dispensare vel penitētiam prestare potest nisi solus papa: vel is cui specialiter papa cōmiserit. Et istam doctrinā sequitur etiā Archi. xiiij. q. vj. c. fi. ¶ Sed ita est ꝙ papa permittendo ex causa qđ iudei in certo loco vsuras exerceant non facit committi peccatum mortale scdm legem diuinam: quia respectu iudeorum fenerantium superuacuo queritur an committatur mortale peccatū: quia vt dicit Petr. de anch. in consi. ccxliij. incip. christianissime ⁊ illustrissime princeps ⁊c. superuacue rei operam dare videtur qui coercere iudeos nititur a peccato, quia iam damnati propter perfidiam eorum tolerandi sunt: igitur in eorum iuribus. xlv. dist. quam [c] sancte. ⁊ quia nihil [c] ad nos de his que fori nostri non sunt. c. gaudemus. de diuor. ¶ Nec respectu christianorū recipien-

[...]tum a iudeis pecunias sub vsuris cōmittitur mortale pctm: [...]t no. Host. et alij in c. super eo. de vsur. et Archid. xxij. q. j. mo [...]et. in c. si quis vsuras. xiij. q. iiij. et do. Pet. de anch. in cle. j. de vsur. et Jo. de imo. in c. debitores. de iureiur. et probatur per illum tex. in c. j. eo. tit. ¶ †Et qd possit papa dispensare contra ius diuinū in certo casu quādo ex hoc non venit cōmittēdum peccatū mortale probatur in c. fi. de consue. cum ibi nota. vbi probatur qd cōsuetudo cōtra ius diuinum valet si nō inducit ex eo mortale peccatū: ergo pari ratione potest romanus pōtifex dispēsare. Cū etiā papa sicut et consuetudo habet potestatem ad legē tollendā: vt in prin. dixi. versi. ad hoc facit. ¶ Ad idē tex. in c. licet. et c. fi. de ferijs. vbi ex causa potest dispensari[b] et tolli in certo casu ius diuinū disponēs qp feriati et solennes dies in honorē dei debent venerari ad hoc qd nota. glo. xxv. q. j. sunt quidem. idē in effectu voluit Bar. plene in l. omnes populi. in iij. q. prin. ff. de iustitia et iure. et ca. i. c. que in ecclesiarū. de consti. et Cyn. in l. rescripta. C. de preci. impera. offer. et alij legiste in l. fi. C. si contra ius vel vti. publica. et in l. j. ff. de consti. princ. vbi voluit quod statutum superioris contra ius diuinum valeat si nō cōmittitur peccatū dūmodo statutum fiat super eo quod spectat ad superiorem statuentem vt si est superior temporalis non statuat super materia spirituali iuxta ea que habentur in c. ecclesia sancte marie. de constitu. et in aut. cassa. de sacrosan. eccl. et in c. nouerint. de sen. excō. cum si. ¶ Ideo Inno. in c. quia plerique. ad fi. de immu. eccl. fuit sane locutus dum dixit qd constitutiones superioris existentes contra salutem animarum non valent. sed ista nō huiusmodi: ergo etc. ¶ Secundo principaliter probatur: nam concludūt doct. cōmuniter: et Bar. in d. l. oēs populi. in iij. q. principali. cū cōco. proxime allegatis, quod vbicūque de iure diuino prohibitio non est simpliciter facta, sed in aliquo casu permissa, est illa res prohibita. Exemplum in precepto diuine legis quo cautum est: Non occides. nam simpliciter non fuit prohibita occisio, patet: quia etiā lege diuina cautum erat quod qui occidit occidatur: et gladio feriens gladio peribit. ideo tunc superior potest ex causa permittere homicidiū in casu nō permisso a lege diuina: vt patet in l. j. et ij. C. qui li. sine iud. vin. et l. iij. §. fi. ad l. corne. de sica. et in l. gracchus. C. de adulte. cum si. Sed ita est qd lege diuina nō erat simpliciter prohibita vsura† imo in aliquo erat permissa qn saltē mutuabāt hosti: vt habetur Deut. xxiij. ca. vbi dicit: Nō fenerabēris fratri tuo pecuniā, sed alieno: vt habetur. xiiij. q. iiij. ca. ab illo.[c] scdm vltimum intellectū gl. ibi quem approbat Jo. an. in c. super eo. de vsur. et Host. in ca. salubriter. de vsu. et in summa de vsu. §. in aliquo. ver. viij. et Saly. in auth. ad hec. in. iij. col. C. de vsu. ¶ Et dixit beatus Tho. vt refert Archi. in d. c. ab illo. quod lex antiqua permisit iudeos accipere vsuras a gētibus vt euitarēt iudei maius malū scilicet ne a deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiā cui dediti erāt. sicut dicitur in libello repudij, qui fuit eis permissus ne vxores occiderēt. enumerat etiam glo. xiij. q. iij. in sum. et Host. in summa de vsu. post gl. aliquos alios casus in quibus erant vsure permisse. ¶ Tertio hoc videt decidere Archi. xxxj. q. j. c. hac ratione. vbi per illū tex. no. sic dicit vez qd qn multi mali vez vsurarij vel alij sunt et nō possunt sine scādalo coerceri permittēdi sunt. ar. xxiij. q. iiij. cū quisque. et c. ipsa pietas. et c. non pōt. ¶ Cū ergo pontifex possit ex iusta causa permittere vsurarios fenus exercere, dz presumi qd dictus pontifex motus fuit etiā ob iustam causam ad permittēdum hebreos exercere fenus in ciuitate Mantue que est ciuitas subiecta imperio et nō ecclesie† quia summus pōtifex qn aliquid facit qd fieri nō pōt sine certa iusta causa presumitur facere ex iusta[d] et certa causa permissa. not. Cy. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. et Jaco. but. in l. fi. C. si ꝯ ius vel vti. pub. et Ant. de but. et Jo. de Imo. in d. c. que in ecclesiarū. et Ant. de but. in c. cū inter. de renū. et in c. cōstitutus. de reli. do. et Bal. in l. testamentū. C. de test. ¶ Et satis verisimile est qd ista fuerit talis causa in qua sine scādalo non possunt coerceri vsurarij hebrei in ciuitate Mantue: quia si nō essent iudei qui mutuarent, christiani hoc facerēt prout fecerūt alias vt deponūt testes: qd esset magis scādalosum et preiudiciale. ac etiā fuit prohibitū iudeis etiā ibi ne vsuras exercerēt: tūc ppter clamores populi fuit opportunū qd postea permitteretur: vt deponunt testes ita qd ista decisio Archi. videt casui nostro bene cōuenire. ¶ †Quarto hoc etiā videtur decidere. d. Car. in cle. j. §. fi. in. xvij. q. de vsu. vbi sequitur Laudēsis vbi querit an sicut papa decreuit in certis casibus non esse peccatum recipere vltra sortem iuxta no. in c. cōquestus. alle. cum alijs alle. §. in ij. arg. Ita etiā possit decernere in oībus ita qd de peccato vtraque lege damnato posset facere non peccatum. et cōcludit cum Lau. qd non: quia aliqua licēt in singulo que nō licent in vniuerso. Potest etiā papa aliquas personas prohibere ne cōtrahant matrimoniū. non tū oēs, alias peruerteret statum fidei, quod non licet. ¶ Illud idē voluit Pet. de ancha. et Jo. de imo. in d. cle. j. de vsu. vbi vltra predicta adducūt qr videmus qp quis decime fuerint inducte de iure diuino. c. tua nobis. de deci. in [...] de pōt papa [...] vni vel duobus, et etiā tribus etc. non aūt [...] tua nobis. de deci. [...] casibus ex causa papa potest permittere vsuras, non autē vniuersaliter. ¶ Quinto accidit id qd voluit glo. no. in c. venerabili. de cōsue. per quā ibi dicūt Ant. de bu. et alij scribētes † qd licet consuetudo irrationabilis non validet actum ne excuset a pctō: tū operatur vt facilius possit super actu dispensari, prout fuit in casu nostro in quo apparet qd viguit Mātue vetustissima a tanto tēpore, cuius initiū memoria nō existit qd iudei mutuarent sub vsuris. ¶ Sexto videt fuisse de mente Pe. de anch. in consi. ccliij. vbi videt velle qd princeps tpalis nō possit per decretū iudeis permittere fenus exercere propter bonū publicum: quia hec cognitio non spectat ad superiores tpales, sed bene spectat[e] ad papā cū sapiat spiritualitatē. alle. in simili no. p Pau. de leaza. in cle. dispēdiosam. de iudi. et per Bar. in l. titia. ff. sol. mat. cum concor. ¶ Et videtur velle Pet. de anch. in d. cōsi. qd si papa hoc iudeis permitteret ppter bonū publicum, valeret illa pmissio quia ex aliqua partiū. s. tam hebreorum qp christianorum recipientium, non videtur dari pctm preiudiciale anime: vt dixi in primo argu. ¶ Et quia propter bonū qp ex aliquo male gesto sequit ipsum malū toleratur vt pz. iij. dist. nemini. ¶ Et per id qd no. glo. j. in c. inter opera. de spon. nam ecclesia tolerat publicas meretrices et sub dissimulatione pertrāsit vt maius malū euitetur, presertim concurrente cōsensu illius populi, cuius nomine etiam pro hac permissione impetrāda fuit supplicatum Romano pon. vt probat late Pet. de ancha. in preallegat. cōsi. ¶ Septimo hoc etiā fuit de mēte Pau.[f] de ca. in cōsi. ccclviij. qd incip. quoddā cōe cōuenit etc. † vbi tenet qd sunt laudabiles, et sine onere cōscientie cōuentiones, quas faciunt populi et cōitates cū iudeis de mutuādo sub vsuris, put inoleuit cōis mos et obseruātia per totā Italiā. et dicit qd super hoc extabat etiam priuilegiū Martini quinti, et Eugenij quarti: quia in casibus cōuentionalibus cessant rōnes per quas tex. in cle. j. de vsu. reprobat statuta que fierent sub vsuris exigēdis: quia dispositio illi⁹ cle. voluit obuiare prauitati et insanie quorūdā laicorū volētiū plus credere capiti suo, qp scripturis diuinis et humanis: et volētium pertinaciter vsuras sustinere, ppter necessitates hominū de iure fore permissas. et super hoc statuta condunt seu condi faciunt nō solū in personis iudeorum, sed etiam christianorū vt talia statuta et assertiones cōtinentia, seu continentes heresim illa cle. detestat et annullat, sz obseruātia generalis que hodie viget per totā Italiam de tolerando iudeos in ciuitatibus sub vsuris mutuantes christianis ppter necessitates hominū, quibus alio modo nō potest bene prouideri cum talis prouisio sit summe necessaria, nō est illius conditionis qualitatis, et nature, cuius erat opi. illorū, que dedit causam illi cle. non enim populi christiani tales conuētiones cū iudeis faciūt: quia credunt vsuras posse fieri licitas per tales cōuentiones: quia si hoc crederent facerent, et exercerēt vsuras intra se non cum iudeis, imo cum sentiunt contrariū, volūt potius illaqueari animas iudeorū qui tenent qp non sit peccatū eis si mutuant christianis sub vsuris per illā authoritatem Deutero. quā allegaui, scz cum nō teneāt nos fratres eorum: vt no. per gl. in d. cle. j. et sic concludo necessarium et salutiferum fuisse talem consuetudinē introducere, et sine peccato: quia de animab⁹ iudeorū et eorū salute nihil ad nos de his q̄ foris sunt. ij. q. j. multo. nec quo ad eorū animas se impedit ecclesia, sed solum quo ad restitutionē vsurarū: vt. d. c. post miserabilē. et c. quanto. de vsuris. et lati⁹ hoc prosequitur Pau. de ca. cōcludendo vt dixi. ¶ Vltimo pro hoc adduco, quia etiā dato qp circa hoc varie essent opi. tū seruans vnā opi. nō peccaret: † quia ille qui facit contra legē precepti in quo sunt varie opi. seu intellectus, nō peccat:[g] vt singulariter colligit ex text. et glo. et ibi not. per An. de but. in c. capellanus. de fer. pro quo etiā bene facit qp no. Inn. in c. ne initaris. de consti. ¶ Et sic videtur ex predictis concludendum dictam permissionē fieri iuste potuisse de iure. ¶ †Et si aliqui fortasse sacre Theologie professores inueniunt, qui aliter sentirēt, tū in hac materia potius standum est doct. iuris canonici, qp sacre Theologie[h] magistris: vt egregie concludit Petr. de anch. in sua disputatione eleganti inci. antiquis et modernis tēporibus viri catholici et conscientie timorate etc. vbi tractat, an decisio questionū emergentium in materia vsurarum spectet ad sacre Theologie magistros, an vero ad docto. iur. canoni. et ciuilis. Et dicit

prima

7 e f 8 9 g 10 h

[...]eō. ccxcv. [...] lib. ij.

5 peccat. trās[...] legibus hūa[...] p Accur. in [...]sti. C. §. qb⁹. h. [...]as. Bar. in l. q. [...]e. §. duo fres. [...] ibi frā. ri. [...]vij. de xb. obli.

Theologie. cō[...] tenet corrad. de [...]ntrac. q. xlix.

5 d 6

prima facie videri dicendum qđ ad magistros sacre Theolo-
gie: quia prohibitio vsurarum trahit originē a iure diuino no
ui ⁊ veteris testamenti, vt. c. quia in omnibus. ⁊. c. super eo. de
vsu. ergo ad peritos in illa scientia debet pertinere interpreta-
tio dubitorū: nam in omnibus hoc dicimus, quod cuilibet ex-
perto in sua scientia credendum est. c. fraternitati. de frig. ⁊ ma
lefi. c. significasti. el. ij. de homici. circa prin. l. j. ff. de ven. inspi. l.
semel. C. de testa. mili. lib. xij. ¶ Tamen contrarium conclu-
dit ipse scz qđ spectat talium casuum decisio principaliter ad
docto. iuris cano. quia scientia canonica principaliter ad hoc
tēdit. s. interpretari ius diuinū in dubijs casibus pertinētibus
ad moralem Philosophiā, vt pz in prin. decre. Sciētia autē
Theologica pertinet ad interpretationē iuris diuini, quo ad
opera dñi nostri Jesu Christi. ⁊ illud dicit bene probari in lib.
mora. b. Greg. super Job, super illa duplici expositione noui
⁊ vete. testa. ⁊ videmus qđ in volumine decretalium sunt de-
cisiones summorū pontificū super dubijs iuris naturalis, ⁊
iuris diuini. Patet hoc etiā in cōpilatiōe decre. vbi habem⁹
de deci. de baptis. de voto. de matrimonio, de simonia, de fur-
tis, de vsuris, de iuramētis, similib⁹ tractātibus, ⁊ titulis spe-
cialibus: quoꝝ proprium est dubia lucidare que oriunt̄ in pre
dictis materijs originē trahētibus de iure naturali ⁊ diuino.
⁊ sic residet interpretatio iuris diuini, quaten⁹ spectat ad mo
ralitatē, que dirigit actus nostros in deū, pertinet ad doct. de
cretorū qui ex cōstitutionibus canonicis, ⁊ decretis sanctorū
patrū debent ius diuinū adiuuare, corrigere, ⁊ supplere, iuxta
no. per doc. in. c. que in ecclesiarū. ⁊ per glo. ⁊ doc. in. d. l. fi. C. si
quis contra ius vel vti. pub. Quatenus vero ius diuinū ten-
dit ad spiritualitatē, ⁊ agnitionē vere fidei contra hereticos,
iudeos, ⁊ alios infideles, spectat ad Theologos secūdū Pe.
de ancha. qui subdit, qđ sepe vidit magistros in sacra pagina
respondentes super dubijs que occurrunt super decimis testa
mentis, matrimonij, vsuris, ⁊ similibus errare: ⁊ ideo est illis
periculosum aliquid affirmare vel negare secūdū eos. ¶ Mo
do restat respōdere ad allegata in cōtrariū, ad que tñ satis re-
sponsum est ex supradictis. ¶ Nam primo nō ob. primus. q.
⁊. iij. artic. ꝙ vsure prohibentur iure diuino super quo nō po-
test dispensari: nec etiā super hoc pōt cōsuetudo aliquid indu-
cere ⁊c. qꝛ respōdeo ꝙ istud non procedit qñ dispensatio esset
sine peccato mortali, ⁊ interitu salutis anime, prout in casu
nostro qñ permittitur iudeis: ⁊ saltē qñ in certo loco particu-
lari ⁊ propter bonū publicū hoc permitteret̄ vt probaui p sex,
vel septē media superius inducta. ¶ Uel respōdeo qđ cōtra-
ria non procedūt qñ vsurarij nō possent sine scādalo coerceri:
qꝛ tunc papa permittere pōt, vt singulariter dicit Arch. in. c.
hac rōne. xxxj. q. j. ob quā causam presumitur pontificē fuisse
motū ad permittēdū prout permisit, vt probaui. s̄. in. iij. arti.
⁊ maxime accedente cōsuetudine vetustissima in hebreis, que
facilius permittit dispēsari, vt dixi in. iij. arg. ¶ Uel aliter rñ-
deo ad. d. c. super eo. in. ij. ar. in cōtrariū allegato: qꝛ non sequi-
tur, lex vel canō prohibet dispēsari, nā iura sepe phi. rescripta
concedi vel valere in certis casibus: ⁊ tñ fallit vbi in rescriptis
si sit clausula, non ob. vt per gl. Cy. ⁊ Bal. in. l. fin. C. si contra
ius vel vti. pub. ¶ Non ob. ea que no. Jo. in regula peccatum.
qꝛ rñ. Jo. an. ibi soluēdo cōcludit qđ ius cano. non debet per-
mittere vsurā propter aliqđ bonū tēporale, vel qđ inde oriat̄,
vel propter aliqđ malū, qđ inde vitetur, nō aūt querit ibi Jo.
an. vtrū de plenitudine potestatis papa possit ex cā permitte
re, nā videt̄ qđ papa in loco certo, casu, ⁊ cā possit pmittere: vt
probāt ar. q̄. s̄. deduxi. ⁊ presertim qñ sine scādalo nō possent
coerceri vt iam dixi. ¶ Preterea ārg. ⁊ rationes Jo. an. mili-
tant qñ ex tali permissione induceretur pctm̄ mortale ⁊ interi
tus salutis eterne: vt qñ qs exercēdo vsuras cōtēneret legē di
uinā p infidelitatē que est opposita fidei, quā in baptismo pro
fessus est: ita dicit Jo. an. in. d. regula pctm̄. in. iij. q. ⁊ sic nō mi
litāt rōnes sue in casu nostro in quo iudeis, nō aūt christianis
hoc permittit̄. ¶ Nō ob. ar. sextū ꝙ ius ciuile permittit in cer
tis casibus vsuras propter bonū publicū: qꝛ fuit reprobatū p
ius cano. qꝛ vltra alias rñsiones de qbus rñde. qđ si ius cano-
nicū illud reprobauerit, nō sequit̄: ergo papa nō pōt in hoc tol
lere vel dispēsare super dispositiōe iuris canonici, cū sit cōtra
ius: vt. d. c. propoluit. de cōces. prebē. ¶ Nō ob. septimū arg. s.
de his que no. Bal. in. d. l. cūctos populos. qꝛ rñdeo vltra pre
dicta qđ verū est qđ Imperator nō pōt dispēsare: qꝛ nō spe-
ctat hec cognitio ad forū eius: sed ad papā ⁊ ecclesiam, vt dixi
supra referēdo Pe. de anc. in suo cōsi. ¶ Et per hoc est etiam
respōsum ad octauū ⁊ vltimū ar. ad cle. j. de vsu. iunctis ibi no.
per do. Card. ad quā cle. fuit etiā rñsum. s̄. referendo Pau. de
ca. in suo cōsi. ¶ † Uenio ad secūdū dubiū vz vtrū princeps
Mantuanus potuerit de iure dicta decreta, ⁊ conuentiones
initas cum dictis hebreis infringere, etiā durāte tēpore con-
uentionis. ¶ Et in hoc dubio ⁊ seq. breuius me expediā post
quā in primo me opportuit parūper esse longiorē solito in cō
sulendo. Et cōcludo qđ princeps nō potuit infringere stātib⁹
his, q̄ dicta sunt in priori dubio nulla superueniente iusta cā.
¶ Maxime attēto qđ in dictis pactis, cōuētionibus, ⁊ cap.
expresse cōuentū fuit qđ durare debeat p quinquenniū absqꝫ
aliqua innouatione. nā quilibet etiā si sit supremus princeps,
pacta ⁊ suos ꝯctus seruare tenet̄. c. j. de na. feu. ⁊ ibi Jo. an. de
pba. l. digna vox. de. ll. ⁊ ibi hoc no. Guid. de suza. Cy. Bart. ⁊
Bal. etiā i. l. ex imperfecto. de test. ¶ Attēto maxime, ꝙ dicte
cōuentio. sunt reciproce, ⁊ vltro citroqꝫ obligatorie: qꝛ etiā ex
aduerso iudei ad aliqua se obligarūt, vt pz in dictis ca. in qui
bus posita sunt hec p modū cōuentionis ⁊ ꝯctus vltro citro
que obligatorij: quo casu etiā supremus princeps non pōt ea
reuocare saltē nō superueniēte aliqua iusta cā, vt not. oēs in. c.
nouit. de iudi. ⁊ in. c. nostra. de iniur. ⁊ dā. da. ⁊ in. c. que in ec-
clesiarū. de cōsti. ⁊ Archi. xi. q. j. quicūqꝫ. ⁊ in. c. lz cau. de elec.
in. vj. ⁊ Bart. in. l. oēs populi. in. iij. q. principali. ff. de iusti. ⁊
iur. in. l. qđ semel. de decre. ab or. fac. ⁊ Jo. an. in addi. Spec. in
ti. de cēsi. §. nūc vidēdū. ver. qd si vniuersitas fecit pctm̄. ¶ Et
Bal. in. l. si cū mihi. ff. de do. ⁊ in. l. donationes quas. per illuz
tex. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. vbi dicit qđ princeps tenet̄ ser-
uare ciuilitatē cōcessam alicui per modū ꝯctus, nisi ex cā, scz
qñ ipsi principi nō seruarent̄ cōuenta, ⁊ idē Bald. in. l. fi. C. de
cōdi. ob cau. ⁊ in. l. q se patris. C. vñ li. in. iiij. col. in ver. ⁊ scias
qđ Bal. in addi. Spe. in ti. de sen. in. xxiij. col. versi. sñia aliqñ
fert̄ ⁊c. Cy. not. in. l. amplius. §. j. ff. de lega. j. ⁊ mode. in. c. j. de
cōsti. in. vj. Facit qđ voluit gl. reputata sing. in. l. decurio. C. de
silētiarijs ⁊ decu. lib. xij. ¶ Et qđ no. gl. xij. di. in. c. j. in gl. que
12 incip. nec papa. vbi gl. inquit † qđ papa nō dz ius alteri quesi
tum auferre sine cā: vt dixit Jo. an. in addi. Spe. in ti. de lega-
to. §. nūc ostendendū. ver. lvij. ⁊ no. Inno. ⁊ Jo. an. in. c. inno-
tuit. de elec. ⁊ in. c. cōstitutus. post gl. de reli. do. ⁊ legiste in. l. fi.
C. si ꝯ ius vel vtili. pub. cū suis cōcor. ¶ Et per hoc pz nō ob.
id qđ no. gl. fi. in. c. decet. de reg. iur. in. vj. vbi gl. dicit qđ prin-
ceps priuilegiū a se cōcessum reuocare pōt vt no. Ang. in. l. an
thiochēsiū. de priui. cre. qꝛ illud verū est in mero priuilegio: se-
cus in pacto vel in ꝯtractu, vt no. Cy. Bar. ⁊ alij in. d. l. digna
vox cū alijs. s̄. allegatis: sed illa de quib⁹ in casu nostro querit̄
fuerūt pacta vt expresse attestatur scriptura: ergo ⁊c. ¶ Per
hoc etiā apparet nō ob. id qđ no. p gl. xvj. q. j. in. c. ecclia. ⁊ gl.
ix. q. iij. conquestus. in gl. pe. ⁊ qđ no. glo. in. d. c. conquestus. ⁊
Spe. ⁊ Jo. an. in tit. de leg. §. nunc. ostēdendū. versi. lvij. ⁊ ver.
lxxxviij. ⁊ Bal. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. ⁊ in. l. fi. C. si
ꝯ ius vel vti. pub. vbi voluit qđ princeps possit ius alteri que
sitū auferre: qꝛ rñdeo qđ dz illud intelligi qñ erat q̄sitū p mo-
dū ꝯctus qñ fieret cū cā, nō aūt sine cā per ea q̄. s̄. allegaui vbi
hoc probat̄. ¶ Uel si intelligas qđ sine cā posset, intelligit̄ in
supremo imperatore superiorē non recognoscēte qñ vellet fa-
cere nō de iure: sed de plenitudine potestatis: qꝛ tunc vt dicit
Spe. in. d. versi. lxxxviij. hoc ideo est: qꝛ non est superior aliqs
qui ei dicat cur ita facis. xviij. di. ibi memoria. de pe. dis. iij. ex
psona. qꝛ apud eū est prōne volūtas: sed nos loquimur de illu
strissimo principe Mātuano, q sicut legib⁹ subiectus est, vult
sm leges viuere: ⁊ sic non sumus in casu iuriū in ꝯrium alleg.
13 ¶ † Uenio ad tertiū ⁊ vltimū dubiū vz, an pro tpe quo post
finita tpa decretoꝝ predictoꝝ Marchio sciēter passus esset, ⁊
tolerasset hebreos mutuare sub vsuris, ⁊ exigere modis cōsue
tis tpe capituloꝝ, ⁊ pactorū p̄dictoꝝ licuerit, ⁊ liceat ipsi dño
Marchioni ⁊ officialibus sue excellentie cōtra ea, que ipse to
lerauit venire pro tēpore quo tolerauit: ⁊ per ꝯñs an possit cō
tra hebreos innouare pro pignoribus que tēpore dicti procla
matis, ⁊ dictorū cap. datorum massario erant apud hebreos.
¶ Et in hoc cōcludo hoc non licere dicto principi, nec eius
officialibus: qꝛ tolerātia ⁊ patientia subiecta per tēpus prete-
ritarū conuentionū, operatur vt pro tēpore quo princeps sciē-
ter passus est, ⁊ tolerauit eodē modo ⁊ forma quibus tēpore
pactorū ⁊ ca. faciebat, videat̄ renouata virtus dictorū capi. l.
item querit̄. §. qui impleto. cum ibi no. ⁊ in. §. fi. ff. loca. l. legez.
C. locati. l. in rebus. §. fi. de preca. ⁊ que no. doc. in. l. si mora. so-
mat. ¶ Nam ex parte iudeorū perseuerantia deprehenditur
pro consensu renouationis capitulorū ⁊ pactorū: qꝛ alias illi-
cite exercuissent mensam vsurariū. d. c. post miserabilē. ⁊. d. c.
quanto. quia ex forma bulle apostolice nō cōcedebatur iudeis
fenus exercere, nisi cum permissione ⁊ licentia principis Mā
tuani, sm conuentiones ⁊ pacta inter eos ineunda. in dubio
ergo presumitur ipsos iudeos perseuerantes voluisse renoua-
re dicta cap. ne alias illicitum, ⁊ a iure interdictū eis ministe-
riū exercerent: ⁊ hec est ratio. d. §. qui impleto. sm Bar. facit. l.

merito.ff.pro soc.⁊ in.l.gerit.ff.de acqui.here. ¶ Itẽ ex parte principis videtur renouata pacta ⁊ capitula: qꝛ passus est in ciuitate sua dictos iudeos exercere mensam vsurariam,⁊ exigere vsuras in omnibus,⁊ per omnia prout ex forma capi.tenebatur pro tẽpore pro quo durabat virtus ipsorum capitulorum initorũ vigore bulle apostolice:ergo habuit intentionẽ princeps qꝺ bulla apostolica ⁊ capitula facta vigore bulle seruarẽtur iudeis:qꝛ aliter tenebaꝛ princeps de iure coercere dictos iudeos ne predicta facerent,vt est tex.in.d.c.quãto.ergo ex eius patiẽtia ptꝫ qꝺ habuit intentionem qꝺ effectus bulle seruarẽtur iudeis,⁊ sic per omnia videꝛ qꝺ ratio.d.§.qui impleto.habeat locũ in casu nostro per ea que ibi no. Bart.in.j.col.iunctis predictis:vt no.doc.in.l.si mora.ff.sol.ma. ¶ Nec ob.si diceretur qꝺ princeps durãte etiã tẽpore inhibuit,ne vigore capitulorũ concessorũ iudeis possent fenus exercere: qꝛ posset responderi qꝺ illa inhibitio,⁊ intimatio,⁊ denũciatio seu protestatio fuit facta tẽpore incongruo,⁊ sic non valuit.l.cum filius.§.fi.⁊ ibi Bar.ff.de ver.obl.⁊.l.si soluturus. de sol.c.cum in veteri.de elec.⁊ no.plene in.l.non solũ.§.morte. ff.de oper.no.nun.circa vlti.char.naꝫ eo tẽpore quo facta fuit inhibitio vigebãt adhuc capitula ⁊ pacta: qꝛ adhuc durabat tẽpus quinquennij. Preterea illa inhibitio habuit respectũ ad capitula ⁊ pacta:tũc inter principẽ ⁊ iudeos expresse ꝯtracta: nõ aũt ad capitula,⁊ pacta tacite ineunda,⁊ postea inita per patientiã subsecutã post lapsum quinquẽnij cũ solũ tunc, scꝫ tẽpore inhibitionis esset cõtentio ⁊ disputatio de ipsis capitulis expresse factis pro illo quinquẽnio.ar.l. si de certa. C.de transac.⁊.l.si ex pluribus.ff.de solu.⁊ plene not. per doct.in.l.aurelio.§.caius.de lib.leg.⁊ limitata causa limitatũ parere dꝫ effectũ.l.caius.de acqui.re.do.l.si mater.§.eandẽ ⁊.l.si mater.§.cum queriꝛ.ff.de exce.rei iud. ¶ Nec videꝛ trahi dicta inhibitio ad tp̃s ex interuallo secutum post tp̃s dicti quinquennij quo tẽpore ex interuallo secuto prestita est dicta patiẽtia,⁊ tolerãtia:⁊ sic nouus tacitus cõsensus,⁊ licẽtia fenerãdi per.l.cũ plures.§.locator.ff.locati fm vnũ intellectuꝫ quẽ approbant Jac.but.Bar.⁊ alij in.l.pacta nouissima.C.de pac. ⁊ Bar.in l.non solũ.§.morte.in.vij.col.⁊ cano.in.c.cũ M. ferrarien.de cõsti. ¶ Fortificanꝛ predicta per ea que dixit Bart.⁊ alij in.l.que dotis.ff.so.ma.⁊ p doct.in.l.inuitus.C.de procu.⁊ cano.in.c.nonne.de presum.dũ dicũt qꝺ si quis erat presen ⁊ tacẽs actui difformi a me celebrato si nõ tractaꝛ de magno preiudicio ipsius patiẽtis videꝛ cõsentire.l.ꝙ tuberonis.§. sunt quedam.ff.de pec.⁊.l.sabinus.cõi di.⁊.l.labeo.cum gl.ff. de aqua plu.ar.⁊.l.q bona.§.si qs.de dã.infec.vbi aũt tractaꝛ de cõmodo alicuius sciẽtis ⁊ patiẽtis talis patiẽtia hꝫ vim cõsensus.l.si remunerãdi.§.passus.⁊.l.qui patiꝛ.ff.man. ¶ Sed vt apparet ex bulla apostolica,⁊ ex ꝓcessu inde secuto iuxta ea que dixi in primo dubio non tractaꝛ de preiudicio anime bonoꝝ dicti principis:imo tractaꝛ de cõmodo sue reipub.⁊ sue cõitatis:ergo videꝛ cõsensisse gestis dictorũ hebreorũ. ¶ Pro hoc dicit no.Saly.in.l.nulli.in prin.C.de iudi.per illũ tex.dicit qꝺ si banniti ex forma statuti possint impune offendi,⁊ aliquis sit bãnitus a ciuitate,⁊ tñ postea fuit toleratus [a] permanere in ipsa ciuitate,nõ põt impune offendi,licet nõ fuerit cancellatus a bãno:qꝛ ista tolerãtia videꝛ ei securitatẽ ꝑbere. ¶ Ad hoc etiã facit.l.j.§.scientiã.ff.de tribu.⁊.l.j.§.magistrum.ff.de exerci.per quẽ tex.dicit Guli.de cu.in.l.j.in princ.de exer.qꝺ si qs gessit se pro locũ tenẽte alicuius superioris sciẽtis,⁊ patiẽtis superior videꝛ sibi tacite mãdasse vt se pro se locũtenẽte gereret. ¶ Facit qꝺ no. Inn.in.c.ex parte decani. in pn̄.de rescr.⁊ in.c.in nostra.de ꝓcu.⁊ Archi.in.c.qui ad agendũ. de ꝓcu.in.vj.cũ si. ¶ Nec subintro articulũ vtrũ per tolerãtiã superioris videaꝛ superior dispẽsare cõtra ius de quo in.c.cũ iamdudũ.de prebẽ.⁊ in.c.qꝛ circa.de cõsan.⁊ affi.qꝛ nõ sumus in casu illo,qm̃ cõsensus principis nõ erat ille qui induceret dispẽsationẽ ꝑius.quinimo ipse tanquã superior secularis nõ potuisset in materia vsurariũ dispensare,vt dixi in primo dubio,sed ipsa dispẽsatio iam erat expedita per Romanũ pontificẽ seu per reuerendũ ep̃m Mantuanum cõmissarium apostolicũ. ¶ Nec ob.proclama emanatũ de anno presenti de mãdato dicti principis:qꝛ illud solũ ꝓhibet mutuari sub vsura in futurũ.istud aũt ad cõtractꝰ iaꝫ celebratos nihil disponit vt ex eius inspectione clare apparet.Et ita dico ⁊ cõsulo ego Alex.

[a] ¶ Toleratꝰ.hyp. pol.marsil. singul. xxviij. ⁊ in pract. §.aggredior.num, xxviij.

# Summarium.

1. Mandati formam seruari per equipollens sat est.
2. Declarationi eius standum,cuius cõscientia oneratur.
3. Rescripto,verbum,si constiterit,facit monitionem non conditio nem.nu.4.⁊.5.
6. Ferie competunt etiam non impeditis per se,sed per alios.
7. Dispẽsatio pape queuis vt valeat,sat est dicere, nõ obstante.

# Consilium. II.

Visis dubitationibꝰ Subortis circa illũ articulũ,an potuerit de iure permitti principi Mantuano licere cõuentiones facere cũ iudeis sup fenore exercẽdo in ciuitate Mãtue, modo ⁊ forma, quibus cõtinetur in bulla apostolica,⁊ cõmissione facta reuerendissimo.d.ep̃o Mantuano sup quo arti.superioribus diebus cõsului,qꝺ sic rationibus in cõsi.redditis, quas repetere nõ expedit.⁊ visis his que probabiliter ⁊ subtiliter in cõtrariũ adducunꝛ in cõsilijs partis aduerse. ¶ Videtur mihi nõ ob.verã esse conclusionẽ ex consilijs habitã. ¶ Et in primis non.ob.inquantũ diciꝛ,qꝺ non videtur fuisse probatum coram reuerẽdissimo ep̃o cõmissario apostolico precessisse illaꝫ necessitateꝫ,ex quo cõcessio ⁊ cõmissio emanauit:⁊ forma cõmissionis erat diligẽter seruanda.c.cum dilecta. de rescript.c.venerabilem.de offi.deleg.c.diligẽter.in prin.ff.mã. [1] † quia ad hoc respõdeo,qꝺ quãuis forma mãdati debeat seruari, tamẽ sufficit seruari per equipollens:licet nõ in specifica forma precise,vt est bonus tex.in.l.fi.ff.man. ¶ Et presertim vbi exprimitur aliquid qꝺ erat necessarium ad ipsum actũ seu eius effectum:quia tunc sufficit equipollẽter adimplere.l. si mater.C.de insti.⁊ substi.l.mulier.in prin.ad treb.l.gallus. versi.quid si tantũ.de libe.⁊ posthu. ¶ Sed cõmoditas ⁊ vtilitas publica de qua fit mentio in cõmissione,videbatur expediens in dicta cõmissione fienda:quia tales permissiones ⁊ dispensationes non debent fieri sine causa publice vtilitatis,vel alia,cum sumus circa ea que cõcernũt ius diuinũ,vt in cõclusione dictuꝫ est:ergo sufficit qꝺ per testes est probatũ equipollenter de necessitate ⁊ publica vtilitate, propter quam eque verosimiliter fuisset motus pontifex ad cõmittendũ prout cõmisit. ¶ Secundo respondeo,qꝺ papa cõmisit conscientie domini ep̃i,an reperiret vera esse narrata in supplicatione põtifici porrecta.⁊ d.ep̃s in sua sentẽtia affirmat sibi cõstitisse in effectu vera esse narrata in bulla apostolica:⁊ de illis suã conscientiã fuisse informatã,⁊ per testes,⁊ per libros,⁊ cũ eo onere quo papa cõscientiam ipsius ep̃i onerauerat: [2] † ergo standũ est declarationi ⁊ affirmationi sue per ea,que dixit glo.no.in.c.statutuꝫ.§.assessorẽ.in ver.relinquatur.de rescri.in.vj.pro qua gl.Bal.in l.rem nõ nouã.C.de iudi.põderat ibi esse tex.⁊ no. Inn. in.c.super his.de accu.⁊ Ang.⁊ Jo.de imo.in.l.inter stipulanteꝫ.§.j.ff.de verb.obli. ⁊ ibi Jo. de imo. declarat qualiter debeat intelligi gl.in cle.j.de iure pa.que vr̃ cõtrariari dicte gl. posite in.d.§.assessorẽ.⁊ no.Bal.in.l.ij.ad fi.C.de sen.ex breui.reci.⁊ Lap.in.ij.c.de iura.cal.li.vj.⁊ do.Ant.de bu.in.c.j.de cõsti.⁊ Jo.de imo.in.l.ab executore.in fin.prin.ff.de ap.⁊ in.l.si sic.in prin.de leg.ij. ¶ Tertio rñdeo per id ꝙ regl̃r dixit Innocẽ.in c.prudentiã.de offi. deleg.vbi voluit [3] † qꝺ si papa mãdat Titium condemnari Seio ad.x.si seius ꝓbauerit illa sibi deberi ꝙ valet sentẽtia condemnatoria,licet illud non fuerit probatum.⁊ no.hoc Bal.in.l.ꝑscriptione.in.iiij.col.C.si cõtra ius vel vti.pub. ¶ Et est ratio secũdũ doc.maxime Jo.de imo.in c.venerabilis.de offi.deleg.qꝛ papa non potest facere ꝙ condẽnetur ille cõtra quẽ non ꝓbatur debitum:qꝛ illud est facere cõtra ius naturale vel gentiũ:⁊ papa nõ põt auferre defensionem sine iusta causa,iuxta no.p Inno.in.c.que in ecclesiaruꝫ.de cõsti.vnde ille ordo datus a papa in cõmittẽdo ꝙ cõdẽneꝛ Titius Seio in.x.si ꝓbatur est ordo necessarius,vnde potius videtur denotare monitionẽ quã cõditionẽ iuxta nota.p glo.in cle.j.de offi.deleg.⁊ per Inno.in.c.fi.de ꝑsum. ¶ Unde cũ in ꝓposito nostro conditio inserta in bulla apostolica valet,si cõstaret.d.ep̃o vera esse narrata in supplicatione que cõcernat id ꝙ non pẽdeat a libera voluntate pontificis, cum etiã vsuras nõ possit permittere vel dispẽsare papa regulariter, ⁊ requiratur causa vt in cõsilio dixi:sequiꝛ ꝙ illa verba nõ faciũt conditionẽ:⁊ sic dato ꝙ non essent verificata,illa tamẽ de iure declaratio episcopi valeret,⁊ presertim cũ assereret sue conscientie cõstare vera esse narrata , vel ea de quibus in cõmissione. ¶ Bene facit etiam ꝙ no. Inno.in.c.qm̃ cõtra.de probatio.vbi voluit [4] † ꝙ si iudex dicit:cõdemno Titium in.x. Seio ex causa mutui:quia sic probatum est per.a.⁊.b.testes.qꝺ licet testes dixerint de illo mutuo nihil scire:tamen valebit sententia,⁊ transibit in rem iudicatam:idem tenet ibi Host.⁊ Joã.and.⁊ no.Bart.in.l.si is ad quem.ff.de acqui.hered.⁊ Bald.in.l.j.C.

in.l.j.C.de indi.vidi.τ in.l.platā.C.de sen.τ in.l.ij.C.de regu. iur.τ i.l.j.C.de erro.cal.cū quo etiā ibi trāsit Pau.de ca.τ.d. Abb.in.c.inter ceteras.de re iud. ¶ Successiue nō ob.inq̄tū dicaṫ φ cōcessio potuit fieri p necessitatē patiētib⁹,τ facta est cōcessio p dn̄m ep̄m īdistincte,siue mutuauerint hebrei patiētibus necessitatē siue nō.τ sic videṫ φ declaratio.d.ep̄i nō correspōdeat cōcessioni pontificis:q2 rn̄deo quod cōditio inserta in bulla τ cōcessiōe Ro.pōtificis est indefinita sicut est ipa declaratio,τ licentia.d.ep̄i τ in rescriptis d3 attēdi conclusio,vt inquit Jnn.in.c.super literis.de rescri.τ Bal.in.d.l.prescriptione.in vlt.col.C.si cōtra ius. ¶ † Pro hoc etiam facit qd̄ no.gl.in.l.j.circa princi.ff.de fer.vbi die feriato ꝓpter messes τ vindemias non redditur ius.τ cū illud seruatur etiam quo ad milites,τ quo ad oēs alios q̄ nō impediunṫ ꝓpter messes τ vindemias:q2 dato φ ep̄i per se nō ipedianṫ tamē possent dicere quod habēt necesse habere testes,τ alias personas necessarias ad illam causam q2 impedirenṫ adesse ꝓpter messes τ vindemias.Unde ratione huius incertitudinis,τ q2 difficile hoc constare posset,permittitur militibus,doctoribus,et feminis,τ quibuscūq3 allegantibus exceptionem absq3 eo qd̄ aliter ꝓbeṫ,φ persone quibus ep̄i volūt vti in causa,sint impedite ꝓpter ferias,vt ibi no.per doct.in.c.cōquestus.de fer. §.fi.ver.sed nunquid milites.ita in proposito cum sit difficile discernere q̄ sunt illi qui pro causa vtili,vel necessaria habeāt accipere pecunias sub vsuris,τ qui nō potuit indistincte permitti. ¶ Deniq3 non obst.φ in.§.super eo.de vsur.dicaṫ qd̄ dispēsatio vsurarū non permittitur,etiā pro redēptiōe captiuorum:τ sic p vna causa speciali τ fauorabili.τ hoc dicit ille tex.esse,q2 vtraq3 scriptura detestatur crimen vsurarum:ergo iudei qui ligantur secundū nos lege diuina τ Mosaica etiam quo ad vsuras,vt legiṫ τ no.in.c.post miserabilē.de vsu.τ no. in cle.j.eo.ti.delinquūt.τ peccāt.τ propterea nō videṫ φ etiā quo ad eos possit dispēsare p.d.c.sup eo.τ p ea q̄ not.Specu. in tit.de leg.§.nunc de ep̄orū.in versi.sunt qui dicūt.cū cōcor. ¶ Quia ad hoc respondeo,qd̄ iura in multis.ll.dicūt,φ rescriptum principis cōtra publicā vtilitatē,vel aliā similē causam nō valeat,τ tū princeps nō ob.illis legib⁹ poterit talia rescripta concedere cōtra prohibitionē illarum legum dūmodo sit apposita clausula,nō ob.l.fi.cum glo.τ ibi Cy.in.ij.q.τ ibi etiā Bald.C.si contra ius vel vti.publi.l.quoties.τ.l.rescripta.C.de preci.impe.off.l.j.cum ibi no.C.sen.rescin.non pos. τ plene p doc.in.c.nōnulli.de rescrip.† ita ergo in proposito, quāuis tex.in.d.c.sup eo ꝓhibeat dispēsationē:tū p hoc non impeditur papa dispensare,apponendo clausulam non obst. cum ipse sit supra ius.c.ꝓposuit.de concef.prebē.dummodo ex hoc nō sequatur peccatum in perniciem salutis aīarum:q2 etiā ius diuinum potest in certo casu tolli ª dummodo nō sequatur peccatū preiudiciale saluti aīarū.c.fi.cū ibi no.de consue.τ.c.a nobis.de deci.Sed in casu nostro nō pōt dici esse in cōsideratiōe pctī mortale p̄iudiciale saluti animarū.nec christianorū recipiētiū,vt ꝓbatur per allegata in cōsi.τ sic dispositio canonis prohibētis dispensationē aliquā fieri posse,non impedit supremum pontificē posse dispēsare cū clausula non obst.dūmodo cesset pctīn preiudiciale saluti animarum,vt est dictum:ac etiam potest dispēsare ꝯ ius diuinū q̄n ius diuinū indistincte non ꝓhibet,vt in casu nostro τ infra ꝓbabo circa mentē.c.ab illo.xiij.q.iij. ¶ Et hec ꝑmissio sup vsuris maxime fieri potest,q̄n sine scandalo coerceri non possit:vt inquit Archi.in.c.hac ratione.xxj.q.j.τ retuli in consi. ¶ Et p hoc arbitrandū est Romanum pontificem tādiu tolerasse τ tolerare Judeos exercere publicum fenus etiā in terris omni iure subiectis ecclesie Romane:q2 sine scandalo hec prohibitio fieri non pōt tanquā illud sit populo satis necessariū. ¶ Nec istd̄ est ꝑsuadere iudeis,φ possint fenerari licite,τ a Christianis vsuras exigere:q2 istud forte posset esse verū:quando vniuersaliter istud papa concederet,sed q̄n in certo loco τ certis particularib⁹ ꝑsonis hoc ex causa cōcediṫ,sec⁹ est vt dicūt doc.in cle.j.de vsu.quorū dicta retuli in consi.ideo nō repeto. ¶ Nō obst.etiam qd̄ dicitur respōdendo ad.c.ab illo.xiij.q. iij.secundū vltimū intellectum gl.qui in dubio videṫ approbatus a glo.iuxta no.per gl.in qui filium.§.j.ff.ad tre.τ.l.fin. autē.τ ibi Bal.C.ne de stat.defun.l.bona fides.τ ibi p Bart. ff.deposi.quod iudei non sunt nobis hostes.τ per consequēs non infertur quod iudei non possint nobis mutuare:quia respondeo prout in consi.quod ille tex.inducitur alio modo,videlicet φ ibi de iure diuino prohibitio non est simpliciter facta,imo in alio casu reperitur permissa illa res ꝓhibita:tunc ex causa superior potest contra ius diuinū dispensare,vt not. Bart.in.l.omnes populi.in.iij.qd̄.principali.ff.de iusti.τ iur. ¶ Exemplum in homicidio prohibito a lege diuina:nā homicidium nō erat a lege diuina omnino prohibitū,imo erat aliquo casu permissum:q2 lege diuina cauebatur qd̄ occidēs occideret,ideo tunc superior pōt etiam in aliquo casu nō permisso a lege diuina permittere homicidium ex causa.l.j.et §. C.q̄n lic.sine iu.se.l.iiij.§.fin.de sicca.vnde secundū communes conclusiones valet statutū,quod bannitus possit impune offendi,vt tradiṫ in locis vulgarib⁹. ¶ Sed ita est φ vsure non fuerunt simpliciter τ indistincte prohibite,imo ꝑmittebantur quando mutuabatur hosti,vt habetur Deut.xxiij. c.cum dicitur.Nō fenerabeiris fratri tuo,sed alieno,vt.d.c.ab illo,ergo superior potest cū clausula,non obstan.dispensare. ¶ Et per hoc etiā potest sustineri inductio facta in cōsi.de.c. licet.de ferijs.Ex quibus omnibus simul iūctis colligitur et mihi videtur veram esse conclusionem superioribus dieb⁹ in consilio habitam.Et ita dico τ consulo ego Alexand.

## Summarium.

1 ☞ Scriptura vna quando se refert ad aliam,vtraque edenda est.
2 Cause defectus vitiat etiam libros rationū,τ confessionem.
3 Exceptio derogās qualitati acquisite semper potest opponi.
4 Juramentum probatorium debet prestari post litem contestatam.
5 Uoci viue plus creditur quam mortue.
6 Statutum,φ creditur omni scripture mercatoris,non valet.
7 Priuilegia odiosa strictissime interpretanda.
8 Curatoris,dictio,in testamento,nisi a iudice confirmetur,nō valet.

## Consilium.IIII.

IN causa τ lite vertēte iter Abraham quodā Emanuelis hebreū agentem τ Raynaldum de marchionib⁹.Tā ex processu:φ ex meritis cause de pluribus dubitari cōtingit:que omnia seriose τ multum magistraliter deducte sunt per excellētissimum dominum preceptorē meum dominū Consulentem. ¶ Et primo videndū est vt petitur an dictus hebreus teneatur Raynal.ad editionē scripture manu ser Pauli,de quo fit mentio in dicto saldo ꝓducto per dictū Abraham. ¶ Et circa hoc absq3 dubio dico dictum Abraham teneri ad editionē dicte scripture. ¶ Pro hoc primo adduco autoritatem Bal.in terminis in.l.inciuile.ff.d.ll.formaliter dicente†,quod vbi vna scriptura se remittit ad aliam prout in casu nostro,qd̄ vtraq3 edēda est.q̄n vna continuatur alteri ex natura relationis:q̄m si non apparet ea scriptura ad quā relatio facta est diciṫ scriptura referēs ᵇ virtute carere.l.in testamēto quidā.ff.de condi.τ demō. ¶ Pro quo etiā φ dicit Bal.in.d.l.j.ad fi.C.ꝺ episc.τ cle.τ in.l.ij.C.ꝺ erro.aduo.vbi etiam notabiliter dicit φ si qs respondēdo positionibus dicat:confiteor ꝓut in tali instrumēto cōtinetur φ nisi appareat illud instrumentum ad quod facta est relatio,responsio habetur pro non facta per tex.d.l.ij.τ l3 ipse nō dicat istud,videtur expresse de mēte Spec.in tit.de teste.§.qualiter. versi.quid ergo si fit ex aduerso τc. ¶ Hoc etiā in terminis tenet Jnn.τ doc.in.c.j.de proba.τ Spec.etiam sentit de instru.edi.§.nūc dicamus.ver.quid si quis in libello.Bar.in.l.edita. in ver.venio ad secundam τ vltimā partem τc.τ ibi etiā Bal. C.de eden.τ Bar.in.l.postquā.§.si dies.ff.vt le.no.ca.τ in.l.fi. ff.de eden.τ Bal.in.l.j.§.editiones.eo.ti.vbi dicunt,φ si in libello vel positiōibus actor aliquid narrat,τ subiūgit hec verba videlicet,ꝓut apparet in tali instrumēto τc. quod tenetur ante lit.cōte.edere reo ad liberandū instrumētum de quo in libello facta est mentio:q2 per illa verba,prout τc.libellus remanet incertus nisi ostēso instrumēto. ¶ Et si essent instrumēta aliena quorū actor nō haberet facultate3 edendi prestito per ipsum iuramento,quod illa exhibere nō potest,non tenebitur edere ante litem contesta.sed post lit.cōtest.sine dubio ad probandum in certa causa exhibere tenebitur secūdum prefatos doc.l.maritus.§.fi.ff.ad legē Falci.τ dicta.l.postφ.§. si dies. ¶ Sed ita est quod in libello fit mētio de dicto saldo,τ in saldo expresse fit relatio ad dictam scripturā manu ser Pau.ergo non producendo scripturā,ad quam fit relatio,nō dicitur esse perfecte ꝓductū saldū,quod p se est incertū:τ certificādū venit p dictā scripturā vt euidēter no.doct.in locis supra allegatis.illa xba em̄ apposita in saldo vc3,como appare τc.sunt relatiua τ limitatiua secundū qd̄ apparebit in.d.scriptura,vt

14 testes idoneos.† Sed testis ille dicit̃ idoneus qui est omni exceptione maior:vt est gl.optima ꝛ notabilis insti.de inuti.stip. §.item verborum.ꝛ in vers.idoneus. ¶ Bene facit alia gl.in.c. j.de consan.ꝛ affinitate. que dixit ꝙ ille testis dicitur omni exceptione maior, contra quẽ nulla potest opponi exceptio.ꝛ ibi dominus Abb.allegat gl.in.d.§.itẽ verborum. ad illud quod dixi.sed ita ꝙ mulier nõ est omni exceptione maior de iure ciuili.per.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa. de iure cano.idez vt in.c.forus.ad fi.de ver.sig.ꝛ ideo cum de iure canonico non reperitur immutatũ illud quod habetur in.d.§.mulier. seruabitur illud etiã de iure canonico.c.j.cuz ibi no.de oper. nouinun. ergo per tex.in.c.cum esses.probatur quod ibi non admittetur mulier.ꝛ dicunt doc.maxime Ant.de Butr.in.d.c.cũ esses.in casu illius.c.testes debẽt esse omni exceptione maiores.saltẽ in casu nostro in quo vniuersalis institutio est ad pias causas, vt

15 in alio consilio deduxi. ¶ † Nec ob.ꝙ in testamẽto condito inter liberos,femine possunt esse testes:vt not. in auth. qđ sine.C. de testa.quia respondeo nõ sumus in casu quia liberi non sunt instituti heredes sed sunt transuersales. nã inter liberos est remota omnis solẽnitas iuris positiui.l.fi.C.fa.erc.ꝛ ibi notat̃.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.ꝛ ibi no.Bar.C. de testa. ꝛ sufficit solennitas iuris gentium vel diuini:nõ sic est in proposito,vt patet in.d.c.cum esses.in ver.idoneus.ꝛ in ver.presbyte

16 ro. ¶ † Nec etiam ob.si dicatur quod illud saltẽ debet tolerari, quãdo testamentum est cõditũ in rure,ꝛ tẽpore pestis propter necessitatẽ.ar.l.j.C.de ope.lib.l.j.de offi.cõsu.cũ vulgaribus.qꝛ respondeo qđ in testamẽto facto in rure,quãdo non posset haberi copia testiũ,coram quinqꝫ fieri põt:ꝫ quo ad idoneitatẽ testiũ an sufficiãt femine vel nõ,nihil est immutatũ:vnde qđ non mutatur stare non prohibetur:vt.l.sancimus.C.de testa.l.precipimus.C.de appel.facit litera in.d.c.cũ esses.in ver.idoneis. vbi licet in aliquo sit diminutus numerus testium:tamẽ nõ est dispensatũ circa idoneitatẽ.facit.l.si quãdo.in prin.C.de inoffi. testa. ¶ Et licet factũ esset testamentũ tẽpore pestis:tamẽ per hec iura nõ dispensant circa solẽnitatẽ testamentorũ secunduz cõmunem opi.l.conficiunt̃.§.codi.ꝛ ibi no.Cy. fi.de iure codici.ꝛ.l.casus.ꝛ not.ibi doc.maxime Moder.C.de testa. cũ concor.quas allegaui in primo consi.ꝛ hoc etiã sequit̃ ipsemet dñs cõsultor qui,si bene inspiciat̃,videtur in hoc sibi ipsi cõtrarius.

17 ¶ † Ad alia fundamẽta per me adducta nõ respõdet sed vnũ vltimo loco dicit prefatus cõsultor, qđ etiam dato quod illud secundum testamentũ nõ valeret tanquã nõ solẽne:tamẽ saltẽ valeret quo ad inducẽdam naturalem obligationẽ in persona dicte domine Dirude,que cẽseret̃ obligata naturaliter dictis transuersalibus heredibus scriptis in testamẽto, adeo ꝙ dicta naturalis obligatio debeat esse sufficiẽs ad retinendũ. allegat no.per Bar.in.l.j.ff.de cõdi.inde.ꝛ in.l.cum quis.C. de iuris ꝛ fac.igno.in hoc dico cum supportatione dñi consultorẽ vehemẽter errasse,aut nõ legit cõsiliũ meũ,aut finxit se longius ire. no.gl.ꝛ doc.dicentes qꝛ ex testamento nõ solẽni si quis est grauatus onere legatorũ,si ipse succedat ab intestato est obligatꝰ naturaliter ad ista legata,ad que testator eũ grauauerat. ꝛ sic eius fidẽ secutus erat.sed in hereditate in qua quis esset institutus in testamento non solenni,nullibi reperit̃ qđ olim successurus ab intestato non grauatus in testamento ad dictam hereditatem restituendã illis nominatis in testamento, sit obligatus naturaliter vt est casus noster.imo contrarium probat̃ in l.si post diuisionẽ.ꝛ ibi hoc firmãt Bar.ꝛ Bal.ꝛ alij.C.de iur. ꝛ fact.igno.quã ad hoc allegaui in.d.consilio. nam tunc testator non fuit secutus in hoc fidem domine Dirude:qꝛ eam non grauauit,vt dictã hereditatẽ restitueret dictis insti. ꝛ ita tenet Jo.de Imo.in.l.nemo potest.super gl.ij.ff.de leg.j. ¶ Quinimo dicit Bald.in repet.l.j.C.de sacrosan.eccle.circa.xxiiij.col.

18 in ver.super primo.questio videtur quando valeat ꝛc.† qđ duplex est naturalis obligatio:vna que stat in puris iustitie finibus ꝛ ista oritur ex testamento nõ solẽni: dato etiam quod nõ sit ad pias causas.Alia est obligatio naturalis precisa que ponit ius occupãdi:ꝛ tũc si loquimur in testamẽto nõ solẽni,quatenus non est ad pias causas,nõ inducit istum notabilem effectum,vnde nõ competit ius retinendi ex testamẽto non solẽni. ita formaliter dicit Bal.allegat.d.l.si post diuisionẽ.ꝛ.l.fi.C.fami.erci.ꝛ.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.inducendo:vt ibi per eum.ita etiã videt̃ tenere Bar.in.d.l. cũ quis. circa quartã col. ¶ Ultra predicta ꝛ alia que scripsi in alio cõsilio,adduco duo ad cõprobãdum quod dictũ posterius testamentũ nõ valeat:vnũ est qđ ponit Ant.de But.in.c. nihil obstat.de verb.sig.vbi dixit fuisse de facto determinatũ ꝙ testes deponẽtes prout infra proxime dicã,esse singulares non probarent:vt si quis volebat probare ꝙ Titius instituit ꝛ qđ dixit,Seius heres esto.quia recitabat verba ante ab alio prolata:ideo tunc oportet quod nedum in effectu:sed etiã in verbis concordent, vt ibi per eũ,sed dicti testes producti in hac causa ꝑ partẽ aduersam in hoc peccant,si bene sum memor:quãuis

19 dicta eorum modo mihi nõ fuerunt exhibita. ¶ † Postremo deficiũt dicti testes in alio:qꝛ nõ apparet quod fuerũt rogati testes:nam testes debent esse rogati in testamẽto non solum in scriptis cõdito:sed etiam nũcupatiuo.l.heredes palaz. §.in testamẽtis.ff.de testa.l.hac cõsultissima.in princi. iũcto.§. ꝑ nũcupationẽ.in ꝟ.vt dictũ est ꝛc.C.de testa.ꝛ instit.de testa. §.fi.ꝛ quod ibi gl.in versi.adhibitis.l.fi.C.de codi. ꝛ in auth.ro

20 gati.C.de testi. ¶ † Et in dubio testes nõ ꝑsumũtur rogati [a] quia solẽnitas extrinseca nõ presumitur.l.quecunqꝫ.§.fi.ff. de pub.no.in proposito Cy.in.d.l.hac cõsultissima. referẽs Dy. consuluisse.ita etiam firmat Bar.ꝛ cõiter alij in.l.sciẽdum.ff. de verb.ob.post Spe.in loco ibi allegato pꝰ Bal. ꝛ not. Bar. in.d.l.heredes palã.§.in testamẽtis.ꝛ optimꝰ tex. quẽ in proposito nostro põderat ad hoc ibi Bar.ꝛ Bal.in.l.diuus.ff.de testa.mili.ꝛ no.Bald.in auth.rogati.C.de testi.ꝛ in.d.l.hac cõsultissima.ꝛ in.l.j.C.de fide instrumẽ.ꝛ iure haste fiscalis.li.x.ꝛ Ang.in.l.quecũqꝫ.§.fin.ff.de publi.ꝛ auth.de tabel.in princip.

21 ¶ † Et talis rogitus etiã requirit̃ de iure canoni.s.in testamẽtis nõ cõditis ad pias [b] causas vt cõcludit Frãc.de albergotis de aretio:vt refert Ant.de but.ꝛ Jo.de Imo.i.c.cũ esses. de testamẽtis.qꝛ sm eum hec solẽnitas non reperit̃ correcta a canone:ergo stãdũ est:vt no.i.c.j.de no.ope. nũ.licet sm Anto.de but.aliud esset quando intẽtaret̃ via denũciatiõis euãgelice in foro ecclesiastico:vt dt Anto.de butr.in.c.relatũ.el.j. de testa.quod in practica seruaret̃ opinio domini Frã. de Albergo.scilicet qđ requiritur rogitus testiũ etiam quãdo testamẽtum esset ad pias causas qđ est fortius:vt etiã tenuit Lud. Rom.in repeti.auth.similiter.C.ad.l.fal.in versi.xi.q.ij.licet als ad validitatẽ testamẽti debeãt ꝛc. ¶ Sed quãtũ ad testamẽtum factũ ad pias causas,hoc nõ firmo:nec est casus noster. ¶ Et ista opiniõe bñ facit tex.i.d.c.cũ esses.in ꝟsi.idoneis. ꝙ verbũ importat ꝙ testes sint omni exceptione maiores, vt ꝓbaui.s.sed testis nõ rogatꝰ in testamento nõ est omni exceptiõe maior,cũ rogitꝰ requirat̃ de iure:vt.d.c.cũ esses.s.alleg. ergo ꝛc. Ex quibus omnibus concludo verum esse de iure ꝙ dictum vltimum testamẽtum nõ habet aliquo modo obstare dicte domine Dirude. Alexan.

[a] ¶ Rogati. Jaso. d.l.hac consultissima.in princ. col.j. sufficit tamẽ quomodocunque appareat. Cor. consi. vij.col.j.lib.iiij.

[b] ¶ Pias.in qbus hoc non requirit̃ Jo.an.add.Spe. de instru. edict.§. nunc vero.bñdic. repet.c. Raynutius.ver.testamẽtum.j.num.48.lz roma. cons.cccvi. post lap. allega. xxx. contrarium velit.

## Summarium.

1 Legata vt non debent diminui si iactura superueniat post solutionem:ita si superueniat postquam dies cessit.
2 Judei subsunt patrie potestati.
3 Substitutio compendiosa non tollit ius suitatis.

## Consilium. LXXI.

Ponderatis verbis dicti testamenti puto de iure verū esse q dictis legatarijs non debeat fieri dicta diminutio. Nam testator voluit quod dicti legatarij haberent seu perciperent integrum legatum, quando hereditas dicti testatoris deueniret ad deteriorem fortunam & substantiam quā esset tempore testamenti, postquā autem habuissent aut percepissent legatum predictum: non prouidet testator q dicti legatarij teneantur restituere aliquam ratam dictis substitutis, eo casu quo hereditas reciperet diminutionem & iacturam post habitū seu perceptum legatum, vt patet ex illis verbis, scilicet tanto minus habeant & percipiant &c. sed ita est q dicta diminutio & iactura euenit postquā cessit dies legati, id est, post euentum conditionis seu mortis vitalis qui decessit sine liberis. dies enim legati conditionalis cedita die euenientis conditionis. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. l. in personam. C. de fideicommis. q3 etiam erat adita hereditas dicti testatoris per quam aditionem legata efficaciter debentur. l. eā quam. C. de fideicommissa. l. si nemo. ff. de testa. tute. ¶ 1 † Et sic dictū legatum exigi poterit per dictos legatarios ergo sicut si tempore quo purificata fuit cōditio dicti legati fuisset petitum & exactum dictū legatum, potuisset fieri sine aliqua retentione tunc quia iactura nondū secuta erat: & licet post secuta fuisset non tenerētur legatarij restituere id qd eis iam quesitum & solutum erat: vt dixi. ita etiam si post tempus, quo peti & exigi potuit dictum legatum, euenit casus dicte deteriorationis, nō debet hoc nocere dictis legatarijs quoniā heredes nō possunt allegare contra dictos legatarios, quod fuerūt negligentes in exigendo dictum legatum: eo quia nō possunt heredes imputare legatarijs culpam vel negligētiā, ex quo ipsi heredes cōmodum senserant seu sentiunt. l. cū in fundo. post prin. versi. quid si mulier. ff. de iure do. preterquam in presumptionibus. ¶ Quod autem ex dicta negligentia legatariorum senserunt heredes cōmodū, patet: q2 nō numeratis dictis quātitatibus pecuniarū legatarijs, retinuerūt & retinere potuerūt heredes ad commodum ipsorum heredem seu substitutorum, absq3 eo q aliquas vsuras teneant soluere legatarijs, cum ille vsure nō debeātur nisi a tpe more. l. i. C. de vsu. & fruct. lega. l. titia seio. §. vsuras. ff. de legatis. ij. ¶ Et quod hereditas esset adita: p3 q2 aut dictus vitalis adiuit & sufficit illa aditio ad confirmādum omnia legata subsecuta cōditione legati dictorum quinq3 milium, aut ipse non adiuit: & tunc transiuit ex potentia suitatis hereditatem nō aditam ad dictas suas sorores proximas. per l. si fratris. C. de suis & legi. l. ex militari. §. si. cum. l. se. ff. de testa. mili. l. si filius qui patri. & ibi not. doct. ff. de. vulg. & pup. & plene per scribentes. in. l. ventre. ff. de acqui. her. & in. l. si infanti. C. de iure delib. vbi ita se habet magis cōmunis conclusio. ¶ 2 † Nā 3 etiam iudei[a] dicūtur esse in patria potestate parētum cū viuāt iure romano. l. iudei. §. i. de iude. iuncta. l. itē in potestate. cum. l. seq. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. & ibi in specie firmat Bal. & in. l. nam & ciuiū. que sequit post. l. itē in potestate, & illud etiā tenet glo. xxviij. q. i. iudeorū. nisi filij iudeorū sumerēt Christianam baptisma: vt ibi in glo. hoc etiā vult glo. j. di. ius quiritū. & Gaspar. de calde. in consili. iij. sub titu. de iudeis. nā omnes qui nati sunt ex iustis nuptijs, sunt in patris potestate qd ius paterne potestatis est proprie ciuium romanorū. ita habetur insti. de patria pote. in princi. seu in. §. i. & in. d. l. item in potestate. cū. l. seq. & in. l. postliminiū. §. filius. ff. de capti. & sacramētum cōiugij est apud fideles & infideles. xxvi. dist. de iudeis. c. gaudemus. de diuor. c. de infidelibus. de cōsan. & affi. licet possent hebrei dato libello repudij vxorem dimittere. v. q. i. nō satis. in hoc fieri poterat ex dispositiōe iuris ciuilis iuxta. l. cōsensu. C. de repu. & ff. de diuor. per totū. & tamē nati ex illo matrimonio erant in patria potestate. ¶ Non ob. q interdū iura dicunt iudeos esse seruos. c. & si iudeos. extra de iude. xxiiij. q. iij. §. sed q. xxiij. qō. viij. dispar. ergo si sunt serui, non possunt habere alios in potestate. xxxij. qō. iij. parte. & ibi no. & l. sic eueniet. ff. & adulter. q2 pōt r̃nderi q iura non loquuntur de illa seruitute, ppter quam quis amittat penitus libertatē: nam & vxoratus in seruitute esse dicit. l. ij. de libe. ho. exhi. & tamē non est dubiū quod retinet filios in potestate. vnde videmus q iudei nō retinētur in seruitute nec venduntur vt reliqui serui. ¶ Nec sublata fuit existentia suitatis per dationem substituti factam dicto vitali prout. s. que per illam substitutionem factā per illud verbum: scilicet si filius meus decesserit sine filijs, substituo talē. non est 3 sublata existentia suitatis: † q2 illa est substitutio compendiosa, que facta per verbum cōmune, comprehendit fideicommissariam substitutionem post pupillarem etatem. c. Raynutius. de testa. l. precibus. cum ibi no. plene de impu. & alijs substit. & plene in. l. centurio. ff. de vulg. & pup. & etiā cōtinet vulgarē substitutionem, vt declarat Bart. in. d. centurio. in ver. quero vtrū substitutio compendiosa facta per verbum cōmune, contineat vulgarem. confirmant omnes in. d. l. precibus. & in. d. ca. Raynutius. ¶ 4 † Sed ita est, q quādo filio in potestate est facta substitutio fideicommissaria coniuncta cum vulgari, nō intelligitur sublata existentia suitatis: vt probat Bal. in. l. non iustam. C. ad treb. & in repeti. l. in suis. & circa vltimam char. ff. de libe. & posthu. & in. l. papinianus. §. iiij. & ibi etiam Ang. ff. de inoff. testamen. & Ang. & Jo. de Jmo. in. l. j. ff. de vulga. & pupilla. sed clarius ponit hanc in. d. §. iiij. vbi proprie loquitur in substitutione compendiosa: prout in casu nostro. ¶ Unde redeundo ad propositum, si vitalis decessisset etiam non adita hereditate transmisisset ex potētia suitatis ad dictas sorores substitutas: & si de consensu & volūtate eorum fuit promissa & soluta dicta quantitas pecunie hereditarie: sine dubio videt adita per eos hereditas: iuxta. l. gerit cum materia. & l. pro herede. ff. de acq. hered. & l. ij. C. de iure deliberan. aut sine consensu & voluntate sua fuit dicta solutio pecunie: & tunc cū, vt dixi, dicta pecunia non esset in effectu diminuta hereditas predicta: quia cōpeteret substitutis ius agendi contra eos qui dictam pecunie quātitatem sine eorum cōsensu minus debite soluissent. facit. l. qui heredem. §. fi. & l. filie. C. de so. ¶ Confirmantur predicta: quia si diceremus quod etiam si postquā cessisset dies legati. & postquā solutū fuisset legatum de vnaquaq3 diminutione contingente, ex quocunq3 euētu deberet fieri diminutio, sequeret q singulo die quo contingeret pro victu quotidiano heredū seu substitutorū predictorum, vel alias quouismodo diminutionē fieri deberent singulis diebus & horis dicti legatarij reddere & satisfacere pro rata dicti legati, & expensam subire minuatim singulis deibus, vt dixi, quod videtur absurdum dicere. arg. l. j. in prin. ff. de ali. & ciba. leg. & l. cū hi. §. in causa. ff. de transact. 5 † & debet in interpretāda volūtate disponētis attendi id quod verosimilius est. c. inspicimus. de reg. iur. in. vj. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legatis. ij. ¶ Hoc comprobatur & alia ratione: nam intelligendo quod testator voluerit duntaxat q debeant dicti legatarij sentire iacture ratā que eueniret vel contingeret antequā cederet dies legati. Jstud habet optimam rationem q2 voluit testator facere filiabus que necessario ex tunc erat in casu dicti legati debēdi: quia dictū legatum relictū erat in casu quo haberet locum dicta substitutio, que totū habere non potuisset si tēpore mortis vitalis predecessisset. d. filia testatoris. l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. & l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vul. & pup. ¶ Sed si intelligeretur q testator voluerit q vnāquanq3 iacturā sentirēt que etiā euenisset postquā cessisset dies legati, sequeret incōueniens, scilicet q si. d. filie testatoris post mortem vitalis decessissent, relictis tamē extraneis ipsorū heredibus, q testator voluisset auferre dictis legatarijs dictum legatū qui sunt de agnatione testatoris, & illud applicaret dictis extraneis qd non est presumendū in. l. cū acutissimi. in fin. C. de fideicom. & l. fi. C. quorum bo. tex. in. d. l. si seruus plu. §. fi. in versi. charitatis necessitudo &c. ¶ Et predicta etiam tanto magis procederent si dictus vitalis decessisset in pupillari etate substituto successissent, & ex capite pupillaris cōprehense in compendiosa: iuxta. c. si pater. de test. in. vj. & gl. seq. §. qua ratione. insti. de pu. substi. & Archi. in. d. c. si pater. & etiam Joan. And. ibi in nouella. & do. Card. in. d. c. Raynutius. & Oldr. in consi. ccxxv. quod incip. in proposito. & Sal. & Ful. in. d. l. precibus. & Sali. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & Ange. Jo. Jmo. Rap. Pau. de Ca. in. l. centurio. & Jo. de Jmo. in. d. c. Raynutius. vbi refert se ita cōsuluisse: & ita tenent alij quos ibi referūt. & ita sum solitus consulere in. d. l. centurio. & ita etiam consuluit Pau. de Cast. in consi. viij. vt refert per. d. l. precibus. inducendo quod ibi miles in dubio videtur voluisse testari iure communi. l. in testamento. & l. quamuis. C. de testa. mi. ergo cum testator solum locutus fuerit de diminutione sue hereditatis, non intelligo quando diminutio euenisset post casus substitutionis pupillaris: quia tunc dicitur tractari de hereditate pupilli. l. sed & si plures. §. filio. s. de vulg. & pupilla.

[a] ¶ Judei. j. li. vj. consilio. vj.

Summarium.

# Summarium.

1 ¶ Nouatio non fit nisi expresse agatur.
2 Discedere a iure suo velle non censetur qui facit ex necessitate.
4 Bannitus tenetur comparere per procuratorem.

# Consilium. LXXII.

Visis & diligenter ponderatis his de quibus in themate ante posito fit mentio sit singula dubia per argumētum ad vtranqȝ partē disserere vellē longo commento narrarem. ¶ Omissis itaqȝ superfluis circa primum quesitum breuiter dico, exploratissimum esse dictum Bartholomeum non fuisse liberatum a dicto manfredo dato ꝙ Dalmonius administrationis dicte falcidie pro quarta parte in eum translata per ipsum Bartholomeum se ingerit sciente & patiente manfredo, etiā posito ꝙ ex hoc appareret manfredum sibi in socium assumpsisse dictum Dalmoniū pro
1 predicta quarta parte. ¶ † Quod probatur primo: quia ex aliquo actu sequenti in dubium non intelligitur factam esse no
a uationem alterius precedentis obligationis nisi expresse [a] agatur, etiam si noua persona intercedat: vt. l. fin. C. de noua. & inst. quib. mod. tol. oblig. §. pen. & plene no. in. l. pen. ff. de preto. stip. & in. l. qui vsumfructum. ff. de ver. ob. ¶ Et licet Bart. videtur velle in. d. l. pen. quod de iure forum. quando interueniebat noua persona, secunda obligatione continente idem quod in priori fiebat nouatio: nisi esset actum quod essent duo rei: vt l. iij. in prin. ff. de duob. reis. & eodem casu dicit quod hodie ope exceptionis fit nouatio. per not. per glo. in. d. l. pe. & in. l. ij. C. de
b noua. tamen magis communis [b] opinio est in contrarium per
2 d. §. in verbo, nihil penitus innouari. ¶ † Nam vniuersalis negatiua falsificatur quando aliquod affirmatiuum remanet. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. l. a procuratore. & ibi not. C. man. c. solite. de ma. & obe. & importaut illa verba nihil penitus idem q̄d nihil omnino: vt in cle. j. in verbo nullus. de preb. & Jo. And. in. c. j. in ver. positus. de postu. prela. in. vj. & importat dictio penitus, idē q̄d oīmodo: vt probaꝛ in. l. j. iuncta rubrica. C. de gladia. peni. tol. lib. xj. & Arch. in. d. c. j. de sup. negligē. prelato. in. vj. sed ita est quod dictio omnimodo, vbi iūgiꝛ cum negatiua, prout in. d. l. fin. tūc importat idem quod nullo modo. l. in naue saufeli. ad fi. cū glo. ff. locati. seu importat idem ꝙ sine distinctiōe. l. vbi aūt. §. fi. de ver. ob. ergo perinde est ac si in d. l. fi. diceretur nullo modo nouari vel sine distinctiōe nō fuit nouatio falsum esset dicere q̄d nihil penitus sit innouatum de priori obligatiōe: vt de se pꝫ. ¶ Itē esset falsum dicere ꝙ nullo modo vel sine distinctiōe nō fieret nouatio. & istā opi. tenuit Jac. de bel. in sua disputatiōe que incipit, in Christi noīe amē. Caueꝛ. l. municipali &c. quā disputatiōnē ponit ipse in. d. l. post quā liti. C. de pac. & Jac. bu. i. d. l. fi. C. de noua. & Ray. i. l. si pacto quo penā. C. de pac. & Guil. de cu. i. l. rescriptū. §. si pacto. & ibi Bal. ff. de pac. & Fulg. in. d. l. fi. vbi dicit q̄d si illa lex intelligeretur ſm intellectū Bart. esset imposita verbis & nō rebus cōtra. l. ij. C. cōmunia de leg. & c. cōmissa. de elect. in. vj. ¶ Itē nō esset sublata dubitatio quā ibi voluit tollere imperator: q2 adhuc esset dubium quādo fieret nouatio tacite vel expresse, & idē tꝫ Jo. de Imo. Raph. Cy. Pau. de ca. in. d. l. pe. & in. l. ij. & nō ob. notata p gl. in. d. l. fi. in. l. ij. ff. de noua. q2 vltra prefatos doc. dicte glo. intelligunt qñ ex manifestis coiecturis cōstabat partes voluisse nouare. vt patēt exēpla posita per gl. in. d. l. fi. & ita ēt tenuit Jo. de Imo. i. l. delegare. ff. de noua. & Ful. i. l. certi cōdictio. no. ff. si cer. pet. ita ēt est de mēte Cy. & Ray. in. l. fi. & ēt ille gl. nō dicunt id ad q̄d allegātur. p Bart. si bene inspiciaꝛ. ¶ Preterea dato q̄d per aliū ꝯtractū quā p stipulationē: nisi illud expresse actū fuisset: vt. l. itē illa. in fi. & ff. de ꝯsti. pec. & d. l. si mādato meo. §. fi. ff. mā. ita allegat Bar. in. l. j. in. j. col. ff. d nona. & si interesset noua psona: vt. d. l. quis ergo illos actus. in fi. col. ad cōtractū societatis celebrate inter māfredū & Dalmoniū, nō pōt inferri factā esse nouatione prioris obligationis cō
3 tracte inter māfredum & Bartholomeū. ¶ † Confirmaꝛ, q2 si quis faciat aliquē actum ex necessitate nō vꝛ ex illo actu velle discedere ab aliquo actu, per ipsuꝫ facto. l. fideicōmissa. §. si rē. ff. de leg. iij. l. rem legatā. ff. de adi. leg. ¶ Sꝫ māfredus ex necessitate acceptauit dalmoniū in participē p dicta quarta parte: q2 Bartholomeus potuerat inuito māfredoto partē ipsius Bartholomei locare & trāsferre, in dalmoniū. l. solutā. §. solutū. ff. de pig. ac. & l. cū antiqtas. C. de vsufr. facit. l. in rē mādata. ergo non videtur ex hoc manfredum recessisse ab obligatione prius cōtracta inter Bartholomeum & ipsum Manfredotum.
4 ¶ † Quo ad ſm dubiū est expeditū de iure ꝙ dalmonius tanquā pro homicidio bānitus a loco citationis, tenebaꝛ per procuratorē cōparere si illū cōstituerit: vt. l. papinianus exul. ff. de mino. l. sed & si per pretorē. §. ij. ff. quib. ex cau. ma. & plene in. l. fi. ff. de in inte. rest. per Bar. in. l. j. ff. de diuer. & temp. prescr. & per can. in. c. ij. de procu. & in terminis nostris in bānito firmat Ange. in disputatione sua incipiēte, Bononiēsis in sua ciuitate bānitus: in. ij. & iiij. dubio. & potissime in obligationibus & cōtractibus gestis ante bannū: prout in proposito: vt ibi per eū. hoc etiā voluit Spe. in tit. de acc. in tertia parte. §. sequiꝛ videre. ver. quid si banniꝛ quis. ¶ Et ibi hoc videꝛ velle Jo. An. procedere sine dubio in ciuilibus, in quibus pōt cōparere per procuratorē: secus dicit in criminalibus in quibus non pōt cōparere per procuratorē: iuxta. c. veniēs. de acc. & l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iud. Idē etiā voluit Bar. in. l. adul. in prin. ff. de adult. per id q̄d no. gl. in. l. eius. alias incipit, casus. §. fi. ff. de aqua plu. ar.
5 ¶ † Et statutū ciuitatis in genere loquēs cōprehēdit etiā istos bānitos. vt no. Bal. in repe. l. cum mulier. ff. so. ma. in. ix. col. in ver. iuxta quero pone &c. ¶ Et attento q̄d dictus Bartholomeus erat obligatus dicto Māfredo, ad eximendū eū ab obligatione qua dictus Māfredus erat obligatus monasterio pro dicto affictu. quantū est pro quarta parte rerū, que ex cōtractu cōditionis remanserunt apud Manfredotū que quidē obligatio ascēdebat ad quartā partē librarū nongentarum quinquaginta singulo anno dictorū octo annorū: vt cōstat in dictis instrumētis, potuit dictus Māfredotus petere in iudicio a dicto Bartholomeo dictas libras septuaginta pro rata quātitatis debite pro dicto affictu: q2 saltē negari nō pōt: quin in tātū verteꝛ interesse ipsius Māfredoti, ex eo q̄d Bartholomeus nō exemerat Manfredū ex dicta obligatione: prout promiserat: & q2 Bartholomeus nō fecerat vt promiserat cōmissa erat obligatio ad interesse. l. stipulationes nō diuiduꝛ. ver. celsus. ff. de ver. ob. l. si quis ab alio. in prin. ff. de re iudi. ¶ Et ꝙ talis petitio Māfredoti de iure processerit, ponit expresse Bal. in. l. fi. §. fi. in ver. & pone questio de facto &c. C. de vsu. rei iud. & in. l. si pea. in tertia questione. C. mād. Accessit q̄d not. Cy. & Bal. in. l.
6 certū. in. ij. col. C. fa. ercisc. † vbi voluit q̄d vbi fideiussor est obligatus per instrumentū habēs ex vi statuti executionē paratā, prout cōiter per Italiam habēt cōiter instrumēta ex forma
c statutorū: q̄d talis fideiussor habeꝛ pro condēnato: [c] & dꝫ talis fideiussor cōseruari indemnis per principalē cōuentum. & ideo cū Māfredotus esset obligatus per instrumentū monasterio ad dictā quantitatē Bartholomeo qui promiserat Manfredotum liberare a dicta obligatione tenebatur soluere nō cauere. ¶ Et ideo non pōt decipi Bartholomeus si confessus est debitū & soluit. nam licitū fuit Bartholomeo bonā fidē agnoscere & cōfiteri veritatē. que comprehendiꝛ ex obligatione Manfredoti facta monasterio, & ex obligatione facta per Bartholomeū. l. quot. §. sicut aūt. ff. de admi. tut. & pariformiter cū promiserit dalmonius Bartholomeo soluere dictos affictus & valuit dicta promissio facta Bartholomeo stipulāti dare Manfredoto, ex quo circa illud versabaꝛ interesse ipsius Bart. l. stipulatio ista. §. si quis insulā. in. §. si stipuler. ff. de ver. ob. & cū nō dederit commissa fuit obligatio ad interesse. d. l. liber homo. §. ff. de ver. ob. ¶ Et expresse fuit cōuentū instrumēto Dalmoniū teneri ad omne interesse taxandū iuramēto Bar. q̄d fieri potuit vt no. per Bar. & alios in. l. fi. ff. de preto. stip. cū suis vulgarib⁹ cōcordātijs. & interesse Bar. de se est clarū respectu librarū septingētarū cū intētione Māfredoti satisfecit iā respectu aliorū librorū mercatorū. & est liqdatū interesse Bar. p Dalmoniū.

> a ¶ Expresse. s. e. consi. xiij. num. vj.
>
> b ¶ Cōmunis. Et bene vt dixi. d. cō sil. xiij. licet Alex. in. l. iiij. §. si ex conuentione putauerit contrarium esse communem.
>
> c ¶ Condemnato. Et quod statim pōt agere Hypp. marsi. rubr. de fideiusso. nu. ccxcij. Sed nō est verum nec practica tur [illegible]

# Consilium. LXXIII.

Lege. j. libr. iij. consilio cxxj. vbi plenius habetur.

# Summarium.

2 ¶ Alimentatio non probat filiationem.
4 Naturalis preter alimenta quando aliunde non habet, nil potest petere contra voluntatem vel testamentum.

# Consilium. LXXIIII.

Viso pcessu cause inter Faustinam agentē & dominam Nutam quondam domini agētis aurispe, & Nardum palmeariū se defendētes. ¶ Di

do ex pluribus sententiam absolutoriam esse ferendam in fauorem dicte domine Nute & Nardi. ¶ 1 † Et primo quia constat quod non est probatum dictam Faustinam esse filiam legitimam & naturalē dñi Io. Aurispe: q2 ad probandū q ipsa esset filia legitima & naturalis & oportebat vere presumptiue probare q ipsa esset nata ex dño Io. & tali eius vxore. l. filiū diffinimus. & ibi hoc colligit Bar. & expressius Bald. ff. de his qui sunt sui vel alie iur. & no. Cy. in. l. si vicinis. C. de nup. ¶ Istud autē nō est probatū, quinimo testes producti pro parte Faustine deponunt qd mater Faustine erat concubina dñi Io. & do. Ioānes erat clericus sic nō potuisset habere filios nisi spurios. l. vulgo. in fi. & ibi no. ff. de statu homi. in. l. ij. C. de episco. & cle. & no. Bar. in. l. fi. in prin. ff. de his qui. vt indi. ¶ Fortius dico quod per testes Faustine non est probatum sufficienter aliquo modo qd Faustina esset filia do. Io. vel in quasi possessione filiationis, & presertim quia illi testes videntur esse singulares: & sic non probāt. c. licet causam. de proba. & c. bone. de elec. ¶ Sed qd prius est probandū est taliter per testes dñe Nute & Nardi: q2 dici non pōt q dñs Io. tractauerit dictā Faustinā vt filiam: q2 testes, quando deponunt q dominus Io. semper dicebat q illud quod faciebat, erga Faustinā, faciebat amore dei, & qd non erat filia sua: vnde protestatio declarauit qd tractatus sequens nō fiebat Faustine vt filie: vt. l. at si quis. §. plerisq. ff. de reli. & sump. fune. l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acq. he 2 re. ¶ † Sic etiam posito quod esset probatum per testes Faustine q dominus Io. alimentasset & lactari fecisset Faustinam vel similia: per hoc non sequitur: ergo tractauit eam vt filiam: q2 etiam talia conueniunt & fieri possunt alijs quam filijs. bene faciunt que no. Barto. in. l. si quis a liberis. §. Iulia. ff. de liber. agno. & no. per doc. in. c. per tuas. de probat. cum si. Presertim stante dicta protestatione & declaratione animi: & tāto magis cum tractemus de excludēdo presumptionē delicti ipsius do 3 mini Io. ¶ † Nam in dubio semper fieri debet interpretatio in partem, per quam euitatur delictum, & dubia probatio debet ad illud adaptari vt eleganter tradit Bart. in. l. non solū. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nun. & Bal. in. l. precibus. in. vij. col. in ver. & scias &c. C. de impub. & alijs substitu. & Moderni in. c. licet causam. de probatio. ad hoc. l. ij. cum ibi no. C. de petit. her. l. merito. ff. pro socio. ¶ Sed si fiat interpretatio quod illa non sit filia domini Ioan. nec tractata vt vera filia est euitare delictum & suspicionem damnati coitus: ergo &c. ¶ Insuper etiā videntur probare testes domine Nute & Nardi pro eo tempore quo mater Faustine venit ad habitandū cum domino Io. erat pregnans. & quod inde ad quinque menses peperit filiū: & sic non potuit esse filius domini Io. nec natus ex eo presumitur: vt no. Cy. in. d. l. si vicinis &c. Et facit. l. septimo mense. cum ibi no. ff. de statu homi. ¶ Sed posito etiam quod probatuz esset aut probaretur ipsam Faustinam esse natam ex dicto domino Io. & eius concubina, tamen talis filia non potest petere legi 4 timam in dictis bonis dicti domi. Io. prout petit: † quia spurius nihil petere pōt in bonis patris nisi alimenta de iure canonico quando non haberet aliunde vnde se aleret. in authen. ex complexu. & quod ibi doc. maxime Bal. C. de incest. nupt. & in. c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. eam quam polluit per adul. & l. j. C. de nat. libe. ¶ Preterea nedū filia spuria sed nec naturalis nunquā potest succedere contra voluntatem & testamentū patris, dato quod pōt succedere ex testamēto vel ab intestato: vt est glo. reputata singularis in. l. j. in glos. ij. & ibi Bar. ff. de bon. pos. contra tab. & pro illa gl. est tex. in. l. fi. quem ad hoc ponderat Bal. C. de nat. lib. & no. Bal. in. l. j. C. quorum bonorum. & in. l. certuz. in. iij. col. C. vnde legi. ergo nullo modo potest dicta Faustina petere dictam legitimā nec venire cōtra voluntatem testatoris. ¶ Ac etiam dictum legatum librarum centum sibi relictum in testamento obtinere nō potest: q2 nondum venit tempus prestādi legati: quia secundum dispositionem testatoris debet sibi prestare legatum quādo professionē fecerit. vnde cum ante illud tempus fuerit sibi opposita exceptio: reus debet totaliter absolui. §. temporalis. instit. de excep. l. j. in fi. ff. quando dies vsu. legati. & declarat Bar. in. l. eum qui ita. el. ij. in fi. ff. de verb. obli. Et no. doc. in. l. exceptionem. de exceptio. in. c. j. de plus peti. ex quibus concluditur dictam dominam & Nardum & eorum intercessores esse absoluendos.

## Epitome.

Pendēte prima cōductione Petri finiēda anno. M. cccccl. Idē Petrus anno. M. cccc x l v j. duxit hinc ad nouē annos. Dñs locauit Francisco ad certum tempus inchoādum anno M. ccccl v. quo adueniente Petrus causatur scdam suam cōductionem durare vsq ad annum. M. cccclix. quasi secunduz quinquennium non inciperet currere nisi primo quinquennio lapso. respon. quod ex die contractus cepit currere propter verbum hinc quod est de indubitabili.

## Consilium. LXXV.

Ponderatis his de qbus in themate fit mētio. 1 ¶ † Uidetur prima cōsideratione tempus prime inuestiture attendi finite de anno. M. cccccl. & sic finito primo nouennio non obstante scda conductione. Et inuestitura facta durante primo nouennio, & per consequens tempus secunde obligationis & inuestiture durare vsq ad annuz M. cccclix. ¶ Quod probatur quia per secundam conductionem & inuestituram non videtur secuta nouatio prime nec abea esse recessuz, post quā ita expressim nō fuit actū. l. fi. C. de noua. & instit. quib. mod. tol. obliga. §. preterea. ¶ Pro hoc facit 2 quia † lz per aliū cōtractū quā per stipulationē posset fieri nouatio precedētis obligationis: vt probat. l. si mādato meo. §. fi. ff. mādati. quē tex. ad hoc pro singulari pōderat Bar. & alij in. l. j. ff. de nouatio. tamē per aliū contractū quā per stipulationē sequentē nūquā fit nouatio aliquo modo, nisi expresse agatur etiā inspecto iure fforum. l. itē illa. §. fi. & l. vbi quis. ff. de pecu. & not. Bar. in preall. l. j. ¶ Adde & tertio q facit. l. si quis ante. versi. 3 idē pomponius. ff. de acq. possessio. † vbi si precario rem accepi eo acto qd in me possessio transferatur, & eandē rem postea ab eodem conductā per sequentē possessionem: nō videtur recessum a prima. ¶ Pro hoc & vltimo facit ratio. l. cum de indebito. cum simili. de proba. q2 nō est verisimile conductorē voluisse se renunciare iuri sibi virtute prime conductionis. ¶ Sed his non obst. contraria sententia videtur mihi verior & magis de mente contrahentium: qd secunda cōductio & inuestitura Petri dicitur incepisse. cccc x l v j. die. xiij. Octobris & finita fuisse post nouennium tunc proxime sequutum. & sic non durasse vsq ad annum. clix. hoc luculenter percipitur ex verbis instrumēti se 4 cunde cōductionis & inuestiture facte. M. cccc x l v j. † duz dicitur hinc ad nouem annos proxime futuros tātum, que verba importantac si dictū esset de isto die vsq ad nouē annos tātum: vt est tex. in. l. placet. cū glo. ab hinc. C. de sacro. eccle. & insti. de 5 iur natu. gen. & ciui. in prin. cum glo. in ver. hinc. ¶ † Quinimo ille dies facti instrumēti scde inuestiture computatur in dicto nouēnio scde cōductionis: quia per illā dictionē, hinc, tempus computatur de momēto ad momentū: vt inquit Bar. Bald. & Ang. in. l. j. ff. si quis cautioni. & Bal. in. l. eos. §. sinautem. C. de appellatio. & Ang. & Ray. in. l. huiusmodi. la. ij. ff. de verb. obli. ¶ Et per hoc bene facit text. in. l. huiusmodi. vbi si stipulatus sum a te per hec verba, videlicet si Titius cōsul factus fuerit tunc ex hoc die in annos singulos decem dare spondes. & post triēnium a die stipulationis extiterit conditio: certe etiam decem pro singulis istorum dictorum trium annorum peti poterūt. q2 propter illa verba. ex hoc die, que equipollent dictioni, hinc, videtur contrahentes denotare nō solum quod illud initium temporis erat terminus in quo celebratus erat ɔtractus: sed etiā voluisse cōnumerare illud tps in tpe prestatiōis & solutiōis annue. ¶ Ita ergo in ɔposito ɔpter illa vba. hinc ad nouē annos, denotat qd tūc incipit currere tps scde cōductio 6 nis. ¶ † Pro hoc facit q2 vbicūq durāte tpe prime cōcessionis fit scda cōcessio in lōgius tempus: tūc per scdam cōcessionem, potius dr prorogari prima, q de nouo cōcedi. l. sed si manēte. ff. de preca. l. cū stipulatus sim mihi a proculo. ff. de verb. ob. Et per hoc pz responsio euidēs ad alleg. in cōtrariū: nā nō curo qd per scdam conductionem nō sit facta nouatio prime, & qd quo ad illos quatuor annos q restabāt de prima ɔductione tēpore facte scde cōductionis, potuerit conductor retinere ex vtraq cōductione & agere ex vtroq cotractu, tñ dico q scda nō potest excedere nouenniū inchoādo ipsum tēpus de anno M. cccc x l v j. die. xiij. octobris ɔpter illa vba hic ad nouē an 7 nos &c. † Et presertim in ɔctibus verba sunt stricte & proprie accipiēda. c. cuz dilecti. de dona. & l. quicquid astrigende. ff. de ver. ob. ¶ Pro hoc & vltimo facit: q2 Franciscus hz clare fundatā intētionē suā per instrumentū sue cōductiōis per qd clare apparet qd dz sua locatio incipere post nouenniū inchoatū. M. cccc x l v j. die. xiij. octobris. ergo si Petrus ad excludēdum Frācisciū producat instrm sue scde inuestiture, oportet q dicamus vel q verba scde inuestiture Petri sunt clara contra Petrum, vt est ostēsum, vel si sunt dubia, dz fieri interpretatio cōtra Petrū q ex illo instrumēto vult suā intentione fundare. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipula. ista. §. in stipulatio. ff. de ver. ob.

Summarium.

# Summarium.

1 Possessio titulata vincit antiquiorem sine titulo.nu.3.
2 Petitorium absorbet possessorium,nisi quo ad impensas litis.
6 Dominium territorij non infert nisi iurisdictionem.
8 Possessio recentior presumitur clandestina.

# Consilium.LXXVI.

In causa et lite inter magnificũ Albericũ de mãfredis agẽtem,et homines seu cõmune Lugi se defendẽtes. Aduertendũ est q Albericus agit petitorio simul atque possessorio recuperande ad loca et terrena infra scripta:videlicet fabricatum locum positum in partibus Romãdiole intra infrascriptos fines,videlicet ab oriente flumine vetus Sautetur.ab occidente iuxta loca dicta,la manfreda.a meridie iuxta iter quod itur ad castrum consilicis,et fundum capignare.a septentrione iuxta valles.et similiter petit terrenum siue locum dictum,la manfreda,positũ in partibus Romãdiole infra istos cõfines:videlicet ab ortu solis iuxta fabricam.ab occasu faucam in correa vacchis.a meridie iuxta viam qua itur a fabrico ad castrum consilicis.a septentrione iuxta valles,que bona detinent et occupãtur per homines et cõmune Lugi,vt ex confessione syndici vel procuratoris eorũ apparet,qr confitetur possideri per dictum cõmune posita inter dictos cõfines.videndũ erit in primo vtrũ sit fundata intẽtio Alberici. Secũdo principaliter erit videndũ an per partẽ aduersam talia sint probata que habent elidere intentionẽ agentis. Circa primum dico fundatam esse intentionẽ in petitorio, quia de anno.Mcccccxxx.magnifici et potẽtes domini Guidatius et Astorgius de manfredis titulo donationis,donauerũt dicto Alberico plura bona:et inter cetera donarũt sibi dictum locum appellatum de mãfreda.Et cõstat q Albericus dictũ locũ possidebat et possedit vt deponunt plurimi testes recepti pro pte sua:maxime Jacobus sancassa de mordano et Rodulphus ac Mengolus et Joan.georgij et Bartholomeus et Vianus Benedicti et quidã alij:et sic possedit Albericus cũ tit. † 1 et ita est q vbi duo sunt quorum vnus possedit cum ti.et alter sine titulo si intentatum est petitorium et possessorium,potẽtior est ille qui fuit possessor cum titulo:et si aduersarius habuisset possessionẽ antiquiorẽ sine titulo. Et ad hoc ostendendum presuppono q vbi agitur causa possessorij et petitorij simul, tunc si vnus ex litigantibus probat melius de possessione,et alter probat melius de dominio vel quasi dominio,et q titulum habet,debet iudex pronunciare super vtroque, si liquet, et in possessorio pronunciabit pro illo qui melius probauit de possessione:quam pronunciationẽ super possessione facere debet, vt 2 sciatur quis teneatur ad expensas.l.vtiqz.ff.de rei vẽdi. † Et in petitorio iudex pronũciabit pro illo qui portabit de dominio vel quasi dominio deducto in iudicium:tunc ille qui obtinuit in petitorio,nõ tenetur restituere possessionem illi qui obtinuit in possessorio : quia ei qui obtinuit in posses.obstaret exceptio dolo facis:quia petis q restituturus es.l.dolo facis.ff.de do.et ex a cep.ista sunt verba Cy.[a] cõiter approbata in.l. incerti.in.ij.q. iij.ver.primo casu quando ecõtra etc.C.de interdic.Joan. an. et alij in.c.pastoralis.de causa pos.et proprie.ad quos etiam se remittit Bar.in.l.naturaliter.§.nihil cõe.in pe.q.ff. de acquir. poss.§.j.ver.tu quid p vno. Hoc psupposito,dico etiã dato q cõmune Lugi probaret de antiquiori possessione et pro eo deberet ferri sententia in possessorio,quo ad finem discernendi quis teneatur ad expensas:tamẽ in petitorio debet ferri sentẽtia pro Alberico qui titulum habet habilem ad acquisitionem dominij vel quasi dominij:vt etiam docuit de possessiõe quantuncunqz etiam apparet possessionẽ suam esse recentiorem : et nõ tenebitur Albericus restituere possessionẽ dicto cõmuni quãuis dictum cõmune habuisset possessionẽ antiquiorem:vt patet ex presupposito.s.fundato. Et istud est verũ dato q titulus Alberici esset maior possessione dicti cõmunis:et hoc ita esse probatur per ea que dixit expresse Joã.and.in addi.Spe. in titu.de caus.pos.et ppie.§.nunc videndũ.in fin.additionis 3 vbi voluit † q vbi agitur iudicio petitorio:et appareat q vnus primo possedit etiam cum titulo : et postea cecidit et illa possessio peruenit:postea cum titulo ad Titiũ : Titius quis habeat minorem possessionẽ potentior erit propter titulum[b] et possessio b nem:nisi ille titulus fuisset per titium acquisitus mala fide vel lite pẽdente,vt ibi plene no.per eum. Et idem Bald. in quoties.C.de rei vẽdi.et in vlti.col.ver.modo restat etc.C. si plures vna sententia.et idẽ sentit Bart.in.l.fin.§.si duobus.ff.de publiciana. Et sic apparet q vbi sumus in iudicio petitorio nõ curamus q titulus sit recentior possessione aduersarij. qñ talis titulus est sine mala fide.l.pe.et ibi no.C.de euic. Et etiã clarum est q titulus dicte donationis fuit ante aliquam litem motam inter predictos.nec iure cautum reperitur q ad hoc vt quis obtineat in petitorio,oporteat esse in antiquiori possessione aduersarij.Sed habetur in dicto capitu.cum dilectus.de cau 4 sa posses.cũ ibi nota.† cã pprietatis semper,tanq dignior prefertur cause possessionis.et expresse dicit Anto.de but. in. c.cũ causam.de probatio.pe.vel vlti.char.in ver.oppono q attẽtetur etc.q si quis habet possessionẽ suam iuniorem ex titulo ob 5 tinebit:et sic aperte ibi determinatur iste passus. † Fortius etiam dicit Antonius de butrio quod etiam in mero possessorio obtineret ille qui recentiorem possessionẽ suam iustificaret ex titu.vt etiam not.Bart.in.l.si de eo.§.fina.ff.de acq.pos. et ibi clarius Joannes de imo. vbi istud limitat:quam limitationem non refero:quia non expedit,maxime cum in casu nostro sit intentatum etiam petitorium : quo casu debet seruari illud quod dicit Cy.in.d.l.incerti. in questione prout retuli.s. in princ. Insuper dico alia ratione debere dictũ Albericũ obtinere nedũ in petitorio,sed etiam in possessorio:qr testes sui probant de possessione.xxx.annorum,et a tẽpore quo fuerunt expulsi comites de anno qd est circa illud tẽpus:vt probãt testes deponentes de possessione Alberici,quos supra nominaui:et etiam Stephanus de agristellis qui videtur etiã deponere de possessione patris Alberici,de quo etiã deponit Joannes quondã de pugiotto. Nec ad hoc obstãt dicta testiũ cõmunis Lugi:quia respondebo statim circa expeditionẽ primi membri principalis. Secundo principaliter est videndum an talia sint deducta pro parte dicti communis, que habeant elidere iura dicti Alberici:et dico q non. Nam in primis non obstat quod dictum cõmune conatur probare quod dicta bona sunt in territorio dicti Lugi:et inter istos cõfines:quia non sequitur bona sita sunt in territorio Lugi : ergo particulare do 6 minium ipsorum spectat ad cõmune Lugi : † qr habere terri c torium [c] non denotat quod dominium eorum particularium spectat ad illum qui habet ius territorij : sed denotat in quo quis habet exercitium iurisdictionis.l. pupillus.§.territorium. ff.de verbo.signi. in.c.j.et in cle.ne Roma.§.sane.de elec.in.vj. 7 et ita exponit glo.in.l.qcunqz.C.de fundis limi.lib.xj. † Ãn videmus qd Imperator quamuis sit dominus totius mundi quo ad iurisdictionẽ et protectionẽ.l. deprecatio.ff.ad.l.Rhodiam de iactu.et.l.bene a Zenone.C.de quadri.prescri.non tamen intelligitur dominus rerum particularium vt no.glo.et Bart.in proemio digestorum.in princip.et per Bartol.in.l.j. §.per hanc.ff.de rei vẽdicatio.et in extrauaganti.ad reprimendum.in ver.totius orbis.et Ange.in.d.l.bene a zenone.et Bal. in.l.cũctos populos.in prin.C.de sum.tri.et fide catho. Deniqz plures ex testibus Alberici et maxime Pauluti et Bolognetus et frater Antonij Bontinus et Siluester deponũt q territorium Lugi non se extendit vltra flumen vetus et sic nõ comprehendit Manfredum:et etiam deponit Joãnes quondam Petri,q expresse dicit quod Manfreda nõ est de territorio Lugi:vt deponit dictus Bontinus. Nõ obstat etiam exceptio pscriptionis allegata p dictũ cõe:qr de aliquo tit.nõ c docet cõe.lz sine titulo cũ bona fide possit psici pscri.xxx.annorũ iuxta ea que plene no.in.c.si diligenti.de rescriptis.et in.c.j. eod.tit.libro.vj.quando bona fides ipsa esset allegata, que tamen non est allegata ,sed allegari debet iuxta.l.si adulterium d cum incestu.§.idem pollioni.ff.de adult.et expresse nota.Bal. in.c.si quis per triginta.si de feu.con.et not.Ange. in.l.eũ qui. §.fin.ff.de publicia.et in.l.super longi.in.iij.colũ.C.de prescrip. long.tẽpo.tñ in casu nostro non potest procedere prescriptio: quia non est probatum quod commune Lugi possederit per xxx.ann.dictum locum appellatum.de la Manfreda, et confinatum,prout in libello actoris,prout etiam.j.dicetur : et maxime per testes et contestes concludentes in eodem initio et fine.xxx.annorum completorum ante litem motã prout requiritur:et plene tradit Barto.in.l.celsus. ff. de vsucapio.et doct. in.c.licet causam.de proba,et Bald.in.l.fina.in. xv.oppositione.C.de edic.di.adria. Insuper nõ obstat si diceretur qd cõmune Lugi probaret de antiquiore possessiõe per testes suos. Albericus vero probat de recentiori:ergo debet obtinere cõ 8 mune Lugi:† quia possessio Alberici tanquam recentior[d] pred sumitur clandestina , vt in. c.licet.de probatio.et not.docto.in l.prima.C.vti possidetis.et Bartolus in lege.si duo.in princ. cum si.vti possidetis.C.manda.ad hoc respondeo quod etiam posito quod illud esset verum,quod cõmune Lugi pbasset de antiquiori possessione,tñ attẽto qd cũ possessorio cumulatum est

a Cy.Deci.tholo.ccccxciiij.Alexan.j.

b Titulũ.Bal. l.data opera.i fi. C. qui accusa.nõ poss.Anch.cõsil. ccclxj.in fi.Alex. d.§. nihil cõe. et ibi Soci. colũ.iij. n.ix. Cur.senior. cõsi.lxxvj.col.iiij. per oẽs in.c. licet causam. de pba. de.cõsi.ccc.ij.

c Territorium. dixi in consu.parisi.§.xlvj.q.j.

d Recentior.Z. li.j.cõsi. cx.nu.j.j. lib.v.Zl. lxxxviij.

petitorii, z in petitorio, sine dubio meli⁹ probat Alberi. ergo dz pnunciare p Alberico in petitorio, cui⁹ victoria effectualiter pferet: vt pbaui. §. in primo psupposito: nã pbat albericus in tit. suo quẽ hz ab illustrissimis Manfredis de fauentia: z est pbatum etiã vere per omnes testes Alberici quod dicta Manfreda fuit tenta z possessa per illos duos de Manfredis.

## Summarium.

1 Sententie quatenus non sunt conformes potest ter appellari.
2 Judex potest sine causa augere non minuere tempus datum condemnatis.
3 Immutatio diei facit dispositionem difformem.
4 Papa cõmittendo admittit appellationem inadmissibilem.
5 Primiceriatus iure communi non est dignitas.
6 Statutum de rescriptis in sexto etiam inter laicos litigantes, locum habet.
7 Error communis non iuuat delegatum ad vnam causam.
8 Nullitas defectus iurisdictionis nunquam censetur sublata.
11 Nullitas euidens impedit executionem trium sententiarum.
12 Exceptio dominij notoria excludit agentem recuperande.
13 Exceptio que non debet admitti si est admissa z pbata, nocet.

## Consilium. LXXVII.

5 dictorẽ. ¶ † Ad idẽ etiam qđ no. Sal. in. d. auf. cassa. in pen. q. volens ꝙ statutũ disponens qđ minor. xxv. annis non possit alienare rem immobilẽ nisi seruata certa solẽnitate puta cum presentia agnatorũ habeat locũ etiã si minor cõtrahat cũ clerico. ¶ Alio principali fundamẽto moueor in fauorem dicti Lõgani, qr vt presupponit in allegationibus mihi trãsmissis ⁊ etiã equaliter narrat in supplicatione Lõgani: dictus Longanus qui antea habebat titulũ emptionis in dicta domo, cõcesserat dictũ Lõganũ inuestiri de illo vtili dñio: ꝙ erat Longani cum pacto quod Jo. teneat alere dictũ Longanũ ⁊ eius vxorẽ. ⁊ istud pactũ nõ fuit seruatum. Unde dico ꝙ si post dictum pactum dictus Jo. vel post mortem eius, heres suus fuit in mora alendi dictum Longanum ⁊ vxorem, reuocatur illa concessio facta Joanni, mediante cõsensu. d. Ludouici postꝙ non fuit seruata dicta cõuentio, ⁊ redditur priuatus Joã. illo vtili dominio in eum translato, vt est casus in. l. j. C. de dona. q sub modo. ⁊ per cõsequẽs extinguitur ius dicti Anto. si quod

6 erat translatũ in eo: † qr resolutũ iure datoris, ius acceptoris extinguitur. l. lex vectigalis. ff. de pig. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. locati. no. in. c. j. §. rursu. in tit. quib. mod. feu. amit. ¶ Unde si verũ hoc est vt in dictis scripturis narratur istud est fundamentũ tutissimum, qđ me potissime trahit ad consulendum pro ista parte. Ex quibus concludo dictã inuestiturã factam in Ant. viribus carere debere, inuestiendum esse dictũ Longanum, maxime etiam cum sit proximior agnatus. d. Jo. per id quod no. Bar. in. l. j. ff. de priui. cre. ⁊ in. l. j. §. permittit. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ in. l. si mihi ⁊ Titio. de ver. ob. ⁊ Ange. in. d. §. permittit. ⁊ Ant. de but. in. c. j. de loca. ⁊ do. Car. floren. in. c. j. de postu. pla. ⁊ ibi no. per glo. ⁊ Joã. and. in. c. ex parte. de feu. in. ix. col. ⁊ Ludo. ro. in rub. de arbitris post mediũ. in. l. ij. in prin. ff. sol. mat. Alexan.

## Summarium.

1 ☞ Princeps non censetur velle derogare rei iudicate.
2 Compromiti nõ potest super re iudicata.
3 Hereditatis petitio non competit heredi postꝙ possedit.
4 Presumptio iuris debet allegari.
5 Fama quomodo probetur.

## Consi. XCIIII.

In causa ⁊ lite corã arbitris iter Lechũ mẽgolini de mõte catino agentẽ ⁊ Michaelẽ de regis defendentem ob festinantiam nuncij omittam argumẽta ad partes. ¶ Et premitendũ est ꝙ dicta causa fuit cõmissa per superiorem. d. Malgarito qui pronunciauit absoluendum dictum Michaelem a petitione dicti Lechi que sententia in rem iudi. transiuit per lapsum decem dierum intra quos non fuit appellatum, vt oportebat. c. qđ ad consultationem. de re iudi. auf. hodie. C. de tẽp. appel. ⁊ per quandam sententiã latam a d. episcopo

d. episcopo tanꝙ iudice delegato, qui pronunciauit dictã primam sententiã transiuisse in rem iudi. a qua non fuit appellatum. ¶ Modo tertio loco superior causam cõmisit. d. Malgarito predicto ad instantiam Mengolini tanꝙ patris ⁊ legitimi administratoris dicti Lechi: vt i actis mihi transmissis apparet cui. d. Malgarito superior postea mãdauit ꝙ nõ obstante dicto rescripto delegatario iustitiã partibꝰ summarie administret. ¶ Demum producta petitione corã. d. Malgarito ⁊ factis exceptionibus replicationibus ⁊ duplicationibus factum est compromissum in arbitris de omnibus litibus ⁊c. coram quibus examinati sunt certi testes a partibus producti. ¶ Aduertẽdũ est igitur ꝙ petitioni dicti Lechi obstat exceptio rei iudicate † que est tante potẽtie quod impedit litis ingressum. c. j. de lit. conte. lib. vj. ¶ Nec virtus dicte sententie dicit esse sublata per dictũ rescriptũ: † quia princeps in dubio nõ presumitur velle derogare sentẽtie que transiuit in rem iudic. vt est bonus tex. in. c. exposita. de arbit. Imol. nec rescriptum factum in cõtrarium tenet, nisi in eo esset adiecta clausula, non obstante tali sententia transacta in rem iudicatã. l. fi. ⁊ ibi not. C. sen. res. non pos. ⁊. l. causas. cum ibi no. C. de trãsac. ¶ Sed in dicto rescripto princeps apposuit dictaꝫ clausulã: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc adduco pulchram decisionem dominorũ de rota sua conclu. ccclxvj. alias ccclvij. sub tit. de rescrip. que incipit, item si in commissione: qꝛ ibi cõcludũt † ꝙ si in supplicatione petatur ꝙ in causa ꝑcedat summarie. i. simpliciter, de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij, ⁊ superior nihil de predictis cancellauerit sed in signatura supplicationis audiat talis ⁊ iustitiam faciat, rescripsit, non videt cõmisisse ꝙ summarie ꝑcedat, qꝛ si ita voluisset pñceps descripsisset ⁊ expressisset. c. ad audiẽtiã. de deci. ſm eos. ¶ Quinimo nec in supplicatione fit mentio ꝙ sñia transiuerit in rẽ iudi. ⁊ licet in dicta supplicatione sit narratũ, ꝙ contra dictum Mengolinũ fuit pronunciatũ qꝺ fuit condemnatus: ⁊ quod sententie fuerũt execute: nõ per hoc infertur necessario ꝙ dicatur eis narratum dictam sententiam in rem transiuisse iudicatam: qꝛ dicta sñia lata ꝑ. d. Malgaritum in fauorem dicti Michaelis fuit † absolutoria que incontinenti trahit secum executionẽ absqꝫ aliquo nouo facto iudicis, vt no. glo. ⁊ docto. in. c. pastoralis. de app. ⁊ Inno. in. c. cũ in nostris. de cõces. preben. Barto. in. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. ⁊ sic ꝑ hoc non infert necessario quod de ea fuerit narratum. ¶ Preterea dicta verba supplicantis possunt verificari in execu. que de facto processisset, anteꝙ sentẽtia trãsiuisset in rem iudi. ⁊ sic ptꝫ, ꝙ dicta verba non concludunt necessario ꝙ dicta sentẽtia transiuit in rem iudi. ⁊ per consequẽs patet qꝺ dictum rescriptum fuit surreptitiũ: ideo opitulari non debet impetranti. c. super literis. de rescrip. l. prescriptione. cum ibi not. C. si contra ius vel vtili. pub. ¶ Insuper ostendit ꝙ dictus Lechus tali rescripto iuuari non potest: quo ad hunc finem, vt intelligat rescissa dicta sententia: quia ipsemet rescribens mãdauit dicto iudici delegato, vt non obstante dicto rescripto summarie iustitiam partibus ministraret. Nec etiã predicte exceptioni habet obstare, si dicatur ꝙ per cõpromissum factum videtur esse recessum a dicta sententia, vel saltẽ illa dicatur esse suspensa vel rescissa: † qꝛ respondeo ꝙ cõpromissum fieri non potest super re decisa per sententiam que transiuit in rem iudi. vt not. Bar. in. l. post rem per illum tex. ⁊ ibi clarius Bal. ff. de transac. Bar. ⁊ Bal. in. l. eleganter. in princip. ff. de condi. inde. Bald. in. l. si diuersa. C. de transac. nisi expresse per dictum Michaelem esset renunciatũ dicte sentẽtie. facit. l. fin. C. de noua. l. iiij. §. si ex cõuentione. cum ibi no. ff. de re iudi. legitur ⁊ not. in. d. c. exposita. de arbitris. ¶ Fortius dico, ꝙ posito ꝙ etiam non obstaret exceptio rei iudi. adhuc ferri dꝫ per dominos arbitros absolutoria in fauorẽ Mich. ad qꝺ ostendẽdum considero quod Lechus in petitione sua dixit ꝙ bona in peti. sua contenta, spectauerunt ⁊ pertinuerunt ad Bacchũ iure directi dominij vtilis vel quasi, ⁊ qꝺ possedit vsqꝫ in tempus mortis: ⁊ quod decessit Bacchus superstitibꝰ dicto Petro Benedicto ⁊ Antonia filia eius filijs legitimis ⁊ naturalibus, ⁊ dicti Bachi heredibus vniuersalibus abintestato, ⁊ qꝺ dicti Petrꝰ bñdictꝰ ⁊ domina Antonia post mortem dicti Bachi dicta bona pro indiuiso possederũt. ¶ Ex quo infero pro dicto Lecho asserto herede, ⁊ filio dñe Antonie, non potest dici qꝺ cõpetat petitio hereditatis ex persona matris, nec etiam interdictum quorũ bonorum ex persona matris: qꝛ matri tempore mortis nõ competebat petitio hereditatis nec quorum bonorũ † quia heredi nunꝙ datur petitio hereditatis vel interdictum quorum bonorum ad res hereditarias quarũ posse semel apprehendisset heres: quia apprehensa incontinẽti per heredem desinunt res tales esse hereditarie: sed dicuntur esse proprie heredis, ita per hanc rationem concludit not. glo. in. c. j. de confes. in. vj. in fi. gl. magne. Bart. in. l. ij. ff. de fideicom. here. pet. facit quod no. in. l. j. §. veteres. de acqui. poss. ⁊ in. l. heres per seruũ. ff. de acq. hered. sed dictus Lechus narrat quod domina Antonia ⁊ mater accepit possessionẽ dicte hereditatis, ergo sicut matri non competebat amplius petitio hereditatis nec interdictum quorũ bonorum, ita nec cõpetere potest. d. Lecho ex persona matris, cuius asserit se heredem. l. quod ipsis. ff. de reg. iur. l. cum heres. ff. de diuer. ⁊ tempo. prescri. in. c. is qui in ius. de reg. iur. in. vj. ¶ Nec etiam competere potest petitio hereditatis aut interdictum quorum bonorum ex persona sua propria: quoniam in hereditate do. Antonie intelliguntur esse bona possessa per do. Antoniam. ¶ Cum igitur factum fuerit compromissum de dictis litibus vertẽtibus inter dictas partes occasione eorum, que in dicta petitione cõtinentur, que etiam reproducta fuit coram dictis arbitris, ⁊ dicte lites vertebant solum ratione petitionis hereditatis vel rei vendicationis aut publiciane. vt patet ex dicta petitione: † ergo dicti arbitri nõ possunt super alio iudicare quã super eo de quo fuit factum cõpromissum, ⁊ super eo quod fuit petitum. l. nõ distinguemus. §. de officio. ⁊. l. si cum dies. §. plenũ. cum seq. ff. de arbi. no. Bar. in. l. Aquiliana. ff. de transac. ⁊ do. An. in. c. constitutus. per illum tex. cum gl. de religio. domi. no. in. c. quintauallis. de iureiu. Bal. in. l. fi. §. j. C. communia de leg. ¶ Et si non potest contra Michaelem obtinere in principali repetitione, multominus in fructibus de quibus nihil est probatum. ¶ Male etiam videtur condemnare Michaelem ad fructus petitos per Benedictum ⁊ Petrum: quia in hoc iudicio non reperio probatum quod Michael fuerit heres Benedicti ⁊ Petri. † ⁊ licet Michael fuerit filius Petri non tamen sequitur: ergo heres, quando agitur contra eum, vt plene no. in. l. necessarijs. maxime per Bar. ⁊ doc. ff. de acq. here. ⁊ in. l. j. C. si vt se ab here. absti. ⁊ gl. ⁊ Ange. in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. so. mat. ⁊ Bal. in. l. si filius. cum concor. ff. de vul. ⁊ pup. ¶ Plus dico quod etiam si probatum esset, quod Michael possedisset bona que fuissent possessa cum tali actu, qui fieri nequit citra nomen ⁊ ius heredis, iuxta. l. pro herede. ⁊. l. gerit. de acquir. heredi. ⁊ in. l. ij. C. de repu. heredi. ⁊. l. non hoc. C. vnde cog. tamen non sufficeret: † quia ex talibus actibus ita demũ quis presumitur adiuisse hereditatem si allegaretur quod adiuerit hereditatem. secus si non allegetur, prout in hoc processu in quo hoc allegatum non reperio. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult. ⁊ colligitur ex no. per Bart. in. l. rem alienã. ff. de pigno. actio. in. iij. col. ver. nec ob. prece. ⁊ Bal. in. l. etiã. C. de excep. rei iudica. in. ij. co. Saly. in. l. certi. C. loca. vbi dicunt ꝙ in casibus in quibus de iure quis presumitur dominus: illud procedit si tale dominium allegetur: alias secꝰ. ¶ Et in simili dicũt doc. † quod licet alias ex titulo possideniis presumatur bona fides. l. pe. cuꝫ si. C. de euictio. illud est verum si talis bona fides allegat, alias secus. ita dixit bal. in. c. si quis per triginta. si de feud. fue. contro. inter do. ⁊ ag. ⁊ Bald. ⁊ Ang. in. l. super longi. C. de prescri. long. tem. ⁊ Ang. in. l. eum qui. §. fi. ff. de pub. ¶ Deficit in alio pars aduersa: qꝛ in hoc iudicio non reperio probatũ ꝙ Michael possideat bono petita: ergo non potest sequi condemnatoria. l. j. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. ⁊. l. licet. ⁊. l. regulariter. ff. de peti. here. qꝺ tñ licet esset probatum non iuuaret actorẽ: vt patet ex premissis. ¶ Igitur predictis nõ habẽt obstare ea que deponũt quinqꝫ testes examinati ⁊ recepti in fauorem Lechi: quia in veritate [a] isti testes nihil probant: ⁊ posito quod probarent ea q̃ deponunt, tamen adhuc nullo modo posset ferri ꝑ dicto Lecho: vt infra declarabo. ¶ Uenio ad primum testem qui est Jo. lau. ⁊ iste testis dicit qꝺ vidit Pet. ⁊ do. Anto. possidere nomine. Bñdicti: ergo non noie proprio. ⁊ preterea subdit ꝙ est publicũ vox ⁊ fama in villa mõtis Cathonis ꝙ. d. Antonia ⁊ Petrus erãt hr̃des Bachi, ⁊ similiter ꝙ est vox ⁊ fama quod remanserint dicta bona in dicta hereditate Bachi. interrogatꝰ in cã scientie, dicit ꝙ vidit ⁊ audiuit prout testificatus est. interrogatus super interrogatorijs ptis aduerse dicit quod, ista dña Antonia nũꝙ coluit nec coli aut laborari fecit istas possessiones. ¶ Aduertendũ est igitur, quod iste testis non dicit ꝙ do. Ant. possederit, saltem nomine ꝓprio: imo potius dicit contrarium licet aliquid dicat de voce ⁊ fama: tñ quo ad hoc nihil probat: † ad hoc vt testis deponens de fama probet necesse est vt interrogatus de causa sciẽtie, dicat ꝙ audiuit hoc publice dici a maiori [a] parte populi seu hominum illius loci in quo erat fama, vt no. gl. ⁊ docto. in. l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. Bart. plene in. l. de minore. §. tormẽta. ff. de questio. Canoniste in. c. veniẽs. extra de testi. Saly. plene in. l. ea quidẽ. C. de accu. ¶ Imo secundum Inno. ⁊ do. Ant. in. d. c. cũ oporteat. de accusa. etiam si testis de causa scientie nõ interroget debet

[a] ¶ Maiori. Bal. consi. ccccvj. lib. j. deci. tho. ccclxxx. Lur senior consi. lxxxij. col. vj. deci. c. quia nos. not. ij. de appel. Ale. j. e. ꝯ. cxij. nu. v. j̃. lib. iiij. cõsi. xx. nu. ix.

causam scientie reddere ad hoc vt probet famã: qꝛ non sufficit simpliciter famam probare: quod etiam tenere videtur Bar. in. d. §. tormenta. ad fi. ⁊ Bald. l. proprietatis. C. de proba. sed dictus testis in causa scientie interrogatus nõ deponit ꝙ hoc audiuit dici a maiore parte populi. ¶ Preterea iste testis est sin. ⁊c. vox vnius vox nullius. l. vbi numerus. ff. de testi. ⁊ in. c. in omni. de testi. ¶ Quinimo posito quod essent plures testes 12 deponentes legitime de fama: tñ plene non probarẽt: † qꝛ fama non est plena probatio, vt plene not. per glo. ⁊ doct. in. d. §. eiusdem. ⁊. l. proprietati. C. de probatio. ⁊ per Bart. in. d. §. tormenta. gl. ⁊ docto. in. c. veniens. el. j. de testi. ⁊ in. c. j. de apo. Spec. de noto. crimi. §. fama. versi. qd si agenti. cũ si. ¶ Martinus secundus testis nihil ad propositũ dicere videtur in fauorem Cechi. nã in proposito dicit tantum se audiuisse a qui13 busdam ꝙ dicta bona fuerunt Bachi: sed clarũ esset † vbi tractatur de probatione alicuius rei in qua requiritur verus hominis actus, in quo non sufficiunt verba tantum: vt est ad ꝓbandum dominium, in quo requiritur vt probetur verus titulus aptus ad acquisitionẽ dominij, ⁊ traditio possessionis seu illius apprehensio. l. traditionibus. C. de pac. l. nunꝙ nuda. ff. de acqui. re. do. tũc nunꝙ sufficit testimoniũ de auditu, vt not. plene Jac. de are. ⁊ Cy. in. l. testium. per illum tex. C. de testi. ⁊ Inno. in. c. cum causam inter episcopum. de testi. Spec. in tit. de teste. §. j. ⁊ per Barto. in. l. ij. §. penult. ff. de aqua plu. arcen. cum si. ¶ Item dictus testis interrogatus super interrogatorijs rei dicit, quod nũꝙ vidit do. Antoniã possidere dicta bona: ⁊ idẽ in effectu dicit Frãciscus tertius testis, similiter alius quartus ⁊ quintus testis. Item ipse Cechus non potest obtinere in rei ven. quia nõ probauit de dominio vel quasi. Nec ex capite hereditatis materne: quia nõ ꝓbauit ꝙ domina Antonia possederit dicta bona. Et etiam ꝙ isti testes probarent obstat executio rei iudicate. ¶ Ex quibus breuiter concludo partes arbitrorum esse in absoluendo dictum Michaelem ⁊ victum victori ⁊c. Alexan.

## Summarium.



## Consilium. XCV.

Visis processibus circa lites vꝰsas iter Samuelem hebreum ex parte vna ⁊ Petrum Joan. de glandolino ex alia contingit dubitari an sententia lata per eximios iuris docto. d. Malgaritum ⁊ domi. Petrum pau. die. iij. mensis Nouembris, vna cum sententia taxationis expensarum exequi debeat contra Samuelẽ duntaxat, stante sententia postremo lata per iustissimum dictum vicarium, qua pronunciauit dictam sententiam transiuisse in rem iudicatam ⁊ executionem mereri, non obstante ꝙ a sentẽtia vicarij siue pronuncia appellare velit, allegans sibi appellare licere quod per dictum Petr. negatur, queritur quid iur. ¶ Et prima facie videtur dictam sententiam exequi non debere: quia dicta sententia lata per do. Malgaritum, ⁊. d. Pet. pau. videt nulla: ⁊ similiter omnes alie sentẽtie late in fauorẽ d. Petri. ¶ Nam aduertendũ est ꝙ per ser Jac. de benagijs arbitrum ⁊ arbitratorem inter litigantes fuerit sententiatum dictũ Pet. teneri in libris. xxx. Samueli a quo laudo nõ apparet reclamatũ ꝓ parte Petri. Unde lʒ superior in ciuitate Imole ad supplicationẽ petri commiserit ser Carpigno. ⁊ ser Jaco. de bro. qui litem ⁊ differentiam dictorũ litigantium determinare deberent: non per hoc potuerũt dicti ser Car. ⁊ ser Jac. cognoscere ⁊ pronũciare super re iam decisa per sentẽtiã 1 laudum trãsactum in rem iudicatam: † qꝛ princeps maxime sine clausula non obstante, nõ potest causas per transactionẽ finitas vel per sententiã suo rescripto resuscitare: vt dicit text. in. l. causas. de transac. ⁊. l. fi. C. senten. rescin. non pos. l. j. C. sen. rescin. nõ pos. ⁊. l. fi. C. vt lit. pen. ⁊. l. fi. C. de erro. aduo. sed laudum dicti arbitratoris censetur quedam transac. vt in auf. vt differ. iudi. §. j. cum ibi not. posita in auf. si vero. C. de iudi. ergo non potuit dicta causa tanꝙ decisa transactio resuscitari. ¶ Nec etiam hoc in dubio videtur esse de mẽte principis, vt videtur casus in. c. exposita. de arbi. ¶ Pro hoc etiã facit cõmuiter sententia lata, etiam contra sententiam arbitratoris, transacta in rem iudicatam nõ valet. l. j. C. sen. rescin. etiã si de consensu partium procederet, vt est gl. reputata sing. in. l. si di2 uersa. C. de transac. ¶ † Ex hoc videmus post sententiã non valere cõpromissum ⁊ laudum inde secutũ. d. c. exposita. not. doct. in. l. si causa cognita. C. de transactio. ⁊ in. l. elegãter. §. si quis post. ff. de condi. inde. ⁊ in. l. post rem. cum concor. ff. de trãsac. ¶ Circa qđ in simili multa adduci possent. ¶ Si ergo dicte sententie sunt nulle: ergo exceptio nullitatis euidenter apparens impediret executionem. l. iiij. §. cõdemnatum. in fin. cum concor. de reg. iur. ¶ Premissis non obstantibus cõtrariam sententiam probabilem puto. presuppono itaqꝫ sentẽtiã latam per per do. Malgaritũ ⁊ do. Pet. pau. die. iij. Nouẽbris transiuisse in rem iudicatam, cum ab ea intra decendium non fuerit appellatum. c. quod ad consultationem. de re iu. ij. q. vj. 3 biduũ. in authẽ. hodie. de appella. ¶ † Secundo presuppono quod sententia super taxatione expensarum facta etiã transiuerit in rem iudicatam: quoniam licet fuerit appellatuʒ intra tamen legitima tempora non fuit prosecutũ, quo casu non est necessaria pronunciatio super desertione appellationis, secũdum formam cõstitutionũ sub rubrica forme. ¶ Et ideo non attingo an de iure communi fuerit necessaria pronũciatio super desertione, de quo per glo. ⁊ doc. in. l. eos. in prin. C. de appel. Bald. ⁊ doc. in. l. preterea. ff. nil no. appel. pẽ. ⁊ in. l. si contra. C. de appel. ⁊ in. c. sicut appellat. de appel. Bal. in. l. ij. C. vt lite pendente. ⁊ in authẽ. si quis litigantium. C. de epi. aud. ⁊ in. d. l. eos. ¶ Et si omnes dicte sententie transiuerunt in rẽ iudicatam, superuacuum arbitror tractare an sententia lata super reductione laudi ad arbitrium boni viri, licuerit vel non licuerit Samueli appellare. de quo per Inno. ⁊ doct. in. c. presenti. de prescrip. Barto. ⁊ alij in. l. j. ad fi. ff. de leg. ij. Jo. andr. in addi. Specu. in titu. de appel. §. in quibus, versi. sed quid cõuentum. Bal. in. c. fi. quo tempore mil. ⁊ Bal. in rep. c. tale pactum. §. qui prouocauit. in vlti. q. ff. de pactis. ⁊ in. l. fi. C. de contrahen. emp. ⁊ Imo. in. l. ij. ff. de pub. iudi. ¶ Non dubiũ ergo ꝙ talis sententia exequenda est iuxta. l. ij. ⁊. l. ordo. C. de execu. rei iudi. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. ¶ Nec executionem istam habet impedire appelllatio ab ista vlti. sentẽtia vicarij potestatis pronunciatis sententiam exequendam esse: quia dicte appellationi friuole ⁊ a iure ꝓhibite non est deferendum. c. cum appellationibus friuolis. de appel. li. vj. c. cũ speciali. §. porro. de appel. in antiquis. l. cõstitutiones. ff. de appel. no. in. c. Romana. in. §. si autem. in gl. in ver. mandetur. de 4 appe. in. v. ¶ † Quod autem a sententia qua pronunciatum est sententiam exequendam non possit appellari, est communis opi. quam tenuit Jo. And. in addi. Spe. in tit. de app. §. in quibus. super ver. quinto ⁊c. vbi refert ita etiam tenere Odofre. ⁊ Gui. de Suza. in. l. ab executiõe. C. quorum appella. Spe. ideʒ tenere videtur in tit. de execu. sent. §. breuiter vero. Sed secundum eum referentem Alb. papi. ita tenuisse ⁊ Bart. in. l. ab executore. in prin. ff. de appel. idem quo ad propositum nostrum, tenet ibi Ang. allegans gl. in. l. si cum executione. §. hec autem actio. ff. quod met. cau. idem tenet Cy. ⁊ Bal. in. d. l. ab executore. C. quorum appe. ⁊ Bal. in. §. hec autem actio. d. Ant. in. c. quo ad consulta. de re iudi. que iura indistincte dicunt ab executore non appellare. d. l. ab executore. ij. q. vij. §. ab executore. c. nouit. de appe. cap. super questionum. §. nos autem. ff. de offic. deleg. ergo siue exequatur facto siue etiam re ipsa siue pronunciando non potest appellari ab actu executoris: nisi modũ excedat dictis iuribus. ¶ Item, quia si appellari posset nunꝙ esset litium finis. quod leges abhorrent. c. finẽ litibus. de dolo ⁊ contu. l. fratris. C. de transa. l. properandum. circa prin. C. de iudi. ¶ Item, si ab executione facti appellari non potest, vt dicunt omnes per iura preallegata. Nec etiã debet posse appellari a prouincia de exequendo, cum eadem sit ratio, quoniam ambo tẽdunt ad executionem si ⁊ eadem ratio: ergo idem ius. l. illud. ad. l. Aquil. l. a Titio. de verb. ob. alias enim sequeretur 5 quod. l. fuisset imposita verbis ⁊ non rebus contra. l. ij. C. con. de leg. c. cõmissa. de elec. in. vj. ¶ † Item prohibito aliquo, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. oratio, de sponsa. l. legem. C. de nat. lib. vnde cum prohibita sit appellatio ab executione, videtur esse prohibita appellatio a pronuncia de exequendo, per quam ad ipsam executionem deuenitur, ⁊ per has rationes ita concludunt docto. in legibus preallega. ¶ A qua communi opi. in iudicando recedenduʒ non est iuxta no. per Inn. in. c. ne innitaris. de consti. ⁊ Jo. And. in c. j. eo. tit. Bar. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de pena iudi. qui. ⁊ Bal. in. c. j. §. 6 iudices. no. de pa. iura. fir. † imo presumitur per imperitiam iudicare ille qui inheret singulari opin. relicta communi sententia secundum Bal. in. l. preterea. per illum tex. de senato. ⁊ vbi varie sunt opin. sequenda est illa opin. que plurium magistrorum autoritate comprobatur. l. j. ibi sane ⁊c. ⁊ ibi hoc not. Bal. de offi

de offi. questo. ff. vnde lʒ aliqui pauci cōtrarium tenuerint: non est tñ dicta communis opi. relinquenda. ¶ Nec in dicta pronuncia apparet modus excessus in executione: qui modus dicitur excessus, qñ ante tempus quod datur condemnatis, exequeretur: vel quando vltra quam esset cōdemnatū, exequeretur: vel quando iudex exequens non admitteret aliquem exceptionem de his que opponi possent post sententiam: ⁊ sic de singulis prout latius examinatur per gloss. ⁊ docto. in locis prealleg. ¶ Ex quibus patet appellationi nō esse deferendū, ⁊ illa non obstante fore procedendum ad executionem ꝑ deducta. ¶ Nec dicat aliquis dictam sentētiam nō esse exequēdam contra Samuelem, sed contra ser Iacobum de caputijs procur. nō appellantem qui vt dicitur dolo ⁊ culpa nō appellauit a sententia lata contra Samuelem: contra quam sententiam peti posset ꝓ ipso Samuele in integrū restitutio, eo casu quo ser Iacobus predictus soluendo non reperiretur, ne ex negligētia procuratoris in non appellādo enormiter ledatur constituens, ⁊ si alias fieret dicitur excedi modus in exequendo, prout etiā reperio omnia hec deducta corā vicario. † Quoniam respondeo ꝙ negligentia procuratoris in nō appellando nocet domino. l. j. §. fi. qñ appel. sit. ⁊ ij. q. vj. §. si aduersus. plene not. doc. in. l. j. §. procurator. ff. si quis ius di. non obten. ⁊ in. l. fi. ff. de resti. in integ. cano. in. c. j. vt li. non conte. ¶ Nec istud fuit inductum in penam domini, sed ꝓcedit ex eo qꝛ potestas appellandi non viuit vltra decem dies ſm docto. in dictis locis. Item, quare imputare debet sibi dominus si malā electionem fecit in eligēdo procuratorē non solertē nec diligentem. l. cū mandato. §. fi. de mino. l. si procuratorē. §. si tutores. ff. mandati. c. si compromissarius. de elec. in. vj. ¶ Et licet gl. ⁊ doct. in. l. j. §. fi. ff. quādo appel. sit. ⁊ in authē. hodie. C. de appel. dicant ꝙ procuratore non reperto soluēdo possit restitui in integrum dominus aduersus negligentiam procuratoris non appellantis ⁊ non ipso iure, sed per restitutionem succurritur domino secundum Sali. in. d. autē. hodie tñ. ¶ Cum non constet ser Iacobum nō esse soluendo nec probatum fuit quando fuit allegatum corā vicario Potestatis non dubium si talis oppositio non habet impedire executionē sñie, maxime cum † nulla exceptio que per acta nō probat̄ vel quo altiorē indaginem requirit ⁊ incontinenti probari non possit nūꝙ impedit executionem sententie, vt no. Specu. de lite contes. §. quando autem. ver. quid de causa. ⁊ Inno. ⁊ cano. in. c. cum in ius. de offi. delega. plene Bar. in. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Iaco. Bar. ⁊ Bal. in. l. fi. C. si ex fal. instru. vbi dicit Barto. cautela esset ꝙ opponens exceptionē cōtra executionem sententie, offerat se incontinenti probaturū: alias non impedit: sed hoc factū nō fuit. no. Bal. in authen. que supplicatio. C. de preci. imper. offer. ⁊ in. l. ab executione. C. quorum appel. ⁊ in. l. fi. C. de ordi. cog. ⁊ in cle. j. de re iud. cū suis cōcor. ¶ Preterea, vt infra dicam, non potest isto casu cōtra Petrū allegare Samuel negligentiam ⁊ culpā ser Iacobi procuratoris, cum ipse potius fuerit in negligentia non appellando a sentētia cuius tenor sibi fuit intimatus, qd̄ procurator q notitiam sententie habuisset non appareret, vt statim ostendam. ¶ Ned similiter obstat si dicatur Samuelē potuisse appellare etiā nunc a sententia lata die. iij. Nouembris per dictos cōmissarios, eo qꝛ ex actis apparet dictum ser Iac. procura. debuisse appellare ⁊ nō appellauit: ⁊ sic euidēter ꝓcurator deliquisse videtur, prout sub dubio forte voluit Bar. in. d. l. j. §. fi. quando appel. sit. † Quare respōdeo quod in dubio presumit̄ pro sententia, ꝙ iusta sit. l. herennius. §. caia. ff. de euictio. c. in presentia. de renū. c. cum inter. c. sicut. de re iudi. propter quod dicimus ꝙ in dubio procurator nō tenetur appellare a sentētia, nisi de iniustitia euidēter apparet, ſm Cy. in. l. iuit⁹. in. vj. q. C. de procura. ⁊ sequitur ibi Bald. ⁊ docto. ¶ Imo ex his q̄ in ꝓcessu video ꝙ manifeste appareat ex actis ꝙ dicta sentētia fuit iusta. circa quod plura tāgi possent circa merita cause sed puto non oportere, sed duo tantum dicam. ¶ † Unum est ꝙ debitor licet ad instantiā creditoris capi possit nulla citatione precedente debitoris ex forma statuti vel instrumēti: tamen hoc nunꝙ fieri potest ad instantiā cessionarij: [a] qꝛ pri⁹ de cessione discuti oportet citato debitore. ita in ꝓprijs terminis firmāt Bal. in. l. per diuersas. in. x. q. C. mandati. allegat no. per Inno. in. c. qꝛ. de iudi. bene faciunt nota. per Bart. in repetione. l. creditore. in. xxiiij. q. C. de pign. ¶ Ex quo apparet fuisse pronunciatum dictā capturam fuisse nullam: ⁊ etiā ex alio capite. quare puto ex his que relata fuerunt in processu quod non fuerit plene probatum de morte Matoxij, lʒ testes in processu nō viderim. puto etiam calculatā fuisse instantiam a sentētia interposita per ser Carpinum, ⁊ sic esse desertā. Ex quibus dico ꝙ in dubio presumitur sententiā latā die. iij. Nouembris fuisse iustam: ⁊ sic non tenebatur ser Iacobus appellare. Sumus ergo extra id quod dicit Barto. in. l. j. §. fi. quando appellan. sit. ¶ Nō omitto etiā qd̄ ꝯ Bar. tenuit Bald. in authen. hodie. C. de appel. ⁊ in. l. ab eo. C. quomodo ⁊ quando iudex. dicens ꝙ communis opi. gloss. ⁊ doct. repugnat opin. Bar. ⁊ concludit etiam ꝙ si euidenter appareat quod procurator debuerit appellare ⁊ non appellauerit: tamē nō poterit dominus appellare nisi procuratore existēte non soluendo: ⁊ est ratio secundum eum: qꝛ ille qui obtinuit sententiā tractat de lucro. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Et ideo damnū passo cōsulitur tantum in subsidiū: si ille qui fuit in culpa nō existeret soluendo. l. fi. in prin. ff. de eo per quem fa. erit. ⁊ qꝛ imputare dʒ sibi dominus si male elegit procuratorē. ¶ Preterea reperio ꝙ longe maior fuit culpa Samuelis ꝙ̄ procuratoris: qꝛ sentētia fuit notificata Samueli ⁊ nō procuratori: vt ptʒ ex actis: ⁊ clarum est ꝙ Samuel poterat appellare a sentētia lata etiam contra procuratorem suum litigantem ⁊ defendentē in iudicio nomine Samuelis. c. nō iuste. cum ibi no. in gl. de procurato. ¶ † Unde eo casu quo nos dicimus ꝙ aliquando dicitur dominus ad appellandum post. x. dies si est lata sentētia contra procuratorem nō appellantē: vt. d. l. j. §. fi. quādo appe. sit. in verbo difficile. cum ibi no. illud est qñ dñs absens ignorās ⁊ causa agitabatur per procura. qm̄ tunc non potest imputari dño si nō appellauit: sed quādo dominus est presens ⁊ sciēs sententiam contra se latam esse, vt in casu nostro: tunc nullo modo sibi succurritur, si non appellauit procurator, cum ipse dominus fuerit in culpa non appellando: text. est a contrario sensu. in. d. l. j. §. fi. ff. quando appel. sit. ibi, difficile ⁊c. qꝛ si presens fuit dominus etiam cum difficultate aliquo casu etiā nō auditur. ¶ Hoc etiam probo ratione vrgenti: qꝛ in casibus in quibus dicimus † contumaciam procuratoris nō nocere domino, quod fortius est quando sola negligētia limitatur, hoc procederet nisi dominus sciuerit ⁊ potuerit purgare cōtumaciam procuratoris, ⁊ supplere eius defectū ⁊ non fecit. casus est no. ⁊ ibi hanc doctrinam colligunt omnes doc. in. c. j. vt li. non conte. ⁊. l. ij. ⁊ ibi Bar. C. de exa. mili. anno. li. xij. ⁊ Barto. ⁊ alij in. d. l. j. §. si procurator. bene facit tex. in. c. fi. de iureiurā. in. vj. ¶ Uñ posito ꝙ ser Iac. procurator fuerit in negligētia ⁊ culpa nō appellando: tamen ad impediendū sententie executionē hoc allegare nō pōt Samuel: qꝛ scienter omisit purgare culpam ⁊ negligentiam procuratoris ⁊ non appellādo per superius allegata. ¶ Et per hoc etiam dico qd̄ si apparet procuratorē non esse soluēdo non posset restitui Samuel ad appellandū nedum vigore negligentie ꝓcuratoris, sed etiā ex propria negligentia. d. c. j. in fi. vt li. non cōte. cū cōcor. ꝯ. allegatis. ¶ Hoc in terminis firmat etiam Bald. in. d. authen. hodie. de appel. in ver. quero igitur si procurator. vbi vult ꝙ concurrente negligentia domini cum dolo procuratoris semper excluditur dominus ab appellando. ¶ Et licet vicarius potestatis pronunciando sententiam exequēdam esse nō expressit cōtra quē tamē referendo se ad dictam sententiam latā per do. M. ⁊ Pe. Pau. videt̄ exprimere ꝙ exequatur contra illum contra quem est lata. l. asse toto. ff. de hered. instit. l. institutio. l. talis. ff. de condit. insti. l. si ita scripsero. ff. de condi. ⁊ demōstra. ¶ Sed in dicta sentētia fuit cōdemnatus Samuel ⁊ ser Iacobus procurator nomine ipsius: non autē proprio nomine cum profertur cum adiunctione officij hoc modo: cōdēnamus talem procuratorem Titij. l. cum post. §. j. ff. de admi. tuto. l. fi. ff. de instit. l. post dotem. ſm lect. Dy. solut. mat. no. in l. post mortem. ff. quādo ex fac. tuto. gl. in. l. quacunqꝫ ratione. ff. de procu. cum concord. ergo nō sentit vicarius de executione contra ser Iacobum. ¶ Item posito ꝙ tātum procurator fuisset negligens ⁊ non dominus † nullibi reperitur in iure qd̄ in casu nr̄o sentētia lata contra dominū mādetur executioni ꝯ procuratorem directo in bonis procuratoris, ita quod dicta sententia vicarij non potest intelligi ꝙ executio fiat contra ser Iacobum. facit ꝙ etiā verba sentētie improprient̄ur vt valeat: vt no. gl. in. l. vt puto. ff. fami. ercis. sed si intelligeretur ꝙ cōtra ser Iacobū exequeret̄ nō valeret: qꝛ super nō petitis. l. vt fundus. communi diui. l. fi. C. de fideicom. lib. c. licet hely. de simo. ergo intelligi debet ꝯ Samuelē. facit. l. quoties. de re. du. cum si. ¶ Superest ad allegata in contrarium respondere in quo iudicio meo facilis est responsio. Nam posito ꝙ dictum laudum transiuisset in rem iudicatam, forte contraria ꝓcederent Sed indubitāter dico ꝙ non transiuerat in rem iudicatam: ⁊ sic cessant omnia contraria. Nam laudū latum fuit die octaua Martij do. Petro absente: ⁊ fuit ex parte dicti arbitratoris facta intimatio laudi Petro die. xj. Martij, que intimatio nihil valuit: † quia quādo intimatio nō fit autoritate iudicis semper debet mitti laudum in forma authētica. alias q non tenet̄

[a] ¶ Cessionarij. idē Bald. trac. statu. ver. capere. nu. j. ij. hyppoli. Marsil. sing. xxvj. ⁊ i. l. si qs ne qō. nu. xj. de quest. licet videātur aliter velle Pau. cōsil. xcj. col. ij. lib. j. roma. ꝯsi. xxxviij. consi. cxlij. adde Alex. i l. in fi. si cer. pet. l. si sic. in fi. prin. de leg. j. hodie cessat hec difficultas ꝓpter clausulas q̄ in istrumētis apponuntur,

credere.cle.causaȝ.de electio.l.si qs inficiat⁹.depo.ꝛ ibi Bar. no.Bart.in.l.non solū.§.morte.ff.de oper.no.nun.ꝛ in.l.quod te.si cer.pet.ꝛ in.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.ꝛ in.l.grege.§.j. ff.de pigno.ꝛ in.l.heres cū debuerat.ff.ad trebel.ꝛ in.l.j.i pri. in.rj.q.ff.de oper.no.nun.vel saltem sententia ꝛ instrumētum debet coram eo legi ꝛ copia fieri.d.cle.cām.ꝛ habetur in locis preallegatis. ¶ Licet hec necessaria non sint qñ fit intimatio vel protestatio iudicis authoritate,ſm Bart.in.d.§.morte.in §.q.prin.per.l.si.ff.de leg.cog.ꝛ sequitur hoc Bal.ꝛ Petr.de ancha.in cle.j.de exces.prela. ¶ Sed dicta laudi intimatio facta fuit authoritate dicti arbitratoris,q erat priuata ꝑsona,ꝛ non amplius erat arbitrator qz fungit officio.l.iudex postq̄. ff.de re iudi.l.dicere.d.arbi. ¶ Sed quid vltra,posito q̄ intimatio tenuerit,Petrus die.rvij.dicti mēsis querelauit coraȝ superiore per viā supplicationis de nullitate,ꝛ dicti laudi iniquitate,ꝛ dicta die princeps cōmiserat dictā litē terminari per ser Carpianū ꝛ ser Jacobū.ꝛ sic apparet q̄ princeps delegauit litem nō finitam:qz adhuc nō erāt elapsi decem dies a die intimationis nec a die laudi lati a dicta querela per viā supplicationis,sit facta coram superiore puto qđ habeat vim re-

15 clamationis. ¶ † Et maxime attēta dispositione iuris canonici,volētis posse appellari ꝛ querelari ad principē vel tenentē locū principis omisso medio.c.si duobus.de appel.iūcto.c. j.de off.dele.vñ lȝ forte potestas sit iudex reductionis ad arbitriū boni viri:tñ potuit super hoc adiri supior omisso medio Potestatis. ¶ Et hoc maxime ꝓcedit cū sumus in terris ecclesie,vbi seruari dȝ ius canonicū ꝑ tradita in locis vulgarib⁹ non fuit necesse prouocare corā arbitratore:qz hoc non requiritur,maxime ex forma cōstitutionū in rubrica.,q̄ appellatio interponi possit coram iudice ad quē:ꝛ hoc procedit tenendo opi.Spe.in tit.de arbitro.§.sequitur.ver.sed infra.volentis q̄ a die laudi lati non possit reclamari vltra decem dies.ꝛ a die lati laudi non possit peti reductio ad arbitrium boni viri,licet

16 hoc ibi non dicat firmare,sed tutius esset ita seruare. † Sed tenendo cōem opi.doc.ſm quā iudicari dȝ,clarissimum est,qđ si ꝑ annū stetisset q̄ nō q̄relasset Petrus nō trāsiuisset laudū in rem iudicatam:ꝛ per plura firmat Fy.in add.Jac.bu.bar. ꝛ cōmuniter aliȷ̄ in.l.societatē.§.arbitrorū.pro socio.ꝛ Bald. in.l.fin.in versicu.quero vsqȝ ad quantum tempus.C.de contrahen.empt.ꝛ Bald.ꝛ Angel.in.l.sicut.de prescript.triginta annorū.per ibi no.Ant.de but.in.c.quintaualis.de iureiur. referens ità tenuisse Fran.de are.in.l.si quis arbitratu.de ver. obli.ꝛ hec est cōis sentētia.hec etiam fuit intētio principis vt oino super laudis cognosceretur.de cuius principis potestate nō cōsueuit in ciuitate disputari:sed princeps voluit de potestate ordinaria cōmittere ꝛ cōmisit:ꝛ sic cōmmissarȷ̄ potuerūt terminare. ¶ Ex quibus oibus cōcludo dictā sniam exequēdam esse per ius dicentē cōtra Samuelē ꝛ sentētias in fauorem Petri latas valuisse,ꝛ valere,ꝛ a snia vicarȷ̄ Potestati ꝓnunciātis sentētiā mereri executionē appellari nō potuisse. ¶ Nec omitto q̄ licet alias dicamus snia cōtra sententiā q̄ in

17 rētrāsiuit iudicatā esse nullā,vt dixi.s. † tñ illud fallit nisi prima sentētia fuerit producta corā secūdis iudicib⁹,ꝛ reprobata tanq̄ nulla:vt dixit do.Ant.in.c.inter monasteriū.de re iudi.ad hoc allegat.c.suborta.eo.ti.l.j.ff.q̄ sen.sine appel.rescin. ꝛ.l.qđ si diē.§.i.ff.de compen.sed dicti ser Jacobus ꝛ ser Car. iudices vel legati pronunciauerūt dictum laudum esse nullū, ergo posito q̄ dictum laudum trāsiuisset in rem iudicatā,valuit dicta snia:ꝛ alie demū secute. ¶ Illud autē quod dr principem non posse suo rescripto cām finitam per sententiā resuscitare,est verū si laudū vel sniatenuit.sec⁹ si non tenuit:quare tunc non dicitur habere nomē sententie.l.iiij.§.condemnatum.ꝛ.l.si cum nulla.de re iudi.sed dictū laudum fuit nullum, vt apparet declaratum per sententiam dictorū legatorū,que in rem transiuit iudicatam.ergo ꝛc.Alex.

## Epitome.

1 Statutū de futuris causis nō extenditur ad futuras appellationes in causis motis.

## Consilium.XCV.

Viso ꝓcessu agitato in ciuitate Jmole inter Santociū de mongardino ex parte vna ꝛ Mattheum accertos alios ex altera. ¶ Dubitari contingit vtrum in causa appellationis delegata egregio doctori do,Petr.Paul.seruari etiam debuerit forma constitutionum prouincialium:an vero decretum magnifici.d.Thadei cōditū anno.M.cccclj.die.rvj.mēsis Aprilis,ꝛ maxime quo ad tempora. ¶ Et anteq̄ veniam ad disceptationem huius.q.presuppono in dicto decreto in fi.hec verba videlicet.Et predicta ꝛ omnia singula nō vendicent sibi locum in causis motis ꝛ pēdentibus,sed in causis de nouo inchoandis. ¶ Et prima facie videtur quod debuerit seruari forma decreti,eo maxime quia causa appel.fuit inchoata post sanctionē decreti:quia in vlti.die Maȷ̄.M.cccclj.fuit interpositum decretū:sed appellatio nō ante emanauerat,vt dixi. nam licet causa ꝛ instantia fuerit inchoata ante decretum,tñ quia causa appellationis inchoata est post decretū.ideo illud

1 in hac causa seruari debuit. ¶ † Quoniā diuersa est cā appellationis ꝛ separata a principali,vt probatur in.l.per hanc.de tempo.appel.in.c.fraternitatis.de testi.vbi in causa appellationis possunt fieri i noua capitula ꝛ ꝓbationes,quod fieri non posset,si esset eadem causa,maxime postq̄ esset in principali cā cōclusum.c.cū dilectus.de fide instr.c.cū venissent.de testi. in auf.de testi.§.qz vero multi.col.vij. Preterea in vna eadēque causa nō possent fieri due snie diffinitiue.l.j.C.sen.rescin. nō pos.sed in appellationis causa clarum est q̄ fertur alia snia diuersa. ¶ Itē patet:qz causa principalis durat triēnio.l.ꝓperādū.in pri.C.de iudi.sed cā appellatiōis durat anno ꝛ interdū biēnio.in auf.ei qui.C.de tēp.appel.in.c.abbate.de ap-

2 pel. ¶ † Et ex hoc dicimus q̄ aduocatus qui ꝓmisit prestare patrocinium in cā nō tenetur pro eodem salario in cā appellationis aduocare,vt no.gl.ꝛ oēs doct.in.l.j.C.de suffra.ꝛ in.l. qui proprio.§.itē queritur.C.de procu.qz cause sunt diuerse, vt ibi no. ¶ Per hoc etiam determinat,qđ si ꝓmisi tibi patrocinium in tali cā q̄ lata snia in cā principali,potero in causa appellationis patrocinium aduersario tuo ꝯ te prestare:qz cā appellationis est noua ꝛ separata a causa principali:vt dicit glo.no.in.l.fin.ff.de postulan.Spe.in tit.de aduo.§.obȷ̄citur. versi.itē q̄ fuit aduocatus. ¶ Per predicta etiā dicimus q̄ lȝ fuerit in principali causa iuratū de calūnia:tñ in cā appellationis iterum iurandū est:qz diuerse cause.ita dixit glos.cum qua trāseūt doc.in.l.ij.in princ.C.de iura.calū.ꝛ est hodie decisum in.c.appellatione.de iur.cal.lib.vj. ¶ Per hoc etiā videmus qđ ꝓcurator cause principalis nō tenet ꝓsequi cām appellationis.l.si actor.C.de appel.l.inuit⁹ cū materia.C.de ꝓ-

3 cura.in.c.non iuste.de ꝓcu. ¶ † Sed premissis non obstan.in casu nostro puto contrariam sniam ꝓbabiliorē:ꝛ per hoc adduco tex.expressum in auth.vt cū de appel.cogn.in prin.vbi causa appellationis dȝ cognosci ꝛ terminari ſm leges ꝛ statuta q̄ seruāda erāt tpe prime late snie,etiam si in nouis legibus vel statutis contrariū expresse caueretur.ꝛ idē ibi aperte voluit gl.no.ꝛ idē Fy.ꝛ Bal.in.l.leges ꝛ cōstitutiones.C.de legi. ¶ Et idē Bar.in.l.oēs populi.de iusti.ꝛ iu.in.v.q.princi-

4 pali.in ver.ij.q̄rit.† vbi vult q̄ etiā si in cōstitutione vel statuto nouiter emanato exꝑsse cōtinent,q̄ cā trahat ad preterita: tñ non extendit ad causas pēdentes siue in iudicio cause principalis siue in iudicio cause appellationis,per tex.in.d.auf.vt cum de appel.cogno.in princ.ꝛ quasi per totā illā constitutionē:vñ cū dictū decretū emanauerit tpe quo dicta lex pēdebat ante dictā cām appellationis,nō potuit extendi ad dictā cām pendentem nec quo ad illā vires habuit,vt etiam in.d.decreto continet:ergo si nō habuit vigorē tēpore principalis litis ꝛ late snie,super ea non potuit iudex cause appel.iudicare,ſm decretū,qđ tpe principalis cause vires nō habuerit quo ad illā,vt ꝓbat in.d.auf.vt cū de appel.cogno.hoc idē firmat Spe cu.in ti.de appel.§.de officio quoqȝ.ver.sed quid dū cā.not.gl. in cle.ij.in ver.facta.de sepulturis. ¶ Cōfirmo per doctrinam

5 gl.no.rij.di.illud.† volentis iudicē appellationis debere iudicare ſm statuta,q̄ seruabant ꝑ iudicē a quo est appellatū.tex. in.c.Raynutius.de test.ꝛ in.d.auf.vt cum de appel.cog.ꝛ no. in.c.ij.de cōsti.ꝛ in.c.lȝ canon.de elec.in.vj.ꝛ Bal.in.l.oēs populi.in ꝟbo nūc videam⁹ ad q̄ tpa.ꝛ Pe.de anch.in.c.canonū statuta.in rub.de cōsti.in ver.vltimum membrū.ꝛ si statutum prolatum est,ꝛ cum predicta decisione transit Bart.in.l.sancimus.in fi.C.de sac.san.eccl.Et aduertendū quia dictum decretum emanauit post latam sniam,in causa principali pendente prima vel secūda cā appel.hoc dico ad euitādas aliquorū opi. in locis preallegatis dicentiū,q̄ lex noua etiā hȝ locū in causis pendentibus si lex superueniat ante conclusum in cā principali.preterea decretū tollit hoc dubiū.dum non vult cōprehendere causas motas,vt in fine dicā. ¶ Ultra predicta dico q̄ posito q̄ dictū decretū potuisset extēdi super causis appellationū pendētibus vt futuris:tñ adhuc dico q̄ ꝟba dicti decreti nō cōprehēdūt cām appellationis predicte:quod ostēdo. Nam

Nam decretum locũ non hʒ in causis motis, vt. ĩ. eo. & causa aũt mota saltẽ post lit. ꝯte. c. ex parte vestra. de ver. sig. in auth. qui semel. C. quõ ꝛ q̃n iud. no. plene in. l. causas. C. de trãs. ꝛ in l. i. ff. de testib. sed iam censet̃ vna ꝛ eadẽ cum cã principali, vt probabo: ergo infert̃ qđ dictũ decretũ nõ habet locũ in casib⁹, in quibus appellatũ est post decretũ, dũmodo in cã principali esset saltẽ lis contestata, prout in casu nostro. ¶ Quod aũt cã principalis appellatio sit vna ꝛ eadẽ primo probat̃ in rubr. et in. l. j. C. ne liceat in vna eademq; cã ter. ꝓuo. vbi vnã eandẽq; cãm vocat licet bis fuerit appellatum. ¶ Idẽ probat̃ in. l. ita demũ. C. de ꝓcu. ꝛ in. c. romana. de testi. in. vj. ꝛ ibi no. gl. ij. no. gl. xv. dist. habeo: ꝛ est tex. ij. q. vj. si qs in quacũq;. no. Spe. in tit. de iur. calum. §. sequitur. ver. quid de cã appel. ¶ Et cõiter concluditur pro veritate, ꝙ causa principalis ꝛ appellationis nõ est penit⁹ vna ꝛ eadẽ cã: nec penitus diuerse cause sunt diuersis respectibus. ita cõcludit Cy. in. l. inuit⁹. in. xj. q. C. de ꝓcura. ꝛ Jo. and. in addi. Spe. in. §. sequit̃. in ver. qđ de cã appellationis. ꝛ Bald. in. l. qui ꝓprio. §. itẽ querit̃. de ꝓcura. ꝛ sic sumus in casu mixto: q2 quo ad quedã censet̃ eadẽ ꝛ quo ad q̃dã nõ. ¶ Unde succedit cõis doctrina † [6] qđ statutũ vel dispositio loquẽs in causa simplici nõ verificat̃ in casu mixto: q̃n sumus in his q̃ sunt stricte intelligenda seu in exorbitantibus ꝛ odiosis. l. vim passam. §. prescriptione. ff. de adult. ꝛ in. c. qđ. de consan. ꝛ affi. l. si ita scriptum. ꝛ ibi no. Bart. ff. de lib. ꝛ posth. Bart. ꝛ doc. in. l. ij. in prin. ff. de verb. ob. Jo. andr. ꝛ canoniste in. c. at si clerici. de iudi. Jo. and. in addi. Spe. in rub. qui fi. sint legit. ꝛ d. Anto. debut. in proemio decretalium. ¶ Ergo dictum decretum loquens de causis motis vel mouẽdis, ꝛ sic in simplicibus non habet locum in casu mixto, videlicet in causa appellationis nõ mixta principali cum iam mota: q2 debet dicta causa appellationis quo ad quedam haberi pro mota, et quo ad quedam non. quo ad quedam habeatur vna ꝛ eadẽ cũ causa principali. quo ad quedã vero nõ, vt dixi. ¶ Et hoc potissime cum dictum decretũ siue statutũ sit stricti iuris ꝛ stricte sit intelligendum. l. cõstitutionibus. ff. ad munici. l. quicqd astringende. ff. de verb. ob. ꝛ maxime cum dictum statutum sit exorbitans in omnibus a iure cõi. ¶ Itẽ ꝛ in pluribus odiosum est, cum prohibeat quẽ nisi semel appellare: ꝛ sic tolli appellationem que est defensio. c. cũ inter. ꝛ. c. fi. ꝛ. l. nõ tamẽ. ꝛ. l. serui. ff. de appella. ¶ Nec ob. allegata in contrarium ꝙ causa appellationis est causa diuersa a principali: q2 rñdeo ꝙ est verũ quo ad q̃dã, quo ad quedã nõ. Ex quo infertur ꝙ sumus in casu mixto, qui nõ cõprehendit̃ sub simplici de quo est prouisum in decreto: ꝛ per consequens remanemus in constitutionibus ꝓuincialibus: vt superius probaui. ¶ Preterea posito ꝙ causa appellationis esset separata a causa principali: tamen dico ꝙ dictum decretum emanans pendente causa principali, non trahitur ad causam appellationis, etiam si expresse hoc in decreto caueret̃ per superius tradita. Ex quibus omnibus concludo ꝙ seruari nõ debuit per. d. iudicẽ legatũ forma decreti. ¶ Sed fm formã cõstitutionũ fm quorũ seriem dicitur cãm appellationis nõ fuisse desertã, qđ pʒ ex calculo dierũ vtilium: ideo non attingo quoniã facti ꝛ non iuris est. Alexand.

## Epitome.

[1] ¶ Matthe⁹ decessit relicto Jacobo nepote ex Catherina filia sua predefuncta: relictis etiam Joannino ꝛ Perino fratribus patruelibus ex patruo ipsi⁹ Matthei predefuncto. Qui patrueles volunt succedere Mattheo in besse, exclusa Jacobo nepote ex filia: idq; ex statuto Jmole, quo fres ꝛ filij fratrũ excludũt nepotes ꝛ neptes defuncti in besse. rñ. Alex. non esse locum statuto, sed iuri communi. Quod est indubitatum: quia dicti patrueles nõ sunt fratres nec filij fratris defuncti: de quibus tantum loquitur statutũ. Sed sunt filij patrui defuncti, de quibus non loquitur statutum. C. M.

## Consilium. XCVII.

[a] z idem tenet etiã si dictũ sit. Si decesserit sine liberis legitimis z naturalibus ex suo corpore pcreatis in quo licet Pet. de ferra. in li. quo agitur ex subtit. a v. ex suo corpore. Et quidã alij teneãt excludi monasteriũ, z satis p ea verba ex suo corpore cõstare đ mente testatoris. Tamẽ plures tenent cõtrarium, nisi addat de veris z naturalib⁹ filijs nõ per iuris interpretationez: vt Bal. Pau. i. l. deo nob. C. đ episco. z cle. vl' de eorum vero z nõ ficto matrimonio. aut alia verba equipollentia q̃ necessario inferant de exclusione monasterij cogitatũ: vt Deci⁹ cõsi. cclix. col. ij. F. rip. rep. l. si vnq̃. q. xxxiij. C. đ reuo. do. z latissime i. l. ex fctõ. §. si quis rogat⁹. n. xxviij. cũ seq. ff. ad tre. z sic adhuc in hoc communis opinio videt stare cũ Ale. ꝙ etiã si hoc maxime voluerit testator, rejciat cõditio tanq̃ turpis. z reproba, z monasteriũ admittatur. Et lz cũ Bar. cõsi. j. ita teneant Panor. d. c. in psentia. co. xviij. Ant. but. Areti. z Fely. ibi col. xvij. Pau. cõsi. cccxxxvj. lib. j. Soci. l. ij. co. j. in fi. ff. de his que pe. no. Bertran. cõsi. cclxi. alie occupationes. col. ij. lib. ij. Tamẽ communis opinio est in contrarium: vt p Bald. Pau. d. l. Deo nobis. Cor. d. authen. nisi rogati. Deci. c. in presentia. nu. lviij. de proba. z in. d. cõsi. cclix. cõsi. cccclxxvj. Jas. cõsi. ccxij. lib. ij. Rip. d. §. Si quis rogatus. vbi tamen volunt quod debet necessario cõstare de voluntate excludendi monasteriũ. Et quod de hoc satis non apparet per illa verba, sine liberis, ex suo corpore, z legitimo matrimonio zc. [illegible]

& Paul. de Castr. in auk. nisi rogati. C. ad Treb. Idem tenuit Bar. in consi. incip. parmensis. In hac parte etiã videt̃ inclina-
11 re Bal. in auk. nisi. in. ij. col. † quando substituens non esset de
8 descendentibus [a] neq; de ascendentibus testatoris, vt in casu nostro. ita etiã per plura firmat Ang. in sua disputatione, nobi-
lis quidã genere &c. etiam sm eum quãdo esset ingressus regulam fratrũ minorũ, qui omnino sunt incapaces. hanc opi. etiaʒ tenent Bal. Ant. de Bu. & do. Abb. in. d. c. in presentia. & Jo. de Imo. in. l. fideicõmissum. de cõdi. & demon. Rap. Cu. Pau. in. l. is cui. & est opi. magis cõmunis, & pluribus, & fortioribus rationibus, & autoritatibus munita: vt ex predictis apparet, & per cõsequens in iudicando nõ est recedendũ ab ea vt in locis vulg. tradit̃. ¶ Non ob. allegata in cõtrariũ: q2 põt responderi ad omnia prout respondebat Dyn. in. d. l. si ita quis. §. fin. & Ray. in. d. auk. nisi rogati. & ibi Cy. q8 verũ est regulariter non sufficit ciuilis filius tantũ. fallit vbi quis monasteriũ ingrediatur, & hoc fauore religionis. d. c. in presentia. & arg. d. l. sunt persone. ¶ Uel sm Fran. tig. in. d. auk. nisi quando ille qui est rogatus restituere sub conditione, si decesserit sine liberis, procurat habere filiũ per adoptionẽ. lex enim hoc casu presumit q8 faciat hoc in fraudẽ fideicõmissi. d. l. fideicommissum. & l. si ita quis. q8 quidẽ nõ presumit̃ in ingrediẽte monasteriũ. facit q8 no. Jo. An. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intesta. §. fi. & Richar. malũ. Cy. & Bar. in. d. auk. nisi Bar. in. d. auk. si qua mu-
12 lier. † & sm Bal. in. l. filiũ diffinimus. de his qui sunt sui vel ali. iu. hoc nõ est ex eo q monasteriũ sit loco filij: sed ex eo q8 dictũ fideicõmissum videt̃ relictũ fideicõmissario sub cõdi. si ipse heres castitatẽ seruauerit: & ideo reijcit̃ talis cõditio, & pro nõ adiecta habet̃ & scripta, vt in iuribus pro hac parte allegatis tan quã sit turpis, & cõtra vitã contẽplatiuã. ¶ Et ex ista vltima responsione apparet q8 idẽ iuris esse debet siue testator dixerit simpliciter sine filijs, vel sine filijs legitimis & naturalibus: q2 vtrobiq; est eadem ratio: ergo idem ius esse debet. l. a Titio. de ver. ob. c. si. de trãsla. epi. & presertim q2 illud q8 expressit tacite inerat, vt est ostensum. nec Papa in. d. c. in presentia. dicit q monasteriũ habeat̃ loco filij, imo q2 quantũ ad hoc ponit̃ allegatio partis nõ decisio Pape: vt etiã ibi dicũt doc. & maxime do. Abb. & Ful. in. d. auk. nisi vbi etiã dicit hanc opi. esse tutiorẽ. ¶ Preterea respõderi põt, vt respõdet Pau. de Ca. d. auk. nisi post alios q posito q per ista verba, si decesserit sine liberis ex proprio corpore descendentibus, apparet testatorẽ non cogitasse nisi de veris & naturalibus liberis: tamẽ lex supplet ei9 cogitationẽ, & presumit̃ q8 si cogitasset ipsum ingredi monasteriũ eodẽ modo voluisset substitutum excludi. illa enim conditio supplet̃ hoc modo si decesserit sine liberis ex suo corpore descẽscendẽtibus, suppleo vel etiã si monasteriũ nõ ingrediat̃, & ista sm eũ est ratio. d. §. sed & hoc presenti. ¶ Posset etiã sm eũ ha-
13 bere locũ opi. Ja. de Bel. & sequa. † quãdo apparet q8 cogitasset testator de excludẽdo monasteriũ, vt est quãdo prouidisset q8 si ingrediat̃ monasteriũ deberet solũ habere certũ quid: tũc enim lex nõ supplet. nã in incertis nõ certis locus. est cõiecturis. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. iij. l. cõtinuus. §. cũ ita. de ver. ob. Simile dicemus in expressa pupillari facta per hec verba, si heres erit & in pupillari etate decesserit illi substituo: nã casu quo nõ esset heres nõ cogitabat tamẽ q2 verba totaliter nõ repugnant lex supplet: q2 presumit q si testator cogitasset de hoc casu: eodẽ modo in illũ casum substituisset. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Sed si apparet ex verbis q8 aliter cogitauit, & prouidit vt q2 dixerit si filius heres nõ fuisset, substituit Titium: & si heres esset & in pupillari etate decederet substituit Semproniũ, tũc lex nõ supplet nec in ista vulgari cõprehenditur pupillaris tacita: q2 expressa prouisio testatoris facit cessare tacitã prouisionẽ legis. l. cũ ex filio. §. j. de vulga. & pup. & hoc modo dicit declaratã mentẽ & rationẽ. d. §. sed hoc presenti. melius q̃ tangit̃ per alios. ¶ Et pro hoc adducit decisionẽ Bal.
14 in. d. auk. nisi in questione † qua querit an si testator reliquit filie mille si nupserit: sed si intrauerit monasteriũ quinquaginta. an si ingrediatur monasteriũ debeat habere mille, ne det̃ occasio detrahẽdi a vita cõtẽplatiua per. d. §. sed & hoc presenti. Et ista decisio faceret pro cõclusione quã feci supra in fauorẽ monasterij. tamẽ Bal. tenet cõtra in. l. deo nobis. C. de epis. & cle. & in. d. auk. nisi post quã specialis prouisio facta fuit in casu in quo ingrederet̃ monasteriũ per. d. l. cum ex filio. §. j. de vulg. & pup. ¶ Et ita tenet Pau. de Ca. in. d. auk. nisi rogati. dicẽs q secus esset si simpliciter reliquisset mille filie sue, & nullã specialẽ prouisionẽ fecisset in casu in quo monasteriũ ingrederet̃: q2 ea ingrediẽte monasteriũ d3 habere mille, per. d. auk. nisi. & ita etiã in nostro argumento principali concludit ipsemet Pau. in. d. l. si ita quis. §. is cui. in lec. bonon. vbi per pdicta reprehendit̃ Bal. in d. l. deo nobis. quo ad principalẽ articulũ nr̃m ibi tactũ p bar.

15 ¶ † His cõsonat verba Bal. in. d. c. in presentia. in. iiij. col. vbi dicit quod non est opi. Cyn. & Bart. q monasterium excludat substitutũ etiaʒ si sit dictũ sine filijs ex proprio corpore natis, vel procreatis: q2 monasteriũ habet eandẽ prerogatiuam quã habet fili9 nisi dictũ fuisset hoc modo, vcʒ si decesserit sine liberis non sm iuris interpretationẽ, sed ex corpore suo natis, nam hoc casu propter ista verba, nõ sm iuris interpretationem sed ex suo corpore natis. apparet q cogitauit de mõasterio, & voluit p monasteriũ nõ excludi substitutũ. ¶ Nec ob. q8 tex. i. d. §. sed & hoc presenti. ponit casum exorbitãtẽ a regulis iuris cõmunis, & p cõsequẽs nõ debeat extendi ad alium casum. s. qñ post verbum sine liberis, addita sunt verba illa legitimis &
16 naturalibus: † quia respondeo quod fallit quando sumus in fauorabilibus: q2 iura fauẽt aliquam causam. vt not. glo. in. l. illud. in v̄si. alia causa. C. de sac. san. ecc. & in. l. fin. in verbo, capitulorum eo. tit. & in. l. si cõstante. & ibi Bar. in. ix. q. prime partis. ff. sol. mat. in. l. que propter necessitatẽ. de regu. iur. in. l. miles in princ. de re iudi. in. l. si a patrono. in prin. & ibi no. Ang. ff. de libe. & posth. & iste casus verus: quia. l. fauet. in. d. §. sed & hoc presenti. pter pium fauorẽ religionis. ¶ Uel etiã respõdeo quod hic erat extensio passiua surgens a regula iuris an-
17 tiqui, que habet † quod expressio eorum que tacite insunt, nil debet operari. l. iij. ff. de leg. j. quo casu etiã in exorbitantibus fit talis extensio. l. si quis seruo. cum gl. C. de fur. & ibi per doc. iuncta. l. vt tãtum. de ser. corrup. & plene per Bar. in. l. oẽs populi. q. vi. prin. de iusti. & iur. Et in casu nostro illa verba, legitimis & naturalibus. tacite inerãt vt. s. probaui. ¶ Non obst. etiam quod filius legitimatus non excludat substitutum vocatuʒ per ista verba, si decesserit sine filijs legitimis & natura-
18 libus: q2 † respõdeo primo q cõmunis opinio est in contrariũ quando dictum fuit in substi. si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, vt cõcludit Ja. de are. quem refert Joan. an. in titu. de succes. ab intesta. §. j. ad fi. & Ang. in sua dispu. incip. nobilis quidam genere. & Bal. in. l. gallus. §. si eius. in fin. ff. de libe. & posthu. & Anto. de but. in. c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. & ista est cõis opi. vt refert Joã. de Imo. in. l. lucius. ff. de heredi. insti. secus si dictum fuisset si decesserit sine filijs legiti-
b me [b] natis. & ita pcedit id q8 not. in. d. c. innotuit. de elect. Apparet ergo quod argumentũ potius facit pro cõclusione quaʒ
19 firmaui, quam in contrarium. † Et accedit q2 videmus q ingressus monasterij adeo fauorabilis est quod facit ingredien-
c tem censeri legitimatũ filium & capacem, [c] vbi alias esset spurius & incapax: q2 nõ minus debet operari in hoc talis ingressus, quã operaret̃ offerendo se curie per quam oblationẽ redditur quis legitimatus: vt singu. decidit Guil. de cug. in. l. j. C. de sac. san. eccl. & arg. l. si eo. ti. & sequit̃ Bal. in. d. l. j. in lec. in pe. col. in ver. iuxta hoc quero an non capax. ¶ Item respondeo q posito quod de iure legitimatus vel alius ciuilis filius non excluderet substitutũ, tamẽ aliud est in monasterio, vt probãt
20 iura & rationes superius adducte. ¶ † Nec etiam ob. q8 dicit. §. sed & hoc presenti. non debeat seruari in terris ecclesie: quia respondeo q attento q8 dictus. §. sed & hoc presenti. est constitutio iuris cõmunis imperialis & fauorabilis ecclesie, cẽset̃ approbata ab ecclesia: & etiã quo ad ecclesiã videtur in omni foro seruari debere. c. j. & ibi no. de ope. no. nun. x. dist. c. si adiutoriũ. no. Host. & Jo. An. in. c. fi. de solutio. & Archi. xx. distin. c. lege. & Anto. de But. & alij post eum. in. c. ecclesia sancte Marie. de consti. & Jo. Cal. in. d. c. j. de no. ope. nun. secus si esset preiudicialis ecclesie, vel esset lex cõdita ab alio inferiore quã ab imperatore: quia tunc non esset seruanda. ita procedunt allegata in contrarium sm doct. in locis proxime allegatis, & per hoc patet esse responsum ad omnia allegata in contrariũ. nõ mirũ ergo si Joã. de Imol. in. d. c. in presentia. dicit q forte ista opinio
21 Dy. & Bar. seruaret̃ in practica: q2 sm euʒ † vbi varie sunt opi.
d tauendũ est, opi. que facit pro religione [d]. d. l. sunt persone. Ita vt superi9 dictũ puto iuris esse. Et ita dico, & cõsulo ego Alex.

a ¶ Descẽdẽtib9. Or tũc nõ h3 locũ. d. §. sed & hoc pñti. Bald. consi. cxcvi. testm̃ pucia velli. lib. j. de ci. l. j. col. iij. & reb. dub. rep. l. cũ au9. col. xxj. de cõdi. & demõ. Uincẽ. hercula. in disp. icip. perusin9. q. v. Fulgo. cõsil. iij. qm̃. in fi. Jas. cõsi. ccxij. li. ij. quãuis deci. cõsi. cccc xxvj. priuʒ cõsuluerit & male.

b ¶ Legitime. Dixi in consu. paris. §. viij. gl. j. q. viij. nume. xliiij.

c ¶ [illegible]

d ¶ [illegible]

# Summarium.

2 ¶ Reuendendi a promissione non videtur recedi per instrumentum pure venditionis.
3 Notarius potest conficere instrumentum ex interuallo.
4 Testis affinis non repellitur in ciuilibus.
6 Iudex ex officio potest testem repetere.
7 Iuramentum suppletiuum defertur etiam in arduis quando est plus quam semiplene probatum.
8 Testis inhabilitas potest vel tacite remitti. nume. 12.
9 Fundare quis se non potest ex positione negata.
13 Delatio iuramenti fieri non debet aduersario non citato.

14 Offerre fieri per iudicem non sufficit, nisi petatur.
15 Sententia nulla potest in causa appellationis confirmari.

# Consilium. CXXII.

Viso processu vtriusq; cause, scilicet tam principalis quã appellationis inter Stephanum Balbum ex vna parte agentẽ in causa principali, ⁊ appellantẽ in causa appellationis Gasparem Cychum ex alia reum cõuentum in causa principali, ⁊ appellantem in hac causa appellationis. ¶ Et visis allegationibus aduocatorum vtriusq; partis: necnon literis spectabilis. d. vicarij vere me requirentis, que future sint partes in iudicando. 1 † quia officium iudicis principaliter versari debet in exquirenda veritate. xxx. questio. vlt. c. iudicantem. ⁊ l. ij. C. de eden. ideo circa hanc insistam superfluis resecatis. ¶ Unde in primis videndum est an sit probata intentio agentis, qui se fundat in promissione sibi facta per Gasparem de retrouendendo. ¶ Scdo principaliter erit videndum vtrum agenti obstet ꝙ sentẽtia prima fuit lata sine consilio sapiẽtis, vt dicit. ¶ Circa primũ sunt examinati tres testes ꝑ parte agẽtis: ⁊ primus scilicet Bartoldus clare videtur probare intentionẽ agentis. s. qd tẽpore dicte promissionis promisit dictus Gaspar ad interrogationẽ factam ipsi Stephano retrouendere: ⁊ sic probat stipulationẽ. l. iurisgentium. §. qd fere. ff. de pact. l. j. cum ibi no. C. de vsur. 2 ¶ † Et postquã in tractatu facta fuit dicta promissio nõ intelligit ab ea recessum per instrumentũ pure venditionis postea factũ: etiã si esset factũ ex interuallo, qd est plus per. l. si tibi liberũ. ẜm vnũ intellectum. ff. de act. emp. ⁊ l. si binarũ. ff. de serui. vrb. pred. qꝛ postquã erat ius quesitũ parti, nõ presumit ꝙ voluerit ex subsequẽti actu ex interuallo renũciare. arg. l. cuꝫ de indebito. in prin. de proba. ⁊ c. super hoc. de renũcia. ¶ Secus si nõ in cõtractu, sed in prefationibus cõtractus fuisset dictũ: qꝛ tũc intelligit repetitum in sequẽti cõtractu, ita demum si fuisset incontinenti subsecutus cõtractus, ⁊ nõ ex interuallo. l. itẽ qꝛ. in fi. cũ ibi no. per doc. ff. de pac. ⁊ in. d. §. ita respõdit. cõiuncta. d. l. per retẽtionẽ. C. de vsur. cũ gl. ⁊ l. cũ in plures. §. locator horrei. ff. loca. ẜm vnũ intellectũ: qꝛ nõ erit adhuc quesituꝫ ius parti. ⁊ ita declarat no. Joã. de Imo. in. l. quoties. §. tãtũdem. ff. de here. instit. ⁊. d. §. idem rñdit. ¶ Sed iste testis dicit quod fuit facta promissio tpe vẽditionis; ergo si fuit cõtenporanea cum ipsã vẽditione, sequit ꝙ fuit pars ipsius contractus venditionis. l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pac. l. lecta. ff. si cer. pet. ⁊ ideo non videtur ab ea promissione recessum per subsequens instrumentũ, etiã si fuisset factũ ex interuallo, vt dixi. ¶ Quod etiã alia ratione 3 probatur: † qꝛ nõ est curandum quo tpe fuerit factum instrumentũ, sed quo tpe fuit factus cõtractus. nã instrumentũ appellatur ipsa nota cõtinens id qd factũ est a partibus: ⁊ tale instrumentũ facit notarius. Cõtractus vero appellat illud ꝙ partes faciunt vt emptio, ⁊ vẽditio, ⁊ similia. ita in effectu dicit Bar. in. l. si qs legatũ. circa pe. col. ff. ad. l. Cornel. de fal. vñ quãuis notarius fecisset instrumẽtum ex interuallo postꝙ etiã fuisset rogatus a partibus, hoc nõ vitiaret actũ nisi qñ fuerit actũ inter partes ꝙ ꝯctus non valeret nisi fieret inde scriptura. l. contractus. C. de fide instr. Et ideo in ꝓposito nõ est attẽdendum ꝙ nõ fuerit factũ instrumentũ: qꝛ ex isto nõ orit ius. sed ex ꝯctu partiũ ⁊ scriptura instrumenti sola operat probationẽ. l. contrahitur. ff. de pig. l. pactũ qd bona fide. C. de pact. 4 Nec obst. ꝙ iste testis esset cognat⁹ actoris: † qꝛ affinis non repellitur a testimonio in causis ciuilibus, vt no. gl. ⁊ doct. in. c. accedens. el. j. in versi. subesse. vt lite non conte. est verũ tñ qd Bar. in. l. aut affinitate. ff. de procu. dicit ꝙ affinis est suspect⁹ testis. ⁊ ad hoc vt vigore probatiõis facte vnũ testem possit deferri iuramentũ in defectũ semiplene ꝓbationis, requirit ꝙ sit omni excep. maior. vnde si esset cõsanguineus vl' multum amicus nõ sufficeret. ita dicit Bart. in. l. admonẽdi. ff. de iureiur. in. vij. col. in versi. venio ad tertiũ. ⁊ Ant. de bu. in. c. fi. de iureiur. per no. in. l. etiam matris. ff. de proba. ¶ Ideo prima facie videt ꝙ opus sit alia probatione: ⁊ constat receptus est alius testis pro parte actoris. s. Antoni⁹ zannini, ⁊ iste satis bene se concordat in substantialibus cum dicto Bartoldo quo ad promissionem de retrouendendo: sed tñ verba ipsius Antonij sunt dubia qꝛ non deponit qd ipsa ꝓmissio facta fuerit in ipsa vẽditione vel in ipsis prefatiõibus vẽditionis postea incontinenti subsecute, sed solũ dicit qd fuit ante cõfectionem instrumenti: ⁊ ideo quia potuisset contingere qd dicta ꝓmissio fuisset facta ante venditionem nõ in venditione, vel fuisset facta in prefationibus ipsius venditionis, postea seorsum seu ex interuallo secute ⁊ libere facte: quo casu intelligit esse recessum a dicta promissione, per not per Bar. in. d. l. itẽ qꝛ. §. fi. ⁊ in l. pacta nouissima. C. de pac. ⁊ per Bal. ⁊ Ang. in. l. si quis cum 5 aliter. de ver. ob. cũ suis cõcor. nõ probarẽt: † qꝛ verba dubia testis interpretantur contra producentem. c. in presentia. de proba. ¶ Ideo posset iudex cause ex officio suo repetere dictum Antoniũ Zanninũ, ⁊ interrogare an dicta promissio de retrouendendo facta fuerit in ipsa venditione vel incõtinenti iuxta ipsam venditionẽ. i. antequã partes deuenirẽt ad actus extraneos, iuxta. l. continuus. in prin. ff. de verb. obl. ⁊ l. duos. §. fi. ff. de duo. reis. ⁊ no. in. l. cõtractus. prealleg. ⁊ in. l. bone. fidei. C. de pac. ⁊ si respondet ꝙ fuit facta in vendi. seu incontinenti iuxta dictam venditionẽ, vt dixi, ⁊ tunc videt ꝙ dicti testes sufficiant vna cũ iuramento delato dicto Stephano in supplementum probationis, per ea que statim dicam. ¶ Si autem dicit dictus testis se non recordari vel non factam fuisse dictã promissionem in vendi. nec incontinenti iuxta venditionem, tunc non videtur qd iste Antonius probet: qꝛ nõ cõcludit de necessitate: qꝛ poterit esse qꝛ dicta promissio fuisset facta ante, adeo ꝙ per ea que ex interuallo essent subsecuta vendẽdo libere seu 6 simpliciter esset recessuꝫ a precedẽti cõuentione. † Et istud qd a iudex ex officio suo potest testẽ repetere,[a] vt declararet ambiguum dictum suũ. c. cum clamor. de testi. §. quia vero. cum gl. ¶ Et si Antonius repetitus deponeret seu declararet in fauorẽ dicti agẽtis: prout dixi: tunc videret qd quãuis Bartoldus esset affinis vel qꝛ ex istis duobus testibus esset plus quã semiplene probatum, potest suppleri dicta probatio per iura- 7 mentum actoris per regulam. d. l. admonẽdi. ¶ † Et licet dictum iuramentum non debeat deferri in causis magne quãtitatis, vt no. in. d. l. admonẽdi. ⁊ in. l. bone fidei. C. de reb. creditis. tamen posito qd appareat istã causam esse magne quantitatis inspecta qualitate persone actoris, potest deferri iuramẽtum: quia quando plus quam semiplene est probatum vt in casu nostro per dictos duos testes secuta declarat. ⁊ repeti. dicti Antonij, vt supra dixi. Etiã potest dici qd iuramentũ actoris supplet etiam in causis magne quantatis: ⁊ etiã in alijs causis arduis in quibus propter solã semiplenam probationem non deferatur iuramentũ: vt no. d. Abb. in. c. mulieri. in. iiij. col. de iureiur. per id qd habet in. c. fi. §. fi. eo. tit. Etiã idẽ est de mente Hostien. in summa de iureiur. vt. s. ⁊ Archi. in. c. vtiles. el. j. in fi. xxvij. q. j. ⁊ Sal. in. d. l. admonendi. circa pen. col. dum ponit intellectum. d. c. fi. de reg. iur. ⁊ idem tenet Lud. Ro. in. d. l. admonẽdi. post mediũ. in ver. j. in eadẽ ibi, ⁊ in dilectis ⁊c. ⁊ Bal. in. d. l. bone fidei. circa vlt. col. in ver. hic dubitatur de feudo. C. de reb. credi. ¶ Plus dico ꝙ etiã absq; repeti. dicti Antonij videtur ꝙ sufficiat dictum primi testis. s. Bartoldi: qꝛ ista exceptio ꝙ est cognatus vel affinis propter quã non dicit oĩ exceptione maior fuit remissa, ⁊ potuit remitti per partes in causa principali: vt expresse no. Jo. An. in addi. Spe. in ti. de teste. §. sepe. in prin. facit. l. si quis testibus. C. de testib. ⁊ qd infra dicã. 8 † ⁊ in isto casu quando testis non est omnino inhabilis, ⁊ pob test per partẽ approbari[b] testis approbatio facta per partẽ expresse vel tacite operatur, ꝙ iudex possit ex officio suo aliquid supplere: vel tunc habet locũ id qd habet in. l. quos prohibet. ff. de postu. ⁊ ita etiã vult Jo. And. in addi. Spe. in ti. de teste. §. j. ver. quid si vidit. ⁊ Anto. de Bu. ⁊ Jo. de Imo. in. c. cũ dilectus. de consue. ⁊ Anto. de But. in. c. bone. el. j. de postu. prela. ⁊ sic sufficeret primus testis cũ iuramẽto partis. ¶ Saltẽ cum non sit probatũ istã esse magnã causam, circa deposi. Michaelis qui est tertius testis dicti Stephani: nõ puto posse fieri nisi modicum fundamentũ, ⁊ eius inspec. apparet. ¶ Nec predictis ob. si diceretur ꝙ actor in sua positione asserit ꝙ dicta promissio de retrouendendo fuit facta post dictam venditionem ⁊ instrumentum. testes vero actoris dicunt ꝙ fuit facta promis- 9 sio predicta ante confectionem instrumẽti: † quia dico ꝙ reus negauit cõtenta in. d. positione. vnde nõ põt se fundare ex positione negata. c. ex eo. de reg. iur. lib. vj. ⁊ no. Spe. in tit. de po. §. octauo. ver. j. ⁊ Bar. in. l. non vtiq;. ff. de excep. ⁊ in. l. post legatum. in prin. ff. de ijs quib. vt indig. cum si. ¶ Nec ob. etiam si dicatur ꝙ dicti duo testes nõ sufficiunt ad reprobandũ instrumentũ si sibi contradicant, per no. in. l. in exercendis. C. de fide instrumen. ⁊ in. l. optimam. C. de contrahen. ⁊ commit. stipu. ⁊ in. l. j. §. si quis negat. ff. quemadmo. testa. ape. ⁊ in. c. cum Jo. de fide instrumen. quia dico ꝙ actor non tendit ad improbandum instrumentum, nec testes contradicunt instrumẽto: imo vnusquisq; fatetur fuisse cõfectum prout iacet. Sed dicunt testes quid ante confect. instrumenti fuit actum inter partes qd Gaspar teneretur retrouendere. vnde si agitur qd illud pactũ intelligatur repetitum in illa venditio. ex mente partium ⁊ nõ

intelligatur

a ¶ Repetere. j. li. vj. cõsil. ccxxxviij.

b ¶ Approbari. Alexã. l. iiij. §. hoc autem iudicio. ff. de dã. infec. Ant. cor. sin. ver. testis. j. Fe. c. si diligenti. col. viij. de fo. compe. deci. l. j. de offi. asses. l. qui iurisdictioni. in fi. de iu. om. iud. Jas. l. patre furioso. colum. [illegible] qui [illegible] in rep. l. admonẽdi. col. vij. de iure iu. deci. c. ex insinuatione. co. fi. de app. doct. i. l. etiã, C. de testib.

intelligatur per sequentia recessum a dicta promissione, vt supra declaraui: non sequitur ꝙ instrumentũ sit falsum: qꝛ nõ sumus in casu in quo loquunt̃ ea que no. in d. l. in exercendis. cũ si. ¶ Et per hoc etiam dico quod testes recepti pro parte dicti Gasparis non cõtradicunt testibus Stephani: qꝛ testes Gasparis dicunt illud omne qđ instrumentum ⁊c. ¶ Non obst. si dicatur ꝙ Antonius quartus testis deponit qđ dictus Gaspar soluit ⁊ numerauit dicto Stephano quantitatem dicte petie terre vendite, ⁊ in instrumento dicatur ꝙ non fuit numeratum pretiũ quinquaginta librarũ, sed solum vsqꝫ quantitatem duc. xvj. auri. ⁊ residuũ fuit cõfessus emptor habuisse ⁊ penes
10 se habere: qꝛ respondeo † ꝙ quãdo vnus testis cõtradicit alijs in
a modico, [a] nõ dicunt̃ varij: ⁊ saluantur. ita dicit Ant. de Bu. in c. ij. ad fi. de regula. per ea que ibi no. in gl. ij. iuncto tex. vnde licet in modico variat iste testis ab instrumento, non debet redargui: adeo qđ non probet. nam testis recordatur vidisse ibi pecuniã numeratã prout numerata fuit ⁊ estimauit eã esse totam. ¶ Preterea. d. testis dicit ꝙ pretiũ soluit ⁊ numerauit dictus Gaspar in dicto loco. debet referri nõ specifice ad totum
11 pretium: † qꝛ dictũ prolatũ a teste nõ facit omnimodã relationẽ si per hoc incideret in aliquã contrarietatẽ, vt no. Bar. per illũ tex. cũ gl. in. l. Julianus. ff. de here. insti. Preterea dicta varietas non est circa negotium principale scꝫ promissionis de retrouendendo de qua agitur: ergo nõ. inualidatur per eã dictũ testis: vt per Bar. in. l. eos. cum simi. ff. ad. l. Cor. de fal. Preter ea etiam dictum Bartoldi sufficeret cum iuramento actoris, vt supra probatur. Nec obstat etiam predictis si diceretur qđ plures testes sunt recepti pro parte Gasparis ad reprobãdos
12 testes actoris tanquam criminosos: quia † tales exceptiones fuerunt per partes remisse expresse, ⁊ etiam si non fuissent expresse remisse, fuerunt tacite remisse: qꝛ non fuerunt opposite ante publicationẽ testamẽtũ. c. presentiũ. de testi. in antiquis. ⁊ Cy. in auť. si testis. C. de testi. ⁊ Jo. An. in addi. Spe. in ti. de teste. §. sepe. circa prin. vbi expresse dicit remitti posse per partẽ hãc excep. ꝙ testis sit criminosus. ¶ Preterea requirebať qđ talia crimina deducent̃ in articulis specifice, ⁊ cum expressione loci ⁊ tẽporis: per id qđ habet̃ in. c. presentiũ. §. testes. cũ ibi no. per doc. de testi. li. vj. ⁊ per Bar. in. l. j. circa. iij. col. de excep. per Bal. in auť. si dicať. in fi. C. de testi. l. edita. in. viij. col. in repeti. Paduana. C. de eden. ¶ Non ob. etiam si dicať ꝙ iudex cause principalis detulit iuramentum in supplementum probationis: ⁊ quod ita reus iurauit nullam factam fuisse promissio-
13 nem de retrouendendo: † qꝛ dico qđ talis delatio iuramenti fieri non potuit, prout facta fuit scilicet absente. do. Stephano, ⁊ non [illegible]tato. l. in bonefidei. versi. causa cognita. de rebus credi. ⁊ ibi [illegible]llum tex. no. Ang. dicens cautum debere esse aduocatum per illum text. iuncta. l. in cause. §. causa cognita. de mino.
14 ¶ † Circa secundum principale, videlicet an obstet ꝙ non fuit transmissa consultori, prout cauet̃ in statuto sub rubrica, de libel. obla. respondeo ꝙ non: quia potest responderi ad statutuꝫ quod intelligitur parte petente. l. iiij. §. hoc autem interdictum. de dam. infec. ⁊ no. gl. ⁊ doc. in. c. fi. de rescri. ⁊ Ant. de But. in c. pe. de iud. cum si. Sed dictus Gaspar non petit causam legitime cõmitti cõsilio sapientis non suspecti simpliciter, vt dicit statutũ: sed dicit ꝙ offerebat se paratum mittere ad consilium sapientis Bononie, vt alias dictũ est ⁊ conclusuꝫ inter dictas partes: dicebat, ⁊ lis de tali cõclusione nõ apparet in act. debuit petere causam mitti per capitaneum ad consiliũ sapientis partibus non suspectis ꝭm dispositionem statuti, a cuius forma nõ debuit recedere. l. pretor. §. docere. ff. vi bo. rap. l. j. §. ait pretor. ff. ne quid in flu. pu. ⁊ qđ no. voluit Joã. and. in. c. j. in versi. christianorum. de homi. lib. vj. in nouella. ⁊ Bal. in. l. si qs nõ dicã rapere. circa. iiij. col. de epis. ⁊ cler. ¶ Preterea qñcũqꝫ fuerit sibi in presentata copia ꝓcessus ⁊ oĩum actorum: ⁊ nõ apparet ꝙ Gaspar in hoc fecerit id qđ sibi incũbebat circa ꝓsenta. dictorũ actorũ: oportebat eũ mittere acta ad consultorẽ, iuxta. l. fi. C. de rela. vnde iste q nõ adimpleuit ꝑ parte sua, nõ põt alteri morã allegare. l. iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.
15 l. ediles etiã. §. fi. de edi. edic. ¶ † Insuper posito ꝙ sñia fuisset nulla, põt per iudicẽ appellationis cõfirmari: vt no. per glo. ⁊ doc. in. l. j. C. qñ ꝓuo. ⁊ per doc. i. l. si expressim. ff. de app. qñ cã nullitatis q erat ĩ pria sñia cessat in scđa, vt ĩ casu nr̃o. ¶ Vel etiã põt reformare iudex appellationis qñ ex actis talia apparent, ex quibus veniat reformãda. l. absentẽ. C. de acc. ⁊ si aliter nõ fuit petitũ reformari ꝭm Jo. de Jmo. in. d. l. expressim. circa vlti. col. ꝑ rõnes ibi redditas ꝑ eũ. ¶ Ex quibus oĩbus cõcludo partes dicti iudicantis esse in cõfirmãdo primã sñiam
16 latã in fauorẽ dicti Stephani. † preterq̃ quo ad expẽsas, attẽto quod Stephanus vicit ⁊ superauit ex iuramento Antonij delato in supplementum semiplene probationis, per ea que singulariter traduntur per Bal. in auť. generaliter. circa. iiij. colum. C. de episcopis ⁊ clericis. vnde in expensis tam principalis cause quam appellationis iudex vtramque partem expensis absoluat propter predicta: ⁊ etiam quia in hac causa vterque est victus, ⁊ victor poterit etiam iudex si sibi placuerit priusquam pronunciaret repetere dictum Antonium testem, vt supra dixi: sed non puto esse necessarium per supradicta. Alexander.

## Summarium.

1 ¶ Presumitur pro sententia.
2 Sententia potest ferri contra non citatum presentem.
3 Nuncius si refert se citasse, presumitur pro eius commissione.
6 Possidere se respondens intelligitur de toto, ⁊ censetur se liti offerre.
7 Exceptio post sententiam non potest opponi eam infringens.
9 Inferior non potest vti clausula non obstante.

a ¶ Modico. s. ea. consi. xlviij. nu. v.

## Consilium. CXXIII.

Viso processu cause agitate iter syndicũ societatis sancte Marie de cotignola ex parte vna agentem, ⁊ Rogerium quondã Matthei del vechio ⁊ Petrum quondã Matthei ex altera se defendẽtes. ¶ Uidendum est in primis vtrum sententia lata per dominum vicarium cuius petitur executio valeat stantibus ex-
1 ceptionibus contra eam appositis. ¶ † Ad quod videtur sententiã valere, ⁊ pro ea presumit̃ regulariter. c. bone. el. j. de elce. c. in presentia. de renunci. c. cum inter. ⁊. c. sicut. de re iudi. ⁊ no. plene in. c. cum in iure. de offi. deleg. c. qm̃ contra. de proba. ⁊. l. sciendũ. ff. de ver. ob. cum simi. Nec ob. exceptiones contra predictam sententiam in presenti iudicio executionis opposite: qꝛ primo nõ obstat ꝙ fuerit lata ab incõpetenti iudice: qꝛ respõsio patet ex rescriptis delegatorijs registratis in processu: per que scripta cõstat causam a principe fuisse delegatam vicario Lugi, ⁊ indubitatum est principem hoc facere potuisse. l. j. qui pro sua iuris. l. more. cũ. l. seq. ff. de iuris. om. iudi. ⁊ qđ plus est ꝓnũciatũ est ꝑ iudicẽ aditũ se fore iudicẽ ꝯpetẽtẽ, ⁊ ab ea ꝓnũciat. nõ est ꝓuocatũ, ideo illi stare oportet. c. cũ dilecti. de elect. c. significantibus. de off. dele. ¶ Nõ ob. scđa exceptio, qua dr̃ ꝙ sñia nõ valuit eo qꝛ nõ fuit cõdẽnatoria nec absolutoria, ꝓut esse debet ꝙ in ea non fuerũt cõdẽnati dicti Rogerius ⁊ Petrus ad restituendũ dictas petias terre: qꝛ ꝯtrariũ ptꝫ euidenter ex inspectione sñie predicte in qua condemnatur Rogerius ⁊ Petrus ⁊ eorũ ꝓcuratores ad restitutionẽ dictarum terrarũ. ¶ Et siliter fragilis est tertia exceptio in qua dicitur qđ verba sñie nõ fuerũt relata ad ser Paulũ Andree de margotis, q erat dñs litis seu cause. sed ad alios syndicos, q nõ erant dñi litis: ⁊ sic nõ deberet valere sñia, per ea que habẽtur in. l. j. C. de sen. ⁊ interlo. oĩum iud. qꝛ imo ex inspectione sñie apparet verba esse relata ad ser Paulũ. ¶ Nõ obst. etiã quarta exceptio in qua opponit̃ ꝙ nõ valuit sentẽtia. quoniã fuit ⁊ est absqꝫ eo qđ dictus Rogerius ⁊ Petrus nunq̃ fuerunt citati ad audiendã sñiaꝫ, saltẽ legitime ⁊ perẽptorie, iuxta. l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. ⁊. l. cõsentaneũ. ⁊. l. tres denũciationes. C. qño ⁊ qñ iudi. qꝛ ad hoc rñdeo ꝙ citatus fuit ꝓcurator dictorum Rogerij ⁊ Petri: ⁊ etiã ipse Roge. ⁊ Pe. personaliter, vt cõparere deberẽt die. x. mensis Martij, ⁊ ita postea dicta die cõparuit procurator dictorũ Rog. ⁊ Petr. ⁊ eo presente lata fuit sñia. ⁊ ideo si cõparuit reus in prima citatione ad audiendũ sñiam, quãuis non fuisset peremptoria nõ erat necesse aliã citationem facere: vt in auť. qui semel. C. qño ⁊ qñ iud. l. properandũ. §. j. C. de iudi. Nã tertia citatio de qua in. l. ad perẽptoriam. fiebat ad cõuincendũ malitiã ⁊ ꝯtumacia non comparẽtis. d. l. ad peremptoriũ. cũ seq. vnde si in prima citatione reus
2 citatus cõparet, nõ est vlterius citandus. † Ideo iura dicunt qđ sententia ferri potest cõtra nõ citatũ presentem, vt erat dictus ꝓcurator reorũ. l. de vnoquoqꝫ. de re iudi. l. etiã. §. hereditatem. ⁊. l. in causa. l. j. §. causa cognita. ff. de mino. ⁊ no. Jo. an. in. c. fi. de elect. lib. vj. in nouella. ⁊ clare ponit predicta Jo. an. in addi. Spec. in titu. de sen. pla. §. vt aũt. in addi. q inci. Citatũ supple peremptorie. ⁊ no. per Bar. in. l. prolatã. C. de sentẽ. ⁊ Bal. in. l. nã ita diuus. ff. de adop. ⁊ in. l. si accusationibus. C. de accusatio. ⁊ Angel. ⁊ Joan. de Jmo. in. d. l. vnoquoqꝫ. per
3 docto. plene in. c. j. de iudi. cum simili. ¶ † Et cũ nil appareat de commissione citationis, sed solũ de relatione nuncij, tamen

presumitur cõmissionẽ precessisse, vt no. Guido de suza. in d. l. ad peremptoriã. ꝛ refert Ant. de bu. in d. c. j. de iudicijs. ꝛ idẽ tenet Tacre. in opere suoin scda euidẽtia. q. x. p. l. magis puto. §. ne tamẽ. de reb. eorum. ꝛ. l. j. §. qd eius. ff. de offi. pfec. vr. ꝛ per id qd legitur ꝛ no. in. c. cum parati. de ap. tñ qꝛ in hoc aliq contradicunt nisi appareat in hoc cõsuetudinem loci ita se habere: ideo tutius est respondere qd dicta presentia pcuratoris sufficiat, per predicta. ¶ Pro quo etiã facit: qꝛ apparet qd pñsentia pcuratoris nõ fuit ibi propter aliud, sed propter ipsam sententiam: ꝛ qꝛ nuntius eum ad hoc citauerat: quo casu presumit ꝙ fuerit presens ad hoc, vt no. Bar. ꝛ alij post eum in. l. furioso. ad fi. ff. de iudi. ar. l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. Et posito ꝙ ista citatio aliquo modo posset dici nulla rõne defectus cõmissionis, vt. s. proxi. tamẽ propter pñsentiã ꝛ cõparationẽ [a] subsecutam in termino dicte citationis cõualidatur: vt est gl. no. in. l. j. in prin. in versi. snĩa valebit. ff. de ferijs. vbi not. doc. ꝛ pbaᵗ in. l. si vt proponis. la. ij. in versi. absentem a contrario sensu. C. qño ꝛ qñ iud. quam ad hoc allegat Jo. and. i. d. c. fi. de elec. in. vj. ¶ † Preterea predicta sentẽtia q̃ lata fuit, iam est vltra tẽpus. x. annorũ, ꝛ in qua fit mẽtio de renuncia. de citatione ꝛ monitione aduersariorũ presumitur qd fuerit rite lata, ꝛ interueniẽte legitima citatione, vel presentia: vt probat bonus tex. in. c. bone. el. j. de elec. vbi refricabiᵗ in dubiũ de cita. ꝛ tamẽ pro sentẽtia presumiᵗ, ꝛ not. ibi doct. ꝛ Host. in. c. cũ inter. de re iudi. ꝛ Spe. in ti. de senten. §. fi. versic. in summa. vbi hoc tenet saltẽ qñ parte presente fuit lata, vt in casu nostro. ꝛ not. plene Jo. de Jmo. in. l. iiij. §. cõdemnatũ. de re iu. ꝛ in. c. qm̃ cõtra. post alios doc. de proba. Et circa hoc plura dici possent: sed quia superius dicta abundant ꝛ sufficiunt ideo istum articulũ vlteriᵘˢ quã expediat nõ pſequar. ¶ Non obst. etiam quinta exceptio: qꝛ dr̃ quod sententia fuit nulla eo qꝛ lata contra dictum Petrũ minorẽ ꝛ indefensum nõ habẽtez curatorẽ nec legitimã personã stãdi in iudicio iuxta. l. acta. §. fi. ꝛ. l. contra. de re iudi. qꝛ respõdeo qd de minori etate non est pbatũ. preterea apparet in processu quod dictus Petrus constituit procuratorẽ siue dñam Jenimã fugitiuã, qui in causa pro eo cõparuit ꝛ prosecutus fuit. † Et posito, sed non concesso qd Petrᵘˢ esset tũc adultus, tũc nõ potuit pᵉʳ se cõstituere pcuratorẽ ad lites cũ ipse careret curatore: vt no. Barto. in. l. neqꝫ. C. de procur. in vsi. venio ad secundã partẽ ꝛc. ꝛ p. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mi. ¶ Nec de resti. in integrum dicti Petri tractandũ est: qꝛ elapsum est quadriẽniũ a die sententie ꝛ vltra, ꝛ etiã nõ probauit se esse intra tempus scꝫ. xxv. annorum etatis sue: intra qd tempus durat facultas petendi restitutionẽ in integ. l. fi. C. de temp. in inte. pe. c. j. e. tit. li. vj. ¶ Non obst. etiã. vj. exceptio nullitatis, qua diciᵗ quod dicta snĩa cõdemnatoria nõ fuit lata contra pcuratorẽ dictorum reorum, qui erat dominus litis, sed ꝯ principales, iuxta id qd habetur in. d. l. j. C. de sentẽ. qꝛ rñdeo qd imo etiam lata fuit contra procuratorem, vt ex verbis suis euidẽter apparet. ¶ Et similiter inquantũ in. vij. exceptione opponitur qd non fuit lis contestata: qꝛ ex processu contrarium cõstat. ¶ Cũ ergo nulla exceptio nullitatis iustificata sit contra dictam sentẽtiã, ꝛ lapsa sint tẽpora appellationis prosequẽde. qꝛ iã sunt. x. anni vltra quibus lata est, clarum est qd in rẽ iudicatã transiuit. Et posito qd ab ea appellatũ fuisset, tamen elapso dicto tpe, ꝛ parte citata ad contradicendũ ne fiat executio, dꝫ sentẽtia exequi prout petitũ est: ꝛ proinde est ac si nunꝙ̃ appellatum fuisset. l. si ꝯ. C. de appel. l. si illud. C. de tẽpo. appel. iuncta auͭ. ei qui. eo. ti. ꝛ in. d. c. ex rõne. de app. ꝛ declaraᵗ in. l. j. in fin. ff. nil no. cum si. ¶ Et per hoc est responsum ad primũ dubiũ principale, ꝛ omnia ab eo dependentia. ¶ † Circa secundum dubium queritur an possit fieri executio sententie in totũ pro bonis cõtẽtis in snĩa: qꝛ dicitur dictus Petrus habere duos fratres: qui nõ fuerũt noĩati in dicto iudicio. respondeo oino snĩam exequi debere ꝯ dictum Petrum ꝛ Rogerium in totũ: qꝛ respõdendo interrogatorijs factis in principali iudicio, dixerunt se possidere bona contenta in petitione: ꝛ intellige in totũ, vt no. gl. ꝛ doc. in. c. ij. de libel. obla. ꝛ ideo in totum dꝫ fieri executio. ꝛ si reperiretur quod non habuissent facultatem rei restituende in totum, tamẽ cum se obtulerit liti in totum tenetur quãti interfuit actorẽ nõ decipi, per. d. Petr. ꝛ Roge. asserentes se possidere dicta bona. s. in totũ prout intelligitur ẜm quod dixi. ita probatur in. l. is qui se obtulit. ff. de rei vẽdi. iuncta. l. qui se liti. ff. de petit. here. ¶ Quo ad tertium dubium quo queritur dato quod. d. Petrus fuisset adultus minor vꝫ xxv. annis tempore dicte sentẽtie, ꝛ modo sit maior. xxv. possit dicere sententiam nullam respectu minoris etatis, licet de minori etate probauerit. respondeo quod non, vt dixi. s. circa exceptionem nullitatis. ¶ † Circa quartum dubium quo queriᵗ an dicti condemnati possint in causa executionis probare aliquid de dominio ꝛ iure ipsorum, an vero differendum in aliud iudiciũ. respondeo ꝙ post sententiam predictam, que in rem iudicatam transiuit, nõ possunt ad impediendam executionẽ admitti in causam. d. excep. vel proba. que ipsam sententiam impugnaret. l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. l. fi. in fi. C. de ordi. cog. c. cum inter. de re iudi. ꝛ plene in. l. j. C. de in. ꝛ fac. ign. ¶ Postremo circa vltimum quesitum quo queriᵗ, vtrum prefatus. d. Theophilus potuerit cõcedere dictum respectum dicti Rogerij continens ꝙ non obstante sententia lata ex desertionis appellationis subsignanter faceret iustitiã partibus. respondeo ꝙ non: quia per desertionem appellationis prima sententia in rem iudicatam transiuit. d. l. fi. §. illud. ꝛ. d. l. si contra. ¶ † Nec potuit aliquis dñs saltem superiorem recognoscens, prout prefatus. d. Theophilus predictam sententiam tollere, saltem in preiudicium partis. l. nemo. C. de temp. ap. l. fi. sen. rescin. nõ pos. l. ij. ꝛ. iij. C. vt lit. pe. ꝛ ibi no. l. fi. C. de err. adu. cum si. ¶ Nec in dicto rescrip. etiam est clausula. non obstante. l. in cõtrarium faciente. que clausula esset necessaria quãdo princeps superiorem non recognoscens vellet dicte sententie ꝛ desertioni derogare. vt no. in. l. causas. C. de transac. ꝛ in. d. l. fi. C. sen. rescin. non pos. ¶ † Inferior vero a principe, prout. d. Theophilus, nõ potest vti clausula, non obstante vt. l. formam. C. de offi. prefe. preto. ꝛ. c. cum inferior. de maio. ꝛ obed. ꝛ not. in. c. fi. de here. in. vj. ꝛ per Jo. An. ꝛ alios in. d. c. fi. de offi. arch. ¶ Et tãto minus potuit dicta concessio per prefatũ dominũ fieri cum facta fuerit parte ad hoc non citata. l. cum ita diuus. de adop. l. ij. de nat. resti. c. inter quas. de maio. ꝛ obedien. ꝛ no. Bar. in. l. adoptio. ff. de adop. vbi inquit quod quãdo impetratur a principe rescriptum ledens alium, debet iste citari ad interpretationem. ꝛ not. Bart. in. l. ij. C. de tempo. ap. ꝛ Spec. ꝛ Jo. And. in titu. de rescrip. presen. §. fi. versi. item quod ad resc. ꝛ no. doct. in cum olim. de re iud. cum suis concord. ꝛc.

Marginal notes:

a ¶ Cõparationẽ. Per quã vitiũ citatiõis purgatur And. tiraq. ĩ psu. pict. §. ix. gl. ij. nu. xviij. cum seq.

b ¶ Visis. Cõfirmatur. s. li. vij. ꝯs. xlviij.

# Summarium.

1. ¶ Compromissum in iure non valet arbitrium duorum.
2. Concorditer fieri non dicitur quod fit a maiori parte.
4. Arbitri non possunt supplere in alijs rebus, sed bene in pecunia.
5. Clausule generales non referuntur ad lites dependentes ex testamento. nume. 8.
7. Reclamatum si sit a laudo, pro eo non presumitur. num. 10.
9. Laudum non valet admisso eo qui tunc caret potestate.
13. Laudum quid si latum sit partibus absentibus, nec vocatis.

# Consilium. CXXIIII.

In causa ꝛ lite inter Franciscinam quondam Joannis Bertini, ꝛ Vetium fratrem dicte domine Franciscine ex parte vna: ꝛ magistrum Bartolum quondam magistri Francisci ex alia. ¶ Visis [b] ꝛ põderatis his que in themate narrantur, ꝛ viso cõpromisso ꝛ arbitramẽto. Breuiter sentio dictũ arbitramentũ latum inter dictas partes non tenere. primo: qꝛ ex instrumento compromissi apparet factum fuisse cõpromissũ in dictos arbitros ꝛ arbitratores. s. T. ꝛ A. in casu quo essent discordes, tunc partes in tertium arbitrum ꝛ arbitratorem elegerunt. F. promittentes partes predicte id qd per oẽs eorum arbitros fuerit laudatum ꝛ arbitratum, concordatum obseruare ꝛ adimplere. † Sed ita est ꝙ per oẽs dictos arbitros nõ fuit laudatũ, sed solũ per duos. sed per dictos L. ꝛ A. ergo nõ valet arbitramentum: qꝛ recessum est a forma compromissi, contra quã nullã habent potestatẽ arbitri. l. non distinguemus. §. officio. ff. de arbi. ¶ Et hoc ad propositũ nostrum deciditur per Jo. An. in addi. Spe. in ti. de arbi. §. fi. ver. quid si actũ est in cõpromisso ꝙ cõcorditer ꝛc vbi querit Spe. quid si in cõpromissio electus est etiam tertius, ꝛ actũ est in cõpromisso ꝙ cõcorditer pronuncient: an valebit sententia maioris partis? ꝛ dicit ꝙ non: qꝛ verba debent aliquid operari. l. si quãdo. in prin. ff. de leg. j. l. j. in fi. ff. ad munici. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. ꝛ pro hoc Jo. An. ibi in addi. dicit quod idem tenet gl. in. c. ij. in gl. pen. de arbi. in. vj. ꝛ quod pro hoc facit tex. in. c. ij. in fi. de testa. in. vj. Subdit tamen Spe. quod in contrarium probat, ar. tex. in. l. iurisgẽ. §. fi. cum. l. seq. ff. de pac. vbi sufficit aliquid factũ esse a maiori parte. ¶ Sed Jo. An. super. d. ver. sed quid si actum ꝛc. in addit. incip. hec vera ꝛc. respondet ad hoc quod est verum quod sufficit factum a maiori parte, scilicet

4 C. de here. insti. ¶ †Quo ad quartũ dubiũ rñdeo qꝫ impensa funeris Jo. An. nõ debet fieri de cõi: qr nõ fuit impẽsa facta ob causam communionis seu societatis: vt est bonus tex. in. l. socius q in eo. §. fi. r in. l. iure societatis. ff. pro socio. ¶ Ad qꝫ no. Specu. in titu. de iudi. in quarta parte. §. sequit. versi. quid si vnus ex coheredibus. r Bal. in. d. l. si patruus. r in dicto tracta. vbi concludit qꝫ si vnus ex fratribus bona cõmunia possidentibus fecerit aliquã impensam ad honorem sui vel in militia sua, vel in nuptijs suis, hoc nõ debet fieri cõmunib⁹ impẽsis. l. at q originẽ. §. fi. cum ibi not. ff. de mune. r hon. l. si filia. §. idẽ scribit. r. §. idẽ Neratius. l. ex parte. §. filius. r. l. Lucius. ff. fami. ercis. r hoc cũ nõ sit probatũ, nec presupponat generalez societatẽ cõtractã: tenet ergo Montes pro dimidia expense
5 funeris Franci. ¶ † Quantũ ad quintũ, vr qꝫ de cõmuni patrimonio redemptio. d. Joã. and. fieri debuerit per l. cum duobus. §. quidam sagaria. ff. p so. sed contrariũ verius p quo videtur gl. r ibi hoc no. doc. in. l. cum duobus. §. si fratres. al's est l. Papinia. in versi. reli. ff. pro so. vbi dicit qđ si vnus ex fratribus cõiter habitãtibus r possidẽtibus rc. debet soluere aliq̃ condẽnationẽ: illa nõ debet solui de cõmuni, sed de proprio. r posito qđ p Fran. fuisset Jo. redẽptus ab hostibus nõ presumitur pietatis gratiã fecisse, nec animo donãdi sed recipiẽdi nõ obstãte cõsanguinitate. ita firmat Bal. in. l. labeo captus. C. de cap. r in aut. si capti. C. de epi. r cle. maxime cũ Joã. habebat patrimonium de quo solutũ presumit. l. si. ff. de peti. here. l. mẽse. cum ibi no. ff. de neg. gest. ¶ Item per hoc qꝫ dicta impensa redẽptiõis nõ est ppter causam cõmunionis. Unde nõ debet solui de cõmuni iuribus preallega. r maxime: qr presupponitur qđ. d. Joã. Andr. tũc qñ fuit captus pcurabat negotia materna. r sic nõ ob. d. §. qdam sagariã. qr ibi pcurabat negotia cõia: r tanto fortius pdicta pcederet si dict⁹ Jo. fuisset in aliqua culpa eundo ad locũ verosimiliter suspectũ r nõ tutum. l. si vt certũ. §. nũc videndũ. ff. cõmo. c. accedens. vt lit. nõ contest. l. recusare. §. fin. cũ. l. seq. ff. ad Trebe. nam tunc etiam si fuissent socij gñales omniũ bono. p expressum societatis cõtractum esset imputandum. d. Joã. qr in contractu societatis venit culpa etiã leuis. l. socius socio. pro socio. insti. eo. tit. §. fi. ex quibus remanet firma cõclusio: qꝫ tenetur Montes ad satisfactionem Francisci in dictam dimidiam impense redemptionis. Alexander.

# Consilium. CXXXIIII.

In causa r lite inter Albertinum de minardis agentem r Bartholomeuz quondam Simonis de bagnaria se defendentem plura sunt consideranda r discutienda nõ obstãte ipsius cause modico valore. r primo premitto illud vulgare quod actore nõ probãte reus debet absolui diffinitiue. c. j. vt eccle. bene. l. qui accusare. C. de eden. ¶ An autẽ dictus Albertinus pba
1 uerit plene suam intẽtionẽ patebit ex infra dicendis. ¶ †Secundo premitto qꝫ illud qđ dicitur in hac causa p dñm consulentẽ, qđ qñ intentio actoris est fundata r probata de iure, et p cõsequẽs certa r clara r exceptio rei sit dubia: quia nõ plene pbata fert sentẽtia pro actore. c. post electionẽ. r. c. cum super. de cõcess. preben. ad idem allego tex. iunctis his que ibi declarat dominus An. in cap. vt nostra. de offi. Arch. no. Bal. in. l. vbi pactum. C. de transac. in. q. de nõ soluẽte collectas. Saly. per illum tex. C. de adulte. l. si quis adulterij. r Bald. ff. de statu. homi. l. imperator. dum allegat gl. in. l. j. C. qui r aduersus quos. r ita etiam dicebat Dy. r Gui. de suza. quos refert Cãcre. de come. in opere suo in. vj. rub. in prin. per id quod habetur insti. de inuti. stip. §. item verborũ. ibi manifestissimis. r. l. fi. §. finantẽ. C. de edi. diui. r qđ no. Bald. C. proba. l. iiij. facit. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. extra co. tit. c. in nostra. ¶ Ista dico procedere quotiescunq; pbationes actoris r probationes rei sunt adinuicẽ directo cõtrarie, vt si actor pbet reo mutuasse decem per duos testes: reus probat contrarium per vnũ testem tantũ: certe tunc remanet pbatio actoris valida r perfecta sed vt pbatiões sunt diuerse, verbi gratia: actor pbauit mutuum per duos testes: reus pbauit solutionẽ per vnum tantũ: certe fuere tunc causa r pbationes dubie adeo qđ reo debet deferri iuramentum, r veniet absoluẽdus. ita no. r declarat predicta Bar. ff. de iureiur. l. admonendi. in ver. quero quid si actor probauit intentionem suam plene. r idem Baldus in. l. in bonefidei. C. de rebus creditis. in vltima. q. ¶ Ita infra demõstrabitur in proposito qꝫ presupposito qđ probationes actoris sint perfecte, r etiam presupposito quod probationes rei nõ sunt plene: tamen qr tendunt ad diuersa, probationes rei, enervãt probationes actoris, r ipsis reo iuramentum petitũ in pcessu veniebat, r venit deferẽdũ. vt dixi. ¶ Et presupposito qđ predicta verificata non releuarent dictũ Bar. que pro certo iudicio releuant, discutiendum erit vtrum alie exceptiones p pcura. rei allegate r probate ipsi opitulentur in fauorẽ absol. consequende. ¶ Ad primũ reuertor quod intentio actoris nullo modo sit probata. nam magister Jacobus quondã Matthei primus testis, dicit in effectu quod audiuit Bartholomeũ de ferraria dicẽtẽ dicto Albertino, Le vero che quella caldaria e mezatua. sed, cui dubium qđ cõfessio dicti Bartholomei nõ nocet dicto Bartholomeo cui iam erat vẽdita dicta caldaria ante hanc confessionem. nã dictus Bartholo. illã emit de anno. Mcccccxxviij. seu de anno. Mcccccxxix. vt cõstat ꝯfessione dicti Bart. redacta publico instrumẽto pducto, rescripto, r rogato manu ser Jacobi de brocardis: r etiam apparet per instrumẽtũ emptionis domus peladuri cuz qua domo trãsit dicta caldaria, vt infra dicam, ita quod in proposito confessio dicti Bartholomei qđ caldaria spectaret ad dictum Albertinum que confessio facta est iam sunt menses quinq; tm̃ vt deponit testis, r sic post venditionẽ factã, r ius quesitum dicto Bartho. preiudicare sibi Bartho. quoq; modo nõ potest. l. j. r per totum. C. res inter alios acta. c. quamuis. de re iud. ff. ad Uelleia. l. Seia mancipia. cũ si. ¶ Preterea dictus testis iterrogatus secundũ interrogatoria dicti Bar. que caldaria eẽt illa r sup causa scientie cognitionis dicte caldarie nihil respõdet, nec deponit de caldaria vllo pacto, vt in eo ptz. ¶ Secũdus testis scz magister Jacob⁹ in effectu nihil dicit. dicit em̃ se vidisse in libro magistri Joannis speciarij, qđ Albertinus emit caldariam vnam. nã iste testis deponit per relationez ad aliud: r etiã dicit ipse aliter quã dicat scriptura dicti magistri Joãnis vt infra dicam. concludendo igitur iste testis nõ facit aliam probationem quã liber dicti magister Joãnis, de quo
2 infra dicet. ¶ Preterea nõ ponit de identitate caldarie. †per cõsequens cũ probatio sit dubia nõ releuat pbantẽ. c. in presentia. de proba. l. inter stipulantẽ. §. j. r ibi no. ff. de verb. obli. cuz similibus. ¶ Inquantum vero vt ipse testis deponit de confessione dicti Bartholomei dicentis dictam caldariã spectare ad dictum Albertinũ: respondeo r dico vt dixi supra circa primuz testem. ¶ Bartholomeus tertius testis dicit idem in effectu qꝫ primus, ideo eodẽ modo r forma nõ probatur, vt di
3 xi. s. maxime cũ idẽtitatẽ caldarie nõ probet. † in rebus enim presumitur pluralitas nisi identitas probetur: iuxta ea q̃ no. Jac. de but. r Bal. in. l. ij. C. de errore aduo. r qđ not. Bart. in l. ij. ad fi. ff. quemadmodũ te. ap. r in. l. demon. in prin. in versic. sexto quero. de condi. r demonstra. r in. l. diuus. de custo. reo. r in. l. inter stipulãtẽ. §. j. de verb. obl. r in. l. j. C. si vnus ex pluri. app. ¶ Simon quartus testis dicit contenta in capitulis ve
4 ra esse, †interrogatus in causa sciẽtie dicit qr presens fuit: que redditio cause non in totũ dicitur sufficiẽs. iuxta not. per gl. in. c. presentium. de testi. in. vj. r per Nico. de ma. r Bal. in. l. testiũ. in. iiij. col. C. de testa. r Bal. r doc. in. l. ij. §. fi. per illã glo. ff. sol. mat. r per Bar. l. j. ff. de auto. tu. Specu. in titu. de test. §. j. versi. itẽ qꝫ visu. Barto. in tractatu de teste. in. ij. char. Ang. r do. Jo. an. in. l. heredes palã. ff. de test. ¶ Preterea dictus Si
5 mon est †socius in cõione dicte caldarie, vt ipsemet attestat: r p cõsequens nõ admittit in testẽ, iuxta ea q̃ habent in. l. qm̃. r in. l. omnibus. C. de testi. r in. l. si filiũ. C. de libe. causa. r. l. j. §. si seruũ. ff. de q̃sti. r in. l. qui accusare. ff. de accu. per doc. ¶ Preterea iterrogat⁹ si est eadẽ caldaria, dicit se credere qꝫ sic: qr te
6 stis p verbum †credit, deponens certũ est non probare. c. quoties. r c. tam literis. de testi. no. glo. r Bar. in. l. ij. §. idem labeo. de aqua plu. ar. Bald. in. l. iij. in. v. q. C. de test. Cy. Ja. de are. r Bal. i. l. testi. in vlt. col. eo. ti. not. i. c. ex literis. de presumptio. etiaz si dixisset se pro certo credere, vt no. bal. l. siue possidetis. C. de pbatio. r Bald. no. in ca. j. §. notandũ. de notis feu. x. col. ¶ Quintus testis ser Jac. de bonegratis: r iste etiã nõ pbat
7 ex eo qr fuit †pcurator i hac cã pro dicto Bertino, vt etiã ipsemet Bertinus fatet rñdẽdo positiõibus psertim quadragesime positiõi pdicte p dictũ Bartholomeũ r eius pcuratorẽ, r hac rõne repellit: nec ei fides adhibet etiam si velit testificari in cã appellatiõis, r fuisset pcurator in cã principali, vt gl. in c. Romana. de testi. i. vj. gl. r ibi Bal. i. l. deferre. ff. de iure fis.

Cy.in.l.quoniā.C.de test.in.l.omnibus.eo.tit.⁊.c.si inter pares.in prin.de.l.conra.Inno.⁊ Jo.and.in.c.insuper.de testi. ¶ Preterea interrogatus in causa sciētie dicit qđ audiuit.d. magistrum Joannē vgolini dicentē se alias vendidisse dicto Albertino,ita qđ iste testis non deponit de vendit.q̄ celebrat̄ 8 inter cōtrahentes communi cōsensu,sed deponit de†auditu. igitur nō probat iuxta no.C.de test.l.testium.⁊ in.l.ij.§.labeo. de aqua plu.arc.⁊ pulchre Bald.in.c.j.de cōtro.inter do.⁊ vasal.de inuestitura.in vsi.feu.nō sequitur,audiui talem dicentē se vendidisse Titio:ergo vendidit.certe cōsonat lippis ⁊ tonsorib⁹ probationē de vera venditione nō cōcludere.igit̄ ⁊c.l. neq₃ natales.de pb.l.nō ob hoc.vnde cog.⁊.d.c.in presentia. de proba. ¶ Preterea interrogatus sup interrogatorijs partis aduerse super identitate caldarie,nihil super ipsa deponit saltem qđ necessario concludat. ¶ Preterea etiam iste testis deponit falsum cū dicat se vidisse in libris Joānis vgolini,q̄ 9 dict⁹ Albertinus emit:qđ est falsum,vt in libris patet.†vnde cū testis dixerit pro parte falsum redditur periurus,⁊ totum ei⁹ dictū annullatur:iuxta no.per Inno.in.c.fraternitatis.de here.⁊.c.in nostra.de testi.Spe.in tit.de teste.§.j.Bar.in.l.quantus.de auro ⁊ argē.lega.⁊ Bal.in.c.j.de contro.inuesti.⁊ in.l. si ex falsis.cū si.C.de transac. ¶ Jacob⁹ pirotti alius testis nihil deponit de vēditione:nec etiā si recte cōsideretur de idētitate caldarie,q̄ modo petitur per dictū actorem.demū in eius Albertini fauorem est ꝓducta postea libri magistri Joānis in qua dicit̄ Bartholomeo,de ferrare de dare per vna caldaria fece dare ad Albertino ⁊c.certe ista scriptura ꝓbat contra 10 ipsos.nā principalis persona est ipse Bartholomeus.† et in dubio qs presumitur emere ⁊ cōtrahere proprio nomine non alieno.l.⁊ magis.ff.de solu.l.Papi.⁊ qđ ibi gloss.ff.manda.la te per Bar.in.l.j.§.nūtiatio.ff.de ope.no.nun.⁊ in.l.si quis.§. j.ff.de iudic.⁊.ff.sol.ma.l.post dotē.cū si. ¶ Preterea posito quod dicta scriptura loqueretur in eorū fauore quod minime procedit,vt de se patet:tamen attento qđ non est facta partibus mandātibus,neq₃ a persona publica que in principio sui officij nō iurat fideliter officiū suum exercere,dico q̄ fidē nō facit,vt not.Barto.⁊ Jo.de Imo.in.l.nuda ratio.ff.de dona. ⁊ in.l.admonendi.de iureiurā.⁊ expresse Bald.in rubric.C.de fide instru.in.xvj.col.in ver.sequit̄ videre de scriptura mercatorum.⁊ apertius in.l.bone fidei.C.de reb.credi.per gloss.in.l. q̄dā.§.nummularios.ff.de eden.idē Bal.in.l.instrumenta.C.de proba.⁊ in.l.j.C.de eden.Jo.And.in ti.de instru.edi.§.nunc 11 dicendū.†nō enī plus debet credi viue voci q̄ mortue.in aut. de instru.cau.⁊ fide.§.si q igit̄.sed scribenti si deponeret non solenniter sine iuramēto nulla fides adhiberetur.C.de testi.l. iurisiurandi.c.fraternitati.de testi.ergo nihil credi debet eius scripture. ¶ Ex his patet verificatū esse quod primo loco dixi,videlicet in forma valida non esse intētionē actoris probatam:ergo reus absoluendus. ¶ Preterea oēs dicte ꝓbationes ⁊ testes fuerunt iurati ⁊ producti extra terminū,vt patet in ꝓcessu:nam terminus quinq₃ dierū fuit statutus ad ꝓbandum die.xiij.Martij,⁊ incipit currere die.xxiiij.eiusdem mensis.testes vero iurauerunt extra,sc₃ prima die Aprilis, 12 †ergo cum extra dila.⁊ terminum iurati fuerūt nullam fidez faciunt.c.pastoralis.de excep.no.Bart.in.l.municipiorum. de opt.lega.⁊ no.per glo.⁊ Cy.in.l.si ea.C.qui accu.⁊ in.l.iudices.C.de iudi.⁊ doc.in.l.fi.ff.de ferijs.Dy.in regula indultum.Jo.fa.insti.de exc.tu.§.qui autem.cū si. ¶ Presupposito qđ predicta non obstarent que re vera ob.venio ad scđm,⁊ dico qđ iura Bartho.nō sunt plene probata,ita ⁊ taliter qđ nō est in casu victorie qđ ostendo.nam vt actum est per cōsulentem in hoc iudicio est intentata rei vendicatio cū publicia.sed probatū est tm̄ super publicia.presupposito q̄ pro parte dicti Albertini probata esset emptio.in rei vēdicatione aūt necesse fuisset de dominio autoris ꝓbare q̄ venditor nō trāsfert dominiū,nisi dn̄s,sed tenet̄ tradere tantum.l.ex empto.in prin.de act.emp.l.j.ff.de rerū permu.l.traditio.ff.de acqui.re. do.sibi vero competit publicia.l.j.⁊ per totum.ff.de public.in §.sed iste.insti.de actio.⁊ que habent in.c.Abbate sane.de re iudic.in.vj. ¶ Quibus addo in ꝓposito singulariter no.Bal. in.l.cū res.in.ij.col.C.de proba.vnde cū Bartho.etiam si habuerit ⁊ habeat titulū emptionis,⁊ publicianam pariter sicut 13 ⁊ ipse Albertinus,vt infra probabo:† ergo potior est in publiciana possidentis cōditio q̄n emerūt a diuersis personis,vt in casu nr̄o est tex.⁊ ibi plene no.in.l.si autē.§.si duobus.cū se. ff.de publi.facit quod no.in.l.quoties.C.de rei vendi. ¶ Sed ipse Barth.ad presens est possessor dicte caldarie,vt in libello dicti Albertini cōtinetur:ergo ⁊c. ¶ Quod autē Bar.habeat titulū emptionis probat̄ primo per instrumentū emptionis facte ꝑ ipsum de dimidietate domus peladuri,cū omnib⁹ rebus que dicta dom⁹ habet sub se,supra se,vel intra se,vt in instrumento cōtinetur:in qua venditione certū est q̄ venit dimidia.d.caldarie,vt est tex.expressus ⁊ ibi glos.ff.de cōtrahē. empt.l.dolia.⁊.ff.de act.emp.l.granaria.⁊.l.iulian⁹.§.edibus. cū seq.vsq₃ ad.l.fundi.§.fundo.e.titu.vbi fit distinctio inter venditionem fundi ⁊ venditionez domus:⁊ q̄ caldaria sit affixa domui a cōniuētibus oculis potest per iudicantē videri.l.fir 14 ruptione.ff.si.regū.† q̄ ꝓbatio ex aspectu iudicis ceteris ꝓbatiōib⁹ ꝓfert̄.no.Bal.in.l.cōtra negātē.C.ad.l.aquil. ¶ Et etiam ꝓbat̄ ꝑ testes dicti Bartoli exꝓsse ⁊ ꝑ certo neq₃ disputando,⁊ nō cauillando est tex.in.d.l.dolia.indistincte loquēs qui ad aliud nō fuit fact⁹ ⁊ clarerimo etiā clari⁹ etiā denotāt verba posita in instrumento si bene considerent̄. ¶ Itez dicta emptio ꝓbata est ꝑ publicū instrumentū ꝓductorū in ꝓcessu, in quo dictus Bartholomeus cōfitet̄ se vēdidisse dicto Bartho.dimidiā dicte calderie ꝑ certo ꝑtio:⁊ pretiū habuisse.cui instrumēto standum est.C.de non nu.pecu.in.l.generaliter.et in.l.cū precibus.C.de proba.c.cū Joānes.de fide instr. ¶ Ex quibus etiā infero q̄ stante titulo vēditiōis predicte ⁊ possessione octo annorū continua ⁊ pacifica,put ꝑ testamentū dicti Barth.ꝓbat̄ q̄ omnino dictus Bartho.dicto Albertino est potior vigore etiā vsucapiōis allegate,cum res mobilis solo triennio acquiratur.C.de vsu.transfor.l.j.instit.de vsucapi.in 15 prin. ¶ Quod bona fide autē possederit ptz:†q₂ ex titulo ꝑsumit̄ bona fides.C.de euic.l.pe.plene in.l.Celsus.ff.de vsusc. in.c.si diligenti.de prescriptio.⁊ in.c.j.eo.tit.in.vj.⁊ Cy.⁊ do. in.l.super longi.de prescrip.lōgi temp.cū si. ¶ Ex qua vsucapione directū dn̄ium dicto Bartholomeo quesitum fuit.C.de pact.l.traditionibus autem nisi triennalis.C.de bonis mater. Dy.in.c.ij.de reg.iur.in.vj.Bar.⁊ docto.in.l.j.ad fi.de aqua plu.arcen.⁊ in.l.fi.C.quib.ex causis ma. ¶ Quod quidē directum dominium esse debet potētius,quasi dominio q̄sito dicto Albertino:presupposito quod esset ꝓbatum de titulo emptionis sue.l.qua ratione.§.litere.cum ibi no.ff.de acquir.re. do.⁊ qđ no.in.l.pcuratore.maxime ꝑ Bart.ff.de pcura.Cy.in l.iij.C.de noua.l.mater.⁊.l.cū a matre.⁊.l.si mancipiū.cū si.C. de rei vēdi. ¶ Nec huic h₃ obstare qđ dicit̄ per dn̄m consulētem dictū Bar.⁊ eius autorem fuisse in mala fide.prio q₂ nullibi cū reuerentia est ꝓbatum de mala fide Barth.imo contra 16 rium presumit̄ isto casu,vt dixi.s.⁊ per cōsequens† aut̄.male fidei.C.de prescrip.long.temp.nō vendicat sibi locum:q₂ illa loquit̄ in prescriptiōe rerū immobilium:⁊ nihil corrigit quo ad vsucapionem rerum mobilium:ergo ⁊c.l.precipimus.C.ď app.C.de testa.§.sancimus.⁊ ita in terminis istis firmat bart. ff.de acquiren.pos.l.Pompo.in prin. ¶ Facit qđ bn̄ dr̄ de iure canonico.etiā heredē ⁊ successorē,⁊ malefidei ex sua persona prescribere,vt no.Dy.in regula pos.lib.vj.Bar.in.l.cū here.ff.de diuer.⁊ temp.prescri.d.Jo.de imo.in.l.sequit̄.§.heredes.de vsuca. ¶ Preterea etiā si bene cōsiderei tenor scripture Jo.vgolini patebit ex ea,vt dixi,supradictū Bartholomeum fuisse emptorē,⁊ nō albertinū,⁊ per ꝯsequens nō esse aliquo modo ꝓbatū saltē in forma sufficiēti de aliqua mala fide dicti Bartholomei autoris dicti Bartoli:⁊ sic frustra deuenit ad autorem malefidei.⁊ de predictis patet ex triplici capite quorū quodlibet de per se est sufficiēs iura dicti Bart.potiora esse in ꝑsenti cā iuribus ipsius Albertini.primo:q₂ non est ꝓbatum put expedit.scđo:q₂ posito q̄ esset ꝓbatū stāte tm̄ titulo dicti Bar.⁊ pos.eius proferre,tāquā possessor in pub. tertio,q₂ ob.excep.vsusc.⁊ potentior est habēs tale ius quam hn̄s titulū a nō dn̄o,maxime cū de dn̄o autoris non sit ꝓbatū.Et ex his ꝯcludo ꝓnūtiādū esse bene appellatū ⁊ male iudicatū,⁊ victū victori in expēsis cōdēnari maxime cū fauorabiliores esse debeam⁹ reo q̄ actori,precipue cū de condemnatione tractat̄.de act.⁊ ob.l.Arriani.c.dn̄o guerrā.§.ad hec.de ver.sig.l.deinde.inci.cū reg.extra de ꝓbat.c.ex literis.Alex.

## Consilium.CXXXV.

Ponderatis his que in themate sententie narrant̄. ¶ Puto dictam sententiā in rem iudicatā transiisse.† Transit enim sen- 1 tentia in rem iudicatam de iure,si intra decem dies legitime ab ea non sit appellatū.c.quod ad cōsultationem.de re iud.c. cū dilecti.in fi.de ele.aut̄.hodie.C.de appel.Uel cuz sit appellatū,⁊ nō sit legitime prosecuta.l.fi.§.illud.C.de tēp.appel.l.si cōtra.C.de appel.⁊ in cle.q̄uis.de app.cū simili. ¶ Sed posito q̄ appellare potuerit ille substitutus a syndico:q̄uis elapsum esset tēpus anni vsq₃ ad qđ fuerit cōstitutus dictus syndicus:attento

dicus, attento q̄ iam fuerat cā cū dicto syndico, vel eius substituto lis cōtestata: ꝛ hoc per. l. j. C. vt cause post pup. ad. tu. l. ita aūt. §. fi. ꝛ ibi no. Bar. ff. de admi. tu. l. tutor. §. de app. Spec. in ti. de syndi. ver. illud etiā q̄rit. ¶ Bene facit. ꝛ. l. fi. §. fi. ꝛ qd̄ ibi Bar. ff. de ap. ꝛ qd̄ no. Bal. in. l. dn̄s. C. de app. ꝛ. l. inuitus. cū ibi no. C. de pc. ꝛ doc. in. c. j. de syndico. iūcta. l. si actor. C. de appel. ꝛ. l. inuit⁹. cum ibi no. C. de procu. in quibus locis appa-
2 ret pbari † q̄ syndicus aut tutor, vel similes possunt etiā post finitum tempus sui officij causam ceptā persequi: q2 sunt dn̄i litis: ꝛ qa est dn̄s litis pōt sine aliquo speciali mandato app. vt legit̄ ꝛ notat̄ in preallegatis iuribus: ꝛ etiā dato qd̄ illa appellatio interposita p dictū substitutū traderet̄ sub illo inuolucro ꝛ generalitate verborū appellat ad psonas Gregorij. de
3 resti. Tamē dicta † psecutio facta p dictū nouū syndicum minus legitime constitutum, et cuius effectu etiā si mādatū habuisset erat finitum, ꝛ q̄ in principali causa nunq̄ cōparuit nō valuit, nec vim prosecutiōis operari pōt. nā ipse vt syndicus
4 impetrauit rescriptū delegatoriū, † ꝛ cōstat qd̄ ad impetrādū rescriptū saltem super cōmissione cause requirit̄ mandatū speciale. c. nōnulli. §. fi. de rescri. ¶ Intantū qd̄ nō sufficeret qd̄ in mandato essent enumerati aliqui casus speciale mādatū requirētes cū adiectiōe clausule generalis, vc3 ad oīa ꝛ ad oīa speciale mandatū requirētia vt singulariter cōcludit Anto. de Butr. ꝛ Imo. in. d. c. nōnulli. §. fi. q2 vbi exigit̄ notabilis specificatio propter excludēdā fraudem, vel pp̄ter magnitudinē rei, non sufficit talis clausula gn̄alis. allegant no. per gloss. in. c. qui ad agēdū. in verbo non expressos. de pcu. in. vj. ꝛ in. c. procurator. de elec. in. c. fi. in v̄si. speciale. de procur. in. vj. iuncto tex. in. d. c.
5 nōnulli. §. fi. ¶ † Et plus etiā voluit glo. valde no. in. d. c. nōnulli. in versi. speciali mādato. q̄ talis impetratrio facta p nō habentē legitimū ꝛ speciale mādatū, nō potest ratificari. ꝛ in hoc illa glos. est cōiter approbata. ¶ Ex his infert q̄ impetratio commissionis cause appellatiōis nihil valet: ꝛ p cōsequēs iudex iurisdictione caret: ēt si ratificaret̄ illa impetratio p eos quorū nomine dict⁹ assertus syndicus, ꝛ eorū syndicus impe-
6 trauit, vt est dictū. ¶ † Et eo magis: q2 qñ actus d3 expediri certo ꝛ determinato tempore: tūc si expediatur per aliquē sine mandato nomine eius ad quē res pertinebat, requiritur q̄ ra-
a tihabi. interueniat intra tēpus: [a] intra qd̄ res peti possit. l. bonorū. ff. rem ra. ha. vt no. gl. in. c. ratihabi. de regu. iur. in. vj. sed in proposito no. Archi. ij. q. j. nō solent. Bar. in. l. j. ff. de appel. recip. cum concordantijs allegatis per eos. ¶ Si ergo per aliquem legitimum syndicum aliter nō fuit facta psecutio dicte appellationis intra tempora a statuto vel cōstitutionibus requisita, vt verbo fert̄: sequit̄ qd̄ est deserta. c. ab eo. de appel. in vj. in cle. q̄uis. e. ti. facit qd̄ habet̄ in aut. ei q. C. de tem. ꝛ in. c. ex rōne. de appel. ¶ Quo fit vt deserta appel. ꝛ qñ appellans nūq̄ā fuit psecutus debeat appellās in expēsis cōdemnari. c. sepe. ꝛ ibi clarius no. Jo. An. ꝛ alij de appel. ꝛ probat̄ in. l. eos. §. cautionē inducendo. ꝛ ibi per Bal. circa principiū. C. de appel. ꝛ in. c. Nicolao. ꝛ in. c. interposita. §. ille. c. reprehēsio. de ap. in antiquis. ꝛ. c. j. de appel. in. vj. p Spe. in tit. de expen. §. nunc videndū. ver. nō solum. ¶ Nec puto posse dici pro parte Justi ꝛ Gregorij, q̄ sentētia quo ad eos sit nulla: eo q2 nō fuerat cū eis lis cōtestata: sed cum syndico primo vel substituto ab eo: q2 respondet̄ q2 cā principalis cognoscebat̄ summarie, simpliciter, ꝛ de plano sine figura iudicij ex forma statutorū vel statuti: quo casu nō requirit̄ litis contest. vt in cle. sepe. de ver. sig. ¶ Ite3 q2 processus factus fuit cū syndico sciētibus Justo ꝛ Grego. allegātibus se habere causam in re in qua litigabatur a cōitate, cuius erat ille syndicus. vñ talis pcessus fact⁹ cū tali syndico vel cōitate preiudicat dictis Justo ꝛ Grego. ac si cū eis esset, vt est tex. in. l. sepe. de re iudi. versi. l3 sciētibus. illud qd̄
7 dicit ille tex. de sentētia h3 locum in alijs actis: † q2 cui nocet snīa, nocere debēt ꝛ alia acta. c. inter dilectos. versic. ne attestationes. de fi. instru. no. Inn. in. c. cām el picolo. de test. ꝛ Bart. in. l. qui repudiāti. §. j. ff. de inoffi. test. ꝛ in. l. superatus. de pig. ꝛ in. l. perlusorio. §. fi. ff. de appel. ꝛ in. d. l. sepe. ad finem. no. doc. omnes. in. c. pe. de re iudi. Alex. de tartagnis. de Imo.

## Summarium.

1 Sententia lata post peremptam instantiam, nulla.
2 Sententie acquiescitur non appellando ꝛ alias.
3 Rescriptum non tollit exceptionem peremptoriam.
4 Clausula non obstante sententia, non sufficit, nisi dicatur, non obstante tali. l.
6 Demonstratio falsa in rescriptis vitiat.
7 In interdicto vti possidetis que requirātur: ꝛ quid in negatoria nu. 8.
9 Judex ex officio expellere deberet agentem sine actione.
10 Collectas semel sponte soluens, renunciat suo priuilegio.
11 Priuilegio renunciat quis cū scit se descriptum, nisi appellet.
12 Res transit cum onere suo etiam ad ecclesiam.
13 Presumitur pro rectitudine ꝛ iustitia sententie. nu. 14. ꝛ. 15.
17 Consuetudo si allegetur, intelligitur de prescripta.
19 Jus collectandi tollitur per non vsum.
20 Fides bona vbi presumitur, debet tamen allegari.
21 Rescriptum si in aliquo est ambiguum, non debet ad aliquid procedit, donec declaratum sit per rescribentem.

## Cōsilium. CXXXVI.

In causa ꝛ lite inter Jacobum Marci ꝛ ser Ludouicum de. G. eius procuratorē agentē ex vna: ꝛ homines seu cōe Ducie se defendētes ex alia, plura sunt cōsiderāda, de quib⁹ seriatī infra
1 breuiter subiungam. ¶ † Et primo oppositum ꝛ allegatū est pro parte dicti communis Ducie instantiā cause fuisse ꝛ esse pereptam: qua perēpta si sententia super libello ferrerur, esset ipso iure nulla. l. properandum. in princ. cum glo. ibi per doct. C. de iudic. l. scire oportet. §. cōsequēs. ꝛ ibi scribentes. de excu. tu. no. per Bal. in authē. clericus. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ in. l. obseruare. §. pficisci. de offi. procōsulis. cū multis cōcor. ¶ Maxime cū in casu nostro tēpus inest quod est duorū mēsium cōtinuorum a die libelli porrecti statutū iudici ꝛ instātie, vt constat clarissimis verbis decreti magnifici. d. nostri. igit̄ instantia perempta iudicis officiū superest, vt possit peremptionem instantie pronunciare, ꝛ partem in expensis condēnare. l. j. ꝛ. ij. C. vt intra certum tempus. ꝛ. l. si preses quasi. C. quomodo ꝛ qñ iud. gloss. optima ꝛ ibi legiste in. d. l. properandū. §. illo pcul dubio. ꝛ quod not. Inn. in. c. fi. de iuramento calum. ¶ Super qua peremptione instantie petitur prius pronunciari vel p dominū consultorem ita consuli, vel saltem pro prudētia domini consultoris calculanda remittat ad iudicem cause. ¶ Ultra dico qd̄ in casu nostro pars aduersa non habet facere aliquod fundamentū super primo rescripto a principe emanato, quo cauetur q̄ supplicanti obseruentur preterite consuetudines: put alijs cataneis prio: q2 dictū rescriptū habet tacitas clausulas si preces veritate nitant̄. c. ij. extra de rescri. l. fin. C. de diuer. rescrip. sed in dicta supplicatione inter cetera narratur, q̄ dictus Jacobus non acquieuit sentētie late per consiliū fauen-
2 tie, qd̄ est falsum. † nā primo per lapsum. x. dierū ad appellandum d3 quis acquiescere sentētie. l. ab eo. C. quō ꝛ qñ iud. l. ad solutionē. cum ibi no. C. de re iudi. no. Bar. ꝛ doc. in. l. si separatim. ad fi. ff. de app. sed iste Jac. non appellauit a dicta sententia: ergo acquieuit. ¶ Scd̄o dicit̄ acquiescere si soluat iudicatum. d. l. ad solutionē. ꝛ. l. tale pactū. §. q prouocauit. ff. de pac. sed Jaco. post predictā sententiā soluit collectas, vt ipsemet fatet, respōdēdo positiōibus: licet ipse dicat q̄ soluit coactus, sed vis ꝛ metus non presumit̄ nisi probet̄. l. metū. C. qd̄ metus causa. c. ad audientiā. c. cū dilec. extra eo. tit. ¶ Necnō probat̄ eum soluisse collectas p responsionē pcu. sui in duplicationibus suis ea parte scripture que incipit, ꝛ nō habēt. ij. iij. iiij. et v. ¶ Sed q̄ magis est efficax pbatio q̄ cōfessio, certe nulla. C. de trāsa. cū te trāsegisse. ¶ Itē qd̄ acquieuerit sentētie pbatur per testes dicti cōmunis deponentes super. x. ꝛ. xi. c. vbi dicunt q̄ ipse Jaco. in loco vbi erāt homines Ducie cōgregati, asseruit se esse contentū parere dicte sentētie. itē sup eisdē. c. dicunt q̄ ipse Jaco. soluit dictas collect. pro dicta poss. post dictam snīam. ¶ Item etiā de solutione pbatur per postas librorum massariorū dicti cōmunis, q massarij sunt persone de publico elec. ꝛ eorū libris fides adhibetur. l. quedā. §. numularios. ꝛ ibi Bar. ꝛ doc. de edē. ꝛ in terminis nostris tex. est cū gl. in. l. Celsus. de pba. Bal. plene in rub. C. de fi. instr. in. xviij. co. ¶ Ite3 qd̄ acquieuerit dicte snīe, pbat̄: q2 ibi notarius in fine dicte sententie attestat̄ qualiter vnus de cōsilio retulit sibi notario Jacobum acquieuisse dicte sententie. ¶ Et etiā qñ p publicum instrumentū pductū in actis cōstat de stilo seu consuetudine, datur fides vni ex dictis dn̄is de consilio: ergo ꝛ c. c. cū dilect⁹. de fi. instr. ¶ Itē qd̄ acqeuerit, pbat̄: q2 fuit presens dicte sententie, ꝛ non cōdixerit. l. j. ꝛ ibi doc. C. de relat. ꝛ. l. ne arbitris. et ibi Bal. C. de arb. ꝛ bon⁹ tex. in. l. fi. ꝛ qñ ap. sit. l. cū oñdim⁹. §. fi. de fideiussu. tutor. ¶ Mirū ergo si. d. rescriptū in casu no-
3 stro vires nō h3. ¶ † Preterea rescrip. nullo modo pōt tollere exceptionē maxie pēptoriā de qua i rescri. nō fit mētio. c. ex parte. b. de fo. cp. ꝛ ibi oēs cano. maxime. d. Ant. in primo no-

a ¶ Intra tempus. dixi in cōsu. pari. §. xxxvij. gl. x. nu. xl. vltra que adde Bal. cōs. xiiij. cōsil. ccclxxxvi. col. j. li. v. Alex. j. li. v. cōsil. lxviij. co. iij. guid. pap. deci. delphi. ccccxxxvi. Cor. cōsi. cx. col. iiij. lib. ij. Jas. l. si is qui pro emptore. nu. cxxviij. de vsucap. de ci. l. semper q non prohibet. nu. xij. de reg. iur. An. tiraq. in cōsu. picta. tit. retrac. §. j. glos. x. nu. lxxxv.

tabili.ꝛ in versi.oppo.qꝺ debuerit.in.c.j.de lit.contesta.in.vj. ꝛ Inno.in.c.sup literis.de rescrip.Spec.in titu.de rescri.p̄sentatio.§.ratione autem forme.versi.illud non.cum similibus. ¶ Ergo dicta exceptio quod acquieuit Jacobus sentētie modis predictis:ꝛ se etiam priuilegio suo priuauerit,si illud habuit p solutiōes p̄dictas,vt.j.declarabo,nō potuit talis exceptio tolli per rescrip.cum de ea nō fiat mentio. ¶ Preterea ꝛ fortius dictum rescrip.fuit reuocatū per eundeꝫ principem in alio rescripto impetrato per cōmune Ducie,ꝛ in casu producto in quo rescrip.dicit̄ fiat ius dictis partibꝰ per Potestateꝫ nostrū Jmole,nō obstātibus dicto p̄rio rescrip.in dicta causa emanato pro dicto Jaco.Marci,vel alijs qbuscunqꝫ in contrariū quomodolibet obstātibus,cū de virtute huius clausule nō obstātibus multa possem dicere. ¶ †Ultra hoc dico qꝺ dictum rescriptum primū non tollit nec tollere potuit dictam s̄niam primā latam per consiliū fauentie:qꝛ in eo rescripto nō est clausula nō obstante.vt.l.fi.C.sen.rescin.nō pos.l.causas.de trāsactiōibus.l.fi.C.de errore aduoc.imo cū.l.p̄hibeat impetrationem talis rescripti,vt dictis.ll.reqrit̄ specialis derogatio,scilicet nō obstāte tali.l.vt no.Bal.in.d.l.j.in ver.vlterius oppo. ¶ Et scdo ꝙ licet in supplicatione illa Jacobi dicatur nō obstāte dicta sentētia:tū dico qꝺ nisi princeps in suo rescripto apponat dictā clausulam,nō obstāte,nō sufficeret,vt not. dicunt dn̄i de rota sua cōclusione.cccl.j.qꝺ reputo notabile in proposito. ¶ Preterea in dicto primo rescripto non oportet insistere:qꝛ nunc vltimo loco dictus magnificus.d.annullauit ꝛ cassauit oia dicta rescripta facta in hac causa,vt patet,publica scriptura scripta, ꝛ rogata per ser Nico.in actis producta.

¶ †Quod etiā dictū rescriptū in presenti causa sit nulluꝫ alia rōne probatur.nam nō sufficit fieri in literis generaliter mentionem de possessionibus,sed specialiter ꝛ cum declaratione,ꝛ demōstratiōe probat̄ in.c.ex literis.de do.ꝛ cōtu.no. Spec.de rescrip.presen.ver.item excipitur.sed dictus supplicans in sua supplicatione dicit ꝙ inter ceteras suas possessiones hꝫ vnaꝫ possessionē,ꝛ nō specificat de qua pos.intelligat.ita nō cōstat qꝺ possessio de qua fit mentio in libello sit illa de qua fit mentio in rescripto,†ꝛ ideo videmus ꝙ in rescriptis falsa demonstratio vitiat.c.significāte.de rescriptis.no. Spe.de re.presen. §.rōne autē cause.versi.quid si indubitatū.Bart.ꝛ doc.in.l.de monstratio falsa.de cōdi.ꝛ demon.Cy.in.l.si fortidianuꝫ.C.de leg.cū simi.Et ideo recte processit iudex dum die.xx.Decem. M.cccclvij.reseruauit dicto ser Antonio exceptiōes suas oppositas cōtra dictum primū rescriptum,iuxta ea q̄ habentur per Barto.in.l.ille a quo.§.si de testamento.in prin.ad Treb. cū concor.ꝛ in.c.cū contingat.de offi.delega.vbi gloss.ꝛ doct.

¶ †Modo venio ad libellū dicti Jacobi:ꝛ ad intelligentiaꝫ totius cause presuppono ꝙ hic est intētatum vtile interdictū vti possidetis,vt patet in libello de cuius forma habetur per Bar.ꝛ doc.in.l.j.ff.vti pos.ꝛ in.l.j.C.eo.in Spe.in tit.de causa pos.ꝛ pro.§.retinēde.nā dictū vtile interdictū cōpetit etiam ꝯ eū qui nō facit mihi cōtrouersiā possessionis mee:neqꝫ in ea me turbat,sed soluꝫ in ea dicit habere aliquod ius propter qꝺ impediret libertatē rei mee.l.si duo.§.si vicinus.ff.vti posside. no.Bart.ꝛ ibi gl.in.l.j.§.huius autē.ꝛ in.§.restituende.ꝛ in.l.si duo.in princ.ꝛ in.§.ij.ꝛ in.§.cū inquilinus.ff.eo.ti.ꝛ vtrobiqꝫ p Bart.ꝛ doc.glo.in.l.j.§.nec.in versi.sed quid si me turbet.ꝛ ibi Bal.in.v.col.C.vti pos.glo.in.§.hodie.insti.de interdi. ¶ Et qꝺ istud interdictū sit intentatum patet ex serie libelli vbi oia requisita ad dictū interdictum sunt narrata ꝛ cōclusa. ¶ Sed ad hoc vt quis possit obtinere in dicto interdicto opꝫ qꝺ probet se possidere tempore litis contestate,ꝛ in.§.hodie.instit.de interdi.no.gl.ꝛ doc.in.l.j.C.vti pos.Barto.in.l.j.§.qꝺ ait.ff.e. ti. ¶ Sꝫ dictꝰ Jacobus hoc nō capitulauit nec deduxit:ergo necessario succūbere hꝫ,vt no.declarat Bald.in.d.l.j.in vlti. col.C.vti pos. ¶ Jtē ad victoriā in dicto interdicto requirit̄ qꝺ p̄bet̄ actorē turbari ꝛ molestari.l.j.§.hoc interdictum.ꝛ ibi Bar.in ver.vlti.quero qualiter format̄ libellus.glo.ꝛ doc.in.l. j.C.eo.tit.Spe.in.d.§.retinende.ꝛ.§.si duo.§.fi.secundū vnum intellectū gl.vti pos.Jnn.in.c.ij.de resti.in inte.in quo interdicto nō sufficit verbalis interdictio,vt qs dicat̄ turbari ꝛ agere possit hoc interdicto,scdm Jnnoc.in.d.ca.ij.in medio magne gl.ꝛ Bar.in.d.l.j.§.huius aūt.in prin.ff.vti pos.sed de hac molestatione nō est capitulatū nec probatū:ergo actore non probante reus est absoluēdus. ¶ †Quinimo etiam si casu nostro diceremus negatoriam esse intentatam,non posset obtinere:qꝛ illa nō datur possidenti tantū,sed dn̄o vel quasi,ꝛ non aliter. l.ij.ꝛ.l.loci corpꝰ.§.competit.si ser.vē.l.vti frui.ff.si vsusfru.in Spe.in tit.de causa pos.ꝛ propri.§.in confessoria.ver.ꝛ no.ꝙ dn̄iꝫ vel quasi.qꝺ hic nō est p̄batū,neqꝫ deductum,neqꝫ allegatum. ¶ Preterea etiā in negatoria requirit̄ turbatio.l.at si forte.§.j.ꝛ.l.harum.ꝛ.l.egi.si ser.ven.l.si prius.de ope.no.nun. in.c.examinata.p doc.de iudi.in.c.abbate.de ver.sig. ¶ Jtaqꝫ siue negatoria siue vti possidetis egerit, obtinere non potest. ¶ Jtē alia rōne oportebat ip̄m capitulare,ꝛ p̄bare qꝺ ad dictū Jacobū spectaret poss.aut dominium:qꝛ alia ratione non potest imponi collec.vel aliquod onus,nisi rebus vel personis pro rebus imponitur.l.libertus.§.sola ratio.ff.ad munici. l.rescripto.§.sciendū.de mune.ꝛ hono.l.j.C.de mulie.ꝛ in quo loco.lib.x.ꝛ ibi plene no. ¶ Si ergo hoc vel alterum eorū nō probat̄,manifeste cōstat qꝺ ei nō competit actio seu ius agendi ad id qꝺ agit commodo sine actione potuit experiri.l.si pupilli.§.videmus.de neg.ges.l.quoties si in temporali.de admini.tuto. ¶ †Jmo iudex cū vidit actorem actione carere etiam de offi.pōt agentem repellere:iuxta glo.no.ꝛ doc.in.l.vbi pactum.C.de transact.ꝛ in.l.si vnus.§.pactus.in versic.in oppo. de pac.ꝛ quod not.Jnnocen.in ca.j.de officio vica.cum simili. ¶ Quinimo nec posset reus spōte pati ꝙ qs ageret cōtra eū actiōe q̄ nunquā nata fuit.tex.est no.ꝛ ibi Bar.in.l.ij.ff.de do. preleg. ¶ Rursus dico ꝙ posito ꝙ omnia incumbentia dicto agēti essent probata:tamē ex quo constat† qꝺ dictus Jacobus sponte soluit collec.vt.s̄.probaui.posito etiam ꝙ si priuilegiatus fuisset:tamē suo priuilegio renunciauit.l.ij.ꝛ.iij.C.de his qui spō.mu.pu.su.lib.x.ꝛ in terminis nostris firmat hoc Bar. in.l.j.de his qui spon.q dicit ꝙ iam sibi fuit imposita prestantia,a qua ipse voluit se excusare:tū pro conseruatione sue priuilegij ipse fecit apparere in catastro qualiter ipse nō per hoc intendebat suo priuilegio renunciare.addo Jo.Andr.in.c.ij. de immuni.eccle.q̄ no.per gloss.ꝛ doc.in.c.cum accessissent.de cōsti.in.c.accedentibus.ꝛ in.c.si de terra.de priui. ¶ Preterea etiā posito ꝙ omnia incumbentia dicto Jacobo fuissent probata:tamen dico alia ratione eum necessario succumbere oportere:qꝺ p̄bo ratione incōuincibili iudicio meo.nam dicit multū singula.Ang.in.l.j.§.si quis tutor.ff.qn̄ appel.sit.per illum text.q hoc aperte probat in ver.alia causa eoruꝫ.dicit Ange. ibi notari† qꝺ hic est casus in terminis qui a multis ignoratur communiter,ꝙ si quis habet exemptionem ꝛ immunitatem a datijs vel collectis,deinde scribat̄ in libro debētiū soluere datia collectas ꝛ alia grauamina:ꝙ si postea ꝓueniat̄ vel soluat, nō sufficit sibi priuilegiū immunitatis allegare excipiēdo vel excusanda se qꝺ nō debeat soluere ꝓpter immunitatis beneficiū:imo incōtinenti cū scit se scriptū vel aliter vocatuꝫ ad munera soluēda,debet appellare intra.x.dies al's elapsis.x. diebus preiudicaret sibi:qꝺ dicit ꝑpetuo menti tenendum.ꝛ hoc dictuꝫ etiam sequuntur moderniores. ¶ Unde in casu nostro cū dictus Jacobus sciuerit dictam possessionē fuisse estimatam ꝛ allibrataꝫ per homines ꝛ cōmune Ducie,vt ipsemet fatet̄ in cōclu.sui libelli illud idē etiā fatetur Jacobus in ꝓcessu in sententia lata per commune Fauentie,que hic probat,lꝫ de actis non cōstat,vt inferius dicam.item cū dictꝰ Jacobus sciuerit se a tribꝰ vel a quatuor annis proximis citra fuisse vocatum ad soluēda munera ꝛ collec.ab hominibus ꝛ commune Ducie,vt ipsemet fatet̄ in narratis in suo libello etiā respondendo ꝙ possit:debuit intra.x.dies appel.a die vocatiōis vel descriptionis estimi,vel grauationis: nunc vero nō audiatur cū nō constat ipsum intra tempus appellasse:qꝺ reputo multum cōsiderandum in casu nostro:qꝛ ꝑfecto ex hoc solo cōstat absolutoriā ferendā. ¶ Preterea vltra predicta dico ꝙ posito etiā ꝙ oia essent p̄bata,p parte dicti Jacobi:tū attento qꝺ dicta possessio nunc vltimo ꝑuenit ad dictuꝫ Jacobū ab alio, nō nobili,vt a.R.de.B.de.C.vt pꝫ ex s̄nia adiudicatiōis i solutū ꝑducta in actis ꝑuenit ad dictū Jacobū tāqꝫ ex bōis eiꝰ matri debitis:qꝛ Marcus dicti quōdā Jacobi pater existens debitor.d.Zane sue vxoris i libris.xxx.Boñ.dedit ei domine Zane p dicta quātitate dictā possessionē,ꝛ p ea.d.Zana in eodē instr̄o de eiꝰ volūtate ꝛ cōsensu dictā possessionē dedit Jacobo eiꝰ filio,vt pꝫ in instr̄o rogato ꝛ rescripto p ser Ange.de quo instr̄o ꝛ eiꝰ effectu fit mentio in dicta s̄nia lata p consiliū Fauētie,presente dicto Jacobo:q̄ sentētia etiā p̄bat effectum dicti instrumēti,vt patebit ex his q̄ infra dicā. ¶ Stāte igit̄ dicto instr̄o,vr̄ dicta possessio data in solutum dicte.d.Zane creditrici:ꝛ breui manu vr̄ per eum data filio.l.singularia.ff.si cer.l.lꝫ.§.quoties.ff.de iur.do.ꝛ.l.iij.§.fin.ff.de dona.inter vir. ¶ Et ꝙ dicta possessio ad eū ꝑuenit tanquā de bonis matris p̄bat.ff.de du.nr̄i cū dicta possessio ad eundē Jacobū ꝑuenerit a nobili:†res trāsit cū onere suo,sicut dicimꝰ in re trāseūte ad eccliaꝫ,vt no.Arch.Jo.an.in.c.j.de immuni.eccle.lib.vj.in nouella.Jo.an post Spe.in tit.de cle.ꝯiug.§.j.versi.ad huiꝰ.ꝛ Jnn.idē tenuit in.c.nō minus.i p̄ri.de immuni.eccle.no.glo.ꝛ doc.in.c.j.de cēsi.no.Bal.in.l.oēs.C.sine cē.vel reliq.ꝛ in.l.neminē.C.de sac.san.eccl.ꝛ ibi Bald.in.l.fi.C.de bo.dan. ¶ Pro hoc qꝺ

hoc quod not.Bart.in.l.rescripto.§.fi.ff.de mune.& honori.&
in.l.j.C.de mulieri.& in quo loco.lib.x.Bal.de pace cõstan.in
versi.munitione ciuitatum.cum simi. ¶ Quinimo huic dispo-
sitioni iuris cõsonat cõsuetudo allegata & pbata per testes no
stros deponentes super.xx.capitu.stante etiã dicta sententia.

13 ¶ † Nec ob.si dicat ꝙ dicta sententia nõ probat acta iudicij &
processus:qꝛ respondeo ꝙ imo sententia lata cõtra presentes,
& q̃ transiuit in rem iudicatã,vt in casu nostro,habet presum.
pro se quo ad rectitudinẽ pcessus,& etiam quo ad iustitiaz,vt
no.gl.Inn.& Ant.de but.& doc.in.c.qm̃ cõtra.de proba. In-
no.in.c.bone.el.j.de elec.& in.c.cum in iur.de offic.deleg.idem
Federi.de sen.in ↄ̃si.clxv.Gui.de cug.in.l.ij.ff.de in ius vocã.
c.in p̃sentia.de renũ.dñi de rota suo cõsi.ccccxviij.videt casus
in dicto.c.bone.el.j.de elec.Imo.in.l.sciendum.de verb.oblig.
Bal.in.l.j.ad fi.C.de exce.rei iudi.Inn.in.c.j.de con.vtili vel
inutili.Spec.in tit.de proba.§.j.ver.negatiua autem videtur.

14 ¶ † Imo idẽ etiam si lata fuisset contra absentes,& elapsum
fuisset bienniũ post sententiam:quia tunc presumit pro sentẽ-
tia etiam sine actis:ƀm Hosti.in.c.cuz inter.de re iudi.& in.c.
in presentia.de renun.qꝺ sequitur Ioã.Andr.& Cardi.in.d.c.
qm̃ contra.& Bald.in.c.j.de mili.vasal.qui contu.est.col.v.in
prin.versi.quero.& in.l.j.ver.extra quero.C.ne lic.ter.prouo.&
in.l.emãci.p Cy.C.de fide instru.& Io.de Imo.in.l.hac scri-
ptura.ff.de dona. ¶ Et p̃dicta procedunt etiã si in sententia
nulla fit mẽtio particulariter de actis:vt ptz in locis p̃dictis
& pari ratione idem esset si non fieret perfecta mentio de actis

15 oibus,C.de rei vxo.acti.l.j.in prin. ¶ † Ubi autem in senten-
tia fieret mentio de actis,vt puta viso libello lit.contest.cõfes
sio.taliter facta:si talis snĩa est lata p̃sentibus partibus:pbat
acta & confessiones & oĩa processisse eo modo quo in sententia
narrant.l.j.C.de rela.& ibi Bar.Cy.Bal.& doc.in auт.si quis
in aliquo.C.de eden.Bar.in.l.sciendum.de verb.obl.in.l.j.qñ
appellan.sit.in.l.acta.ff.de re iudi.Innoc.& doc.in.c.qm̃ con
tra.& in.c.cum in iur.& Bald.in.d.l.j.in versicu.extra quero.C.
ne lic.iij.prouo.Spec.de instru.edi.§.restat.versic.in summa.
¶ Unde pro dicta sententia presente parte & non contradi-
cente,p̃sumitur quo ad iustitiã & rectitudinẽ,cũ transiuerit in

16 rẽ iudicatã,& trãslatum sit bienniũ vlterius. ¶ † Nõ ob.quod
nostri testes sunt de vniuersitate:qꝛ dico ꝙ nõ habet obstare,
vt firmat Spec.in tit.de testi.§.j.versi.sed nũquid in causa vni
uersitatis.probat in.c.insuper.in.c.tuis.in.c.veniens.de testi.
¶ Non ob.quod tractat de commodo particulari omniuz de
vniuersitate,per ea que no.Cy.Bal.in.l.oĩbus.C.de testi.per
Guil.de cug.in.l.in tantuz.§.vniuersitatis,de re.diui.& Ang.
in.l.sed si hac.§.q manumittit de in ius vocan.cano.in.c.nun-
cius.de testi.qꝛ respondeo qꝺ hic non tractatur de commodo
particulari:nã nos tractamus de onere quod imponitur pso
ne p rebus,& iuxta no.in.l.rescripto.§.fi.de mu.& ho. ¶ Imo
fortiꝰ dico ꝙ nõ ob.qꝛ si cõmune Ducie tenet p collectis sol
uere puta mille,& in castro Ducie reperiant aliq exempti cõ-
mune ducie p rata exemptorũ & nobiliuz,debet exgrauari,vt
no.Guil.de cu.per illũ tex.& in.l.si vnus.§.si cum mihi.x.ff.de
pac.firmat do.Ant.post Io.And.in.c.peruenit.de immu.ec
cle.de quo in Spec.de cen.§.nũc dicẽdum.versi.facit qꝛ legi.
no.in.l.actore.C.de exac.trib.li.x.& in.l.omnes.la.j.C.ꝺ anno.
& tribu.eo.tit.in.l.vacuatis.in gl.fin.C.de decu.lib.x. ¶ Et p
cõsequẽs posito ꝙ dictus Iacobus esset exẽpturus,nõ tracta
ret de incõmodo aliorũ de dicto loco. ¶ Nec ob.qꝺ statutum
dicit ꝙ in cã vniuersitatis nõ producant testes de vniuersita-
te:qꝛ respõdeo ꝙ statutũ loquitur expresse vbi est q̃stio inter
vniuersitatẽ & aliaz personã de ciuitate vel districtu.nos vero
sumus in vniuersitate:ergo hunc casum nõ comprehẽdit.l.si
vero.§.de viro.sol.mat.l.qꝺ vero.de legi.c.ea que.de reg.iur.
in.vj. ¶ Preterea dictus Iacobus tã in suo libello quã ĩ re
scripto fundat se ex cõsuetudine preterita vigore cuius dicit
suã possessionem fuisse & esse exemptam,& se fuisse & esse nobi-

17 lem sicut sunt de cõsuetudine alij catanei: † sed quando fit mẽ
tio de consuetudine,intelligitur de prescripta.tex.no.in.c.cu-
mana.de elec.quẽ allegat Bald.in.l.binos.C.de aduo.diuer.
iudi.& in.c.j.in prin.de cog.feud. ¶ Sz ad hec vt ista cõsuetu
do que habet cãm discõtinuam.l.foramẽ.de ser.vr.predio.sit
prescripta,requiritur cursus tanti temporis cuius cõtrarium
nõ extat memoria.l.hoc iure.§.ductus aque.de aqua quoti.&
ex hoc firmat Inno.in.c.cum dilectus.in fin.de cõsuetudine.
in glo.fi.& ita procedit gl.fi.in fi.§.ex nõ scripto.instit.de iure
natu.gen.& ciui.sed hoc nõ est capitulatum neqꝫ probatum,
etiã de.x.annis sicut requiritur in consuetudine,iuxta not.in
l.de quibus.& in.l.diuturna.ff.de legi.& in rub.C.q̃ sit long.cõ

18 suetudo. ¶ † Quinimo dico ꝙ testes[a] debẽt deponere de vsu
a cõsuetudinis,& declarare vsus frequentia & tpis diuturnitatẽ,
& tales vsus fuisse vsitatos publice p̃sentibꝰ & sciẽtibꝰ multis
& infinitis personis:adeo qꝺ cõprehendatur intercessisse con-
sensuz maioris partis populi.declarat Azo in summa.C.que
sit long.consue.in versi.quero quod deponũt testes.Bald.in
d.l.de quibus.imo vt dicit Cy.oportet ꝙ cõcordent testes in
tẽpore & idẽtitate actus,alias essent singulares.sequitur do.
Ant.in.c.licet ex quadã.de testi.Bal.in.l.j.C.de testa.Ioan.
de Imo.in.l.inter pares.de re iudi. ¶ Preterea hic aliquo
modo nõ est probatũ de tẽpore longo vel longissimo:imo vt
dixi cũ in casu isto requiratur cursus tanti temporis,cuius in
contrarium non existat memoria:ad quam probãdam testes
debent de necessario dicere ꝙ cõis opi.est memoriam non ex
tare in cõtrarium.tex.est in.l.si arbiter.ff.de proba.not.Bart.
in.l.ij.§.itẽ Labeo.ad fi.de aqua plu.arc.no.in.c.j.de prescrip.
in.vj.Bald.in.l.conuenticulam.de epi.& cleri.Inno.in.c.ve-
niens.de verb.signifi.quod non deponunt illi testes. ¶ Pre-
terea si Iaco.dicit ꝙ licet alij collectentur quod tñ ipse & alij
catanei ex cõsuetudine sunt exempti:dico ꝙ licet testes dicãt
ꝙ in preteritũ nõ fuerũt collectati catanei:nec ipse Iacobus,

19 dico ꝙ p hoc nihil probant: † qꝛ per nõ vsum[b] collectandi ca-
b taneos non tollitur lex,cõsuetudo,vel ius collectandi,qꝺ ha
bet commune Ducie:qꝛ p nõ vsum nõ tollitur lex vel consue
tudo,vt no.quasi in terminis declarat Cy.ĩ.l.ij.C.q̃ sit long.
consue.in versi.expediti sumus de prima principali.q.& eum
sequitur Bar.in proemio digestorũ.§.& antea.& Host.ĩ sum.
de cõsensu.§.fi.& Io.And.& Ant.de but.in.c.Ioã.de cler.cõ
iug. ¶ Item qꝛ per nõ vsum vel ex non actibus nõ inducitur
cõsuetudo.maxime nisi probet de contemptu.l.vel iur.verbi
gratia:si probaret ꝙ catanei fuerint per longuz tempus gra-
uati ad collectas soluendas:& ipsi per dictum tempus semper
cõtradixerũt,& precepta cõtempserũt,aľs nõ probat talis cõ-
suetudo:ita notabiliter ex predictis Bald.in.l.de quibus.de
legi.in versi.sed nunquid ex non actibus,sed iste contemptus
hic nõ est probatus:ergo &c. ¶ Item ad hoc vt dicti catanei
& dictꝰ Iacobꝰ prescripsissent libertatez ab onere collectarũ,
requirebatur pbari in processu plura.primo ꝙ fuerint aliquo
tẽpore requisiti vt collectas soluerẽt,alias nunquã prescribũt
hãc libertatẽ.l.cũ scimus.& ibi not.Bar.in versic.text.ibi ait
illud quoqꝫ.C.de agric.& cen.lib.xj.& in.l.filius.C.de decur.li.
x.Bald.et Ange.in.l.male agitur.C.de prescript.xxx.anno.
in vlti.col.ad idem.l.is qui.alias incipit,& Attilicinus.de ser.
rusti.predi.Ioan.And.in capitulo fin.de consue.in rescrip.in
nouella.& in capitulo,vt priuilegia.ad fin.vlti.glosse.de priui
leg.in anti.Spec.de iu.omni.iud.in versicu.illud etiam no.in
titu.de prescrip.in princip.ver.quid si omnes.& quod no.In-
no.in.c.dilectus.in glo.pass.la.ij.de cap.mona. ¶ Itẽ ad hoc
vt prescriberetur libertas,requirebatur aliquod factum dicti
Iacobi vel Marci eius patris.l.hec autem iura.& in.l.eos.ff.
de ser.vrb.predi.vbi dicit Bar.quod requirebatur bona fides
prescribentis circa ius qꝺ prescribere q̃rit.& idẽ in.l.j.C.de ser
ui.& etiam Bart.in.l.qui fundum.ff.quib.mod.serui.amit.sed
hic non est probatum de aliquo facto hominis interdicente.
¶ Item nedum quod sit probata bona fides,sed non est alle

20 gata. † nã vbicunqꝫ presumitur bona fides,nõ sufficit tamen,
nisi allegetur.l.si adulterium cum incestu.de adulte.in.§.idem
polli.& ita dicit Bald.in.l.super longi.in.iij.col.de prescript.
long.temp.Ange.in.l.eum qui.§.fin.de publi.& facit qꝺ not.
doc.in.c.ij.vt lite non contest.& in clem̃.appel.cum simi.de ap
pel. ¶ Item oportebat probari dictas consuetudines obten
tas fuisse in contradictorio iudi.l.cũ de consuetudine.ff.de le
gi.firmat gl.in.§.ex non scripto.insti.de iure natu.gen.& ciui.
& in rubrica.C.que sit long.cõsue. ¶ Item requirebatur saltẽ
allegare titulũ prescriptionis,& etiam cõsuetudinis,ƀm In-
no.in.c.cum dilectus.in glo.fi.de cõsuetudine. ¶ Itẽ require
batur allegari & probari de scientia & patientia dictorum ho
minum communis Ducie.l.j.et ibi Bar.& doct.in fi.C.de ser-
uit.et aqua.in.l.j.ad fin.ff.de aqua plu.arc.per cano.& in.c.cuz
ecclesi.& in.c.fin.de causa pos.& latissime per do.Anto.in cap.
peruenit.de cen. ¶ Addo etiã ꝙ multi ex dictis testibꝰ nihil
dicunt nisi ꝙ in primo dicto dixerunt:quia causa sciẽtie & ra-
tio testis debet esse diuersa.d.l.fi.& ibi Bart.ff.de offic.procu.
Cesa. ¶ Preterea sunt aliq testes qui deponũt super eo qꝺ
resultat ad eorũ commodum,cuius contrarium resultaret in
eorum preiudiciũ:ergo nec est eis fides adhibenda.l.omnibꝰ
C.de testi.l.nullus.eo.ti.ff. ¶ Preterea examinatio testiũ nõ
valuit:qꝛ a nõ cõpe.C.si a nõ compe.iudi.per totũ.quod pro-
bo:nam in rescrip.princeps rescripsit nõ declarãdo cui cõmit

21 teret: † vñ vbicunqꝫ in aliquo est ambiguum rescriptum prin
cipis nõ põt per illud ad aliquid procedi,donec fuerit decla-
ratũ per delegantem.c.cũ cõtingat.de offi.delegati.c.cum ve

a ¶ Testes.s.eod.consi.xlv.

b ¶ [illegible]

nissent. de iudi. & ita dicit Spec. de rescrip. psenta. §. si. ver. itez qn est aliqd verbu ambiguu, & qd no. Bal. in. c. j. apud que co tra. feu. & in. l. qui ad ciui. in princ. C. de appel. ¶ Item exami natio testium non habet diem neque indictionem sicut requi runt acta. c. qm contra. & ibi gl. & doc. in verbo tempora. de pro ba. & quod no. in. l. ij. maxime per Bal. C. de eden. & in. l. j. §. edi tiones. ff. eo. tit. habetur in. c. abbate. de re iudi. in. vj. ¶ Item dictus Jacobus vult probare negatiuam, videlicet quod. d. Jacobus & sui antecessores pro illa possessione nunq soluerut collectas. na dicta negatiua maxime no coarctata per testes, 22 est improbabilis: † imo si testes p ea deponunt sunt suspecti de falso. c. cu ecclesia. de cau. pos. & pro. & idem no. Dy. gl. Ja. de are. Bar. in. l. j. §. hoc interdicto. de itine. actu priuato. Cy. Bal. in. l. actor. in. iij. col. C. de prob. & in. c. si quis per. xxx. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. Bar. l. j. in princ. ff. si quis ius di. non obte. Ang. i. l. n p aliu. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. ¶ Ulteri⁹ sunt aliq testes interrogati si di ctus Jacobus potuisset soluere collectas, q ipsi nesciuissent. rndet q no. quanta igitur sit eis fides adhibeda tu magis sci re debes. l. iij. §. diuus. de testi. ¶ Non habet obstare q quida respondendo positionibus partis aduerse negant, & quida fa tentur. na stari debet responsioni maioris partis: imo si essent pares numero, staretur negantibus in fauore rei, iuxta not. p Inn. & doc. in. c. in nostra. de procu. Jo. And. in. c. presentiu. de testi. in. vj. in gl. & in. c. si duo. de procu. eod. lib. Spe. de con fes. §. postremo. versicu. sed pone feci. Bal. post Cyn. in. l. j. in antepe. col. in versicu. quero duo procura. C. de confes. ¶ Non omitto q. d. iudicare debens non pot sumere fundametu in strumentis & sententijs productis p parte aduersa: licet in eis 23 continerent aliqua que pficua essent dicto Marco ex eo: † q oia instrumenta iura & sententie pducta fuerut p dictum com mune & eius procu. in parte & partibus sibi duntaxat fauora bilibus, que protestatio operatur q quo ad ea que no sunt in fauore producentis. non intelligunt instrumeta producta, vt a eleganter firmat[a] Inn. in. c. cu olim. in glo. in versi. instrumen ta. de censi. & ibi sequit Anto. de bu. circa vlti. col. idem tenuit Bal. in. l. j. C. de cofes. circa. v. col. Jac. but. i. l. nimis graue. ar gumeto illius tex. C. de testi. Bar. in. l. publi. §. fi. i fi. ff. deposi. 24 ¶ † Preterea pars aduersa impugnare cognat instrumeta & sententias productas pro parte communis Ducie: ergo ex eis se fundare minime potest: iuxta no. p Bar. in. l. post lega tum in prin. de his qui. vt indi. & in. d. c. cum olim. Alexan.

a ¶ Firmat. & ma le: qr no vz hmoi ptestatio, vt p gl. Saly. pau. Jas. l. j. §. editiones. de ede. lappus alleg. cxix. Imo. c. g. per petu⁹. col. fi. de fi de istr. bal. l. j. col. ij. & ibi Alexan. C. vt q desunt aduo ca. ro. consili. cccc xxxiij. bertr. consil. cxx. pduces. lib. ij.

b ¶ [illegible] istud non est con silium seu respon sum Alexan. sed sunt simplices al legatiões p eu ve lut aduocatu fa cte in fauore reo rum in contrariu aut p actore alle gauit & consuluit Ang. are. in cosil. seq. sed non omni no conueniunt in factis.

c ¶ Sua. hoc esset veru in testib⁹ sz non in articulis q debet intelligi se cundu intentione ponetis. l. si quis intentione. de iu dici. [illegible]

## Summarium.

2 ☞ Judex & partes non possunt prorogare tepus instantie.
4 Hypothecaria si agatur, quid in ea probandum.
6 Verba, pro suis vel tanq sua, non inferunt dominium sed possessionem.
7 Agens iure cesso debet de cessione mentionem facere.
9 Testimonium confusum non valet.
11 Citatio generalis non sufficit ad constituendum curatorem bonis defuncti.
12 Contumacia in vno nocet in illo actu.
14 Fieri in domo vel ad domum differunt.
15 Forma statuti ad vnguem seruanda.
18 Reseruatio exceptionu dilatoriarum post lit. contest. valet.
20 Possidere hodie non presumitur si neget, qui aliqn possedit.
21 Dominium an transferatur ex diuisione.

## Consilium. CXXXVII. Simplex allegatio Alex. in fauorem reorum.

In causa & lite inter Lazalotum quonda ser Anto. de pur martinis agen tem actione hypothecaria tanq heredem ab inte stato quonda ser Raynutij ei⁹ fratris, & Jac. & Bartholomeu fratres filios, & heredes olim Marci quondam Jacobi de ca sali. & do. Constantia matrem & tutricem dictorum Jacobi et b Bartholomei pupillorum se defendetes. ¶ Multa[b] possent allegari ad absolutoriam dictoruz pupillorum, paucis tame 1 contentus ero: a primo † dico instantiam ipsius cause actoris negligetia fuisse peremptam. attenta forma decreti statuetis tempus a die productionis libelli duorum mensiu continuo rum tam iudici, & iurisdictioni, q instantie ad causam per sen tentiam diffinitiuam terminandam: quo casu si sententia post dictu tepus ferretur, esset ipso iure nulla. l. scire oportet. §. co

sequens. de excus. tu. l. cum no eodem. C. quando prouoca. non est necesse. ff. de iudi. l. si iudex. not. glo. & doc. oes. C. de iudi. in l. properandum. in princ. Jo. And. in addi. ad Spec. in tit. de iudi. deleg. §. restat. super versic. item quid si instantia. & cano. oes in. c. de causis. de offic. deleg. Bald. C. de epi. & cleri. i aut. clericus. & in. c. j. si de inuest. inter do. & agna. lis oriat. & i. l. ob seruare. §. proficisci. ff. de offic. pcon. & legati. cu igitur dictus libellus ab actore fuerit pduct⁹ die. xviij. mensis Augu. & sic lapsi sunt tres menses vltra officium iudicis, superest in pnu ciando instantia cause fuisse peremptam, & partez in expesis condenare. l. j. & ij. C. vt intra cer. temp. causa ciui. ter. & l. si pre ses quasi deserta. C. quomodo & quando iu. glos. oportet. & ibi doct. & Bart. in. d. l. properandu. §. illo proculdubio. & qd no. 2 Inno. in. c. si. de iur. calum. ¶ † Nec habet obstare si diceretur qd iudex vel vtraq pars consensit certo tempore instantiam non currere: quia respodeo q iudex hoc facere non potest, vt aperte dicit tex. in. d. l. properandu. ibi no esse concededu vl terius lite qua per trieniu extendere. no. Bart. clarius Bal. in. l. petede. C. de in inte. resti. pe. ¶ Nec etiam partes hoc pos sunt conuentione etia iurata inducere, vt no. gl. & ibi Bart. & doct. in. d. l. properandum. in princ. Bart. in. l. Seius & Ang. ad. l. fal. Ant. de but. in. c. venerabilis. de iudi. ¶ Secudo vl tra predicta dico quo ad processuz, q libellus actoris fuit ine ptus, vt statim probabo. igitur sequi debet absolutoria ab ob seruatione iudi. ff. si mensor fal. mo. di. l. j. §. j. de iudi. in. c. exa 3 minata. ¶ † Et si snia diffinitiua ferretur sup inepto libello esset ipso iure nulla, vt est gl. singu. insti. de oblig. §. j. fm Bal. qui ita dicit in. l. actori. C. de re. creditis. p quo tex. in capitu lo cum dilecti. de emp. & vendi. ¶ Quod autez libellus fuerit ineptus ostenditur. na cu dictus Lazalotus egerit actio. hy pothecaria non contra debitores principales, scilicet contra Ant. & Philip. sed contra dictum Jacob. & Bartholomeum tanqua cotra tertios possessores no habetes causam vel titu lum a dictis debitoribus principalib⁹, debeat actor in libello 4 deducere: & etia postea † probare q. d. domus & petia terre pro quibus agitur hypothecaria, spectauerunt & pertinuerut ad dictos Ant. & Philip. tempore contracti debiti vel post iure directi dominij, vel salte vtili. l. rem alie. & ibi gloss. & latissime Bar. ff. de pig. act. & glo. in. l. j. de fal. inter. & glo. insti. de acti. §. item Seruiam. lege, & que nondum. §. j. & lege si ab eo. ff. de pigno. Bartol. Bald. per Cy. in lege cum res. C. si ali. res pi gno. da. Cyn. & not. Bald. C. de dona. ante nup. l. de rebus. ¶ Imo si etiam ageretur hypothecaria cotra ipsum debito rem principalem, licet non esset necesse creditori probare con 5 tra debitore de dominio directo vel vtili ipsius debitoris, † sz satis esset probare contra eum de possess. tantuz tame require retur quod creditor saltem allegaret, & deduceret debitorem fuisse dominu: qr lz hoc casu ex possessione presumatur domi nus: tamen non presumitur nisi allegatur & deducitur. ita no ta. dixit Bart. in. d. l. rem alienam. de pigno. actio. quod sequi tur Saly. C. locati. in. l. certi iur. no. Bald. C. de execu. rei iudi. lege etiam. in. ij. col. ¶ Facit in similij in. l. si adulterium cuz in cistu. §. idem pollioni. de adul. & qd not. glos. in cle. appellati. de ap. Joan. and. & doct. in. c. ij. vt lite contesta. ¶ Sed in hoc iudicio, nec in libello, nec in positionibus, nec alibi est domi nium directu vel vtile dictoru Antonij & Philippi deductuz nec probatum: ergo sequitur libellum predictum necesse esse ineptum, vt firmat predicti docto. maxime Barto. in dicta. l. rem alienam. ¶ Nec predictis obstat si in libello & in iudicio reperiatur deductum per actorem quod dicti Ant. & Philip. 6 † tenuerunt & possederunt dicta bona pro suis: & tanquam c sua:[c] quia per hec verba non deducitur nec probat titulus vel dominium, sed sola possessio pro suo, vt eleganter dicit Inn. in capitulo illud. in fi. de psum Barto. & Ange. in. l. j. in fi. per gloss. ibi. ff. pro suo. ¶ Secudo ex alio capite dictus libellus redditur ineptus: quia dictus Lanzalotus pro duabus par tibus ex tribus quantitatis petite est cessionarius, & habens iura cessa a. d. con. & frater ipsius Lanzaloti sororib⁹, & here dibus pro duab⁹ partib⁹ ex tribus dicti ser Raynutij credito 7 ris defuncti tunc succedat doctrina † qd illi cui copetit actio ex iure cesso, debet expressam mentionem facere de tali iure cesso, saltem in narratione: alias ineptus est libellus. l. q stipe dia. & ibi Bar. & docto. C. de procur. tex. op. in proposito in le ge plane. ff. fami. erci. no. Bart. & latius Bald. i lege si quis in rem. per illuz tex. ff. de procura. & in lege si duo. ff. de sol. Bar to. in lege si culpa. ff. de rei vedi. Dyn. i. l. si mihi & tibi. in prin cipi. de leg. Bald. in. l. j. in fine. C. de acti. & oblig. & Spec. Jo. Andr. in tit. de procu. §. sequitur. ver. sed queritur an talis li bellus. & in vers. sed queritur an agens ex iure cesso. ¶ Sed di ctus actor nulla metione facit in dicto libello de dicta cessio ne, nec

ne,nec declarat se tanquã cessionariũ agere:ergo nõ põt quo-
quo modo obtinere,cũ sibi soli nõ delata fuerit integra hr̃di-
tas dicti ser Ranutij,sed sibi ⁊ dictis suis sororib⁹ vt ipemet
etiã fatetur in suis positionibus.¶ Tertio etiam ostendit se
qui debere absolutoriã ex capite excussionis nõ facte seu non
legitime facte contra dictos Ant.⁊ Philip.debi.pricipales.
8 seu ei⁹ heredes.† Nã nemini dubiũ est ꝙ anteꝙ̃ agatur hypo
thecaria contra tertios possessores,hodie necesse est excussio
nẽ pri⁹ solẽniter fieri cõtra debitores principales ⁊ ei⁹ bona.
C.de pi.aut.hoc si debitor.⁊ in aut.sed hodie.C.de acti.⁊ obli.
⁊ hoc nedũ de iure cõmuni,sed etiam municipali.⁊ hoc habet
locum etiã si in instrumento debitor se cõstituerit precario no
mine creditoris possidere:q: tamẽ agẽdo hypothecaria req-
a ritur excussio.[a] firmat Bald.in.l.j.in ver.q̃ro quod si debitor.
C.de reuo.his que in frau.credi.licet forte secus si aliud reme
dium intentasset,sed etiam statutum remouet quodcunq; ob-
staculũ vltra ius cõmune.¶ Et licet sit deducta quedam ex-
cussio,peccat in his primo.nam cũ talis processus excussiõis
fuerit factus contra quoscunq; volẽtes esse heredes dictoruz
Anto.⁊ Phili.oportebat in dicto iudicio probari de morte
9 ipsorũ debitorũ,qd̃ minime extat ꝓbatũ:itẽ† q: testes super
hoc inducti nõ fuerũt vnus ab alio seorsum ⁊ in diuersa scri-
ptura examinati,sed in simul ⁊ in eadẽmet scriptura redacta
est eorũ attestatio,quo fit vt talis attestatio oĩm testium ⁊ in
eadẽ scriptura,⁊ per euudẽ premeditatumq; sermonẽ nullam
fidẽ faciat,vt est tex.in.l.iij.§.ideoq; diuus.ibi inter vnum eũ-
demq; premeditatũ sermonẽ.ff.de test.⁊ ibi no.Bart.Spe.in
ti.de teste.§.nunc tractandum.ver.cautionem quoq;.no. Jo.
Andr.in.c.nihil obstat.de verb.sig.Bald.in.l.testiũ.in.iij.col.
C.de testi.⁊ in tit.de pace constã.in vlti.verbo.tex.in.l.verbũ
volo.C.de fideicõ.⁊ in.l.ampliorum.§.vt refutatorijs.C.de ap
pel.⁊ in.l.j.C.de emẽ.iusti.codi.⁊ Angel.in aut.vt iudic.sine
quoquo suffragio post principi.¶ Jtẽ ⁊ fuit delatũ iuramen
tũ dictis testibus nõ citatis,dictis heredib⁹ Antonij ⁊ Phi
li.nec aliquo citato gñaliter vel specialiter de cuius ꝑiudicio
tractaret̃:ergo ⁊ pro nõ receptis habent̃.l.si quando.C.de te-
10 sti.c.in nomie domini.⁊.c.significauit.de testi.¶ † Preterea
sunt qdã actus facti die feriato in honorẽ Dei.⁊ ꝑ consequẽs
habent̃ pro infectis.l.oẽs.⁊.l.fin.C.de fer.⁊ in cle.sepe.de ver.
sig.⁊ in.c.conquestus.de fer.vñ accusationes talis contuma-
cie sunt nulli⁹ effectus.l.ꝓperandũ.§.⁊ si quidẽ.C.de iud.l.ar
biter calendis.ff.de arbi.no.Bart.in.l.consentaneum.in fi.C.
quomodo ⁊ qñ iud.⁊ in.l.si finita.§.Julia.de dam.infe. Jn-
no.in.c.cõsuluit.de offi.dele.¶ Jmo debet apparere actorem
die iuridico in fine termini licentiatuz decessisse, ꝺm Jnno.in
c.calumnia.de penit.⁊ in.d.c.consuluit.⁊ Bar.⁊ doc.in locis
11 prealleg.Bar.⁊ doc.⁊ oẽs in.c.j.de iudi.¶ † Preterea pecca
uit in alio processu:q: qñ fit missio in poss.ex primo decr.⁊ ad
constituendum curatorẽ in bonis defuncti ad alios oportu-
nos actus,nõ sufficit gñalis citatio oĩm volẽtiũ esse heredes
sed debent nominatim ⁊ specialiter citari hi,quib⁹ pria causa
successionis defert̃.l.j.§.denunciari.ff.de ven.inspi.doctrina
est Bar.in.l.si diu.qui.ex cau.in pos.ea.⁊ in.l.si qs instituatur.
§.ita si cõditioni.ff.de here.insti.⁊ ibi Bal.⁊ Ange. Bal.in.l.
si bona.C.de bo.aut.iud.poss. Bald.in.l.cum proponas.e.ti.
in versi.⁊ not.idẽ Bald.in.l.si curatoris.in priu.C.de iur.deli
be.facit qd̃ no.Bar.in.l.si eo tempore.C.de remis.pig.¶ Sed
in processu predicto hec seruata non fuerũt:ergo ⁊c.Et quãꝙ̃
illi sint citati quibus prima causa est succedendi nõ fuerũt ad
12 vidẽdũ cõsti.cur.bonis citati,sed ad alios actus.† Nam cita-
tus ad vnum actũ licet sit in illa citatione contumax:tñ vigo
b re dicte cõtumacie nõ põt ad alios[b] actus siue noua citatione
procedi.c.cũ olim.in fi.⁊ ibi doc.de testi.⁊ est glo.in.c.ij.de do-
lo ⁊ cõtuma.in.vj.⁊ no.Bar.in.l.statu liberos.§. Stichus.de
sta.lib.ff.⁊ in.l.consentaneũ.C.quomodo ⁊ qñ iu.⁊ in.l.repri-
mendũ.in verbo per edictum.⁊ in.l.iij.§.si ad diem.de re mili.⁊
Jnnocen.in.c.cõsuluit.de offi.deleg.⁊ in.c.petionem.de accu.
¶ Preterea in citatiõe dr̃ ꝙ nũcius ꝑsonaliter si inuenire po
terit citet:⁊ si ingrendo nõ poterit inuenire eos ad domum ci
tet,⁊ in relatione nuncius nõ refert eos ꝑsonaliter citasse nec
c perqsiuisse,sed refert eos[c] citasse ⁊ alia fecisse q habuit in man
13 datis:† ⁊ huiusmodi citatio est ambigua ⁊ non reddit citatos
cõtumaces,vt inqt Bar.in.l.iiij.§.ꝓtor.in versi.sed qd debet
nuncius ⁊c.⁊ in versi.sequit̃ de dam.infect.sequitur Anto.de
but.in.c.causam.de dolo ⁊ contu.¶ Jtẽ dicte citationes non
fuerũt facte per nũcios publicos vt reqrit̃.l.ij.C.de spor.⁊ ibi
doc.⁊ in aut.de iudi.§.vno quoq;.⁊.§.hos aũt.no.Bal.in.l.ij.
C.quomõ ⁊ qñ iud.⁊ est negatũ dictam excussionẽ factã fuisse
corã habente iurisdictionẽ,qd̃ nõ est probatũ per actorem, vt
requirit̃ iuxta no.in.c.cuz in iure.de offi.dele.⁊ in.c.quoniam
contra.de proba.cũ simi.¶ Peccat ⁊ in alio dictus ꝓcessus
excussi:quia in citatione qua fuerunt citati generaliter hr̃des
dictorũ Ant.⁊ Philip.fuit facta cum tuba ad scalas palatij,
sed ꝺm formam statuti Jmolensis debuit fieri in scalis pala-
tij,vel in logia que est supra scales,⁊ ad hoc vt etiã longinqui
possent audire nũcij proclamationẽ,sed est differẽtia aliquid
14 fieri ad scalas,⁊ aliquid fieri in scalis:† q: illud dicit̃ fieri in lo
co qd̃ sit intus locũ.l.j.§.in flumine.ff.de flumini.⁊ i.l.si alius.
§.meminimus.ff.qd̃ vi aut clam.⁊ ideo illud etiaz quod fit in
ostio non dicitur fieri in domo.no.Barto.in.l.j.§.hoc interdi
ctum.ff.de cloacis.Bald.in.l.data opera.in.xv.col.C.q accu.
⁊ in.l.gallus.§.ille casus.ff.de liber.⁊ posth.⁊ Cy.i.l.obserua-
re.ff.de offic.procon.Arch.xl.distin.c.si papa.⁊ est glo.de pe-
ni.dist.ij.⁊ in.c.dum sanctam.in glo.que incipit,de Ezechie-
le tractum est.illud vero dicitur factũ ad scalas quod fit nõ in
scalis,sed iuxta scalas.l.qui filiũ.§.j.ff.ad Trebel.no. Jacob.
de aret.⁊ Barto.in.l.item apud Labeonẽ.§.conuitium.de in
iur.Jdem Jacob.de aret.⁊ doct.in lege cetera.§.hoc sena-
tus.de lega.j.et in.l.quidam iberus.ff.de serui.vrba.predi.et
tex.cum glo.in.l.militis codicillis.in princi.ff.de testa.mili.⁊
15 ibi Barto.¶ † Sed forma tradita a statuto si ad vnguẽ ⁊ in
specie non seruet̃,reddit actum ipso iure nullũ.l.cum hi.§.pre
tor.ff.de transac.l.qui Rome.§.Flauius.de verb.obl.ita di-
xit Bald.in.l.ij.C.quomodo ⁊ quando iu.in ver.ibi tres.vbi
dicit quod licet alias de iure communi liceat citare vno edi-
cto peremptorio pro tribus.l.contumacia.§.j.de re iudica.l.
16 nõ vna.ff.de iudi.¶ † Tñ si statutũ facit mentionem de trina
citatione non sufficit citare vna citatione perempto.pro tri-
d bus:[d] q: ꝺm eũ debet seruari ad vnguem dictũ statutũ:⁊ pro
hoc est glos.in clemen.prima in versic.iij.de vita ⁊ hone.cle.et a
in capitulo primo in verbo tertiam.⁊ ibi Bald.de mili.vas.
qui contu.fu.¶ Et dicit Bal.in.l.ij.in.iij.col.de patr.qui fil.
dis.quod statutum est ad literam seruandum:⁊ nõ sufficit ser
uari statutũ per equipollens,vt not.Bal.⁊ Ang.in lege pri- b
ma de liberis et posthu.Bald.in.l.executorem.in.v.col.ĩi.C.de
execu.rei iudi.¶ Jtem secunda commissio debuit fieri a di-
uersis nuncijs,vt in forma statuti cõtinetur.Jtem vltima cõ-
missio debuit fieri per bannitorem in scalis.¶ Aliud obstat:
17 † quia dictus processus fuit pro parte scriptus ⁊ publicatus
per se Lucam,ser Antonij de mõte.in reliqua parte fuit scri-
ptus ⁊ rogatus apud acta ser Michaelis de nainis quod fieri
non potuit:quia processus vitiatur.l.j.C.de spor.et ibi hoc fir
mat Jacob.but.et Bald.in.l.j.⁊ ibi not.de offici.procon.no.
Bartol.post eum Bald.in.l.cum sententia.C.de sententijs,
clare Bal.in.l.ij.in vlti.col.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊ in
lege gesta.C.de re iudica.vbi limitatur nisi iusta causa absen-
tie interueniat.argu.l.si longius.⁊ ibi hoc Bal.ff.de iudi.qui c
defectus validari non potuit, etiam si partes consensissent.
not.Bald.post alios in.l.testamenta.C.de testa.⁊ in.l.repeti- d
18 ta.C.de episc.⁊ cle.¶ † Et est aduertendum quia licet sit de-
uentum ad lit.contesta.tamen exceptiones competentes di-
ctis pupillis contra excussionem reseruate fuerunt:q̃ reserua-
tio fieri potuit,⁊ tenuit not.per glo.in capitulo cũ contingat.
de offi.deleg.⁊ quod no.Bar.in.l.ille a quo.§.si de testamen-
to ad Trebel.not.Barto.in.l.peremptorias.in versi.de exce
ptio.C.de senten.rescin.non pos.⁊ in.l.exceptio.in vltima col.
C.de ꝓba.⁊ in.l.criminis.C.qui accu. Jac.butri.i.l.fideiussor.
in princip.ff.q satisda.cogan.Archi.ij.qd̃.vj.⁊ casu quo non
fieri debuisset dicta reseruatio:tamẽ postquã nõ fuit appella
tum valuit,⁊ effectum sortita est:etiã si sit cõtra ius litigato-
ris.l.j.§.item cum contra sacras.ff.que sententia sine uppella.
re.capi.cum inter vos.de re iudica.¶ Ultra predicta quo ad
processum opposita dico ex meritis cause ipsam absolutoriã
debere ferri in fauorẽ pupil.Nã alterũ ex substantialibus qd̃
incumbebat actori predicto probare in hoc iudicio erat,quod
ꝓbaret̃ dictos pupillos possidere dictã petiam terre,⁊ dictaz
domũ:alias ꝯ eos non dat̃ hypothecaria.l.si cum venditor.in
princ.ff.de euic.in aut.de fideiusso.§.si neq;.¶ Certũ est aũt
nõ esse ꝓbatũ dictos pupillos possidere dictã petiã terre: ve
rum est qd̃ ser Anto.actor consti.per dictam tutricem respõ-
dẽdo cuidã petitioni in qua ponit̃ ꝙ ipa tutrix ⁊ filij.d.Mar
ci pupilli post mortẽ dicti Marci dictã domum continue te-
nuerunt ⁊ possederunt,⁊ hodie tenent ⁊ possident rñdit, cre-
dit vt in primo:lʒ ad respondendum ⁊ confitẽdum mãdatuz
non habet.que responsio est ambigua.l.de etate.§.nihil.de in
terrog.acti.l.certũ.§.j.ff.de cõfes.l.sicut.C.de repu.here.c.cum
dilecti.de accu.¶ Nec põt dici qd̃ referat̃ ad dicta in pria po
19 sitio.q: dixisset credit,vt in prima.† vñ hec relatio fienda non
est cuz fieri nequit salua recti rõne sermonis.ff.de auro ⁊ arg.
leg.l.Plautius.⁊ qd̃ no.doc.in.l.si de certa.C.de trãsac.⁊ in.l.

a ¶ Excussio.hyp-
po.marsil.not.cl.
viij.Alex.l.exit⁹.
de acquir.pos.

b ¶ Ad alios.pau.
ꝯs.cccxvj.li.j.bal.
cõsi.iiij.libr.v.⁊ in
marga.℣.citatio.
marie.soci.trac.de
cita.arti.v.nu.61.
Jas.l.si prius.col.
viij.ff.de opẽ.[illegible]qui
nũci..imita in cõ-
nexo gemi.phi.
Franc.c.si capitu-
lũ.§.si.d cõces.pre
ben.in.vj.

c ¶ Refert.j.li.iij.
consi.ij.

d ¶ Pro trib⁹.ale-
xan.Jas.l.j.col.fi.
de lib.⁊ po[illegible]
Card.cle.j.[illegible]
de vit.⁊ ho.cle.

aurelio.§.caia.d libe.leg. ¶ Preterea illa respõsio ꝛ illa ỽba,
credit,vt in prima sunt tante importantie quãdo referunt̃ ad
aliquod de preterito,qđ est apparens,ꝙ intelliguntur limita-
tiue ꝛ restricte in omnibus ꝛ per omnia,vt in primo continet̃,
vt probat̃.in.l.edita.maxime p Bald.C.de edẽ. ꝛ in.c.si duo.
de procu.in.vj.no.Bart.in extrauag.ad reprimẽ.in versi.put,
¶ Sed in responsione ad primam positi.cõtinent̃ hec verba:
credit tenuisse ꝛ possedisse nomine suo ꝛ nomine patrui sui.
considero ꝙ ista verba sunt de preterito: vñ si hec rñsio secun-
da referatur ad primam,importat ꝙ actor cõfiteat̃ dictos pu-
pillos ꝛ dictam tutricem possedisse dictã domũ de preterito.
ꝛ sic sufficit si vna die post mortem dicti Marci possederint,ꝛ
possedisse dicunt̃,vt declarat Barto.i.l.celsus.in vlt.col.ff. de
vsuca.Host.ꝛ Joan.And.in.c.lꝫ cãm.de proba. ꝛ Inno.in.c.
inter dilectos.de fi.instru.Bal.in.l.iudicia.C.de rei vendi.ꝛ in
l.falsis.C.de fur. ¶ Sed lꝫ pbatũ vel cõfessum sit ꝙ dicti pu-
pilli possederint aliquo momẽto: nõ tñ sequit̃ eos hodie pos-
20 sidere;† qꝛ qñ tractatur de incomodo rei si ipse reus negat se
possidere hodie:lꝫ probet̃ prius possedisse,nõ presumitur ho-
a die possidere[a] adeo qđ possit condẽnari ad restitutionem vere
possessionis,vt est cõis cõclu.gl.ꝛ doc.omniũ in.l.siue posside-
tis.C.de proba.in.l.non ignorabit.C.ab exhibendum.qđ ꝛ ibi
Bal.in.l.si minore.C.de in integ.resti.mino.ꝛ hoc post multo-
rum opi.firmat etiam Joã.And. in addi.Spe.in tit.de peti.ꝛ
poss.§.j.ver.quid si peto.ꝛ in titu.de act.ꝛ peti.§.j.ver.sed nun-
quid.ꝛ versi.quid si ago.ita cõcludit Anto.de but.in.c.cum ad
sedẽ.de resti.spo.fuit etiã negatũ in exceptionibus ad libellũ
dictos pupillos possidere. ¶ Secũdum vero qđ necessario in
cumbebat actori pbare est ꝙ dicta domus pro dimidio petita
spectasset ad dictos Ant.ꝛ Philip. iure directi dñij vel vti-
lis:al's nõ cõpetit hypothecaria:nec releuat probari qđ tenue
rint ꝛ possederint p sua ꝛ tãquã sua:qꝛ hoc nõ importat dñiũ,
sed pos.tm̃.vt no.Bar.ꝛ Ang.in.l.j.in fi.ff.pro socio.ꝛ Inno.
in.c.illud. de presum. ¶ Nec etiã pbat̃ p quoddã instru. diui-
sionis facte inter dictos Phi.ꝛ Anto.suis pprijs nominibꝰ,
ꝛ vice ꝛ nomine Christophori eorũ fratris ex pte vna.ꝛ inter
Jacobum eorũ fratrẽ suo nomine,ꝛ vice,ꝛ nomine Lucie filie
quondam Bitinelli olim fratris predictorũ,de omnibus bo-
nis communibus inter dictas partes, in qua diuisiõe dicta do
mus obuenit in partẽ dictis Ant. ꝛ Philip. Christophoro ꝛ
Andree cõmuniter:ꝛ sic dimidia pro indiuiso spectabat ad
21 dictos Ant.ꝛ Philip.qꝛ respõdeo,ꝛ primo ꝙ† titulus diui
sionis extraiudicialiter celebrate nõ trãsfert dominiũ directũ
vel quasi:nisi pro ea parte que spectat ad tradẽtẽ.pro alijs ve
ro partibus nullũ titulũ dicit̃ habere sociꝰ in quẽ res cõmu-
nis transfertur.vt est tex.valde no.ſm vnã lectu.gl.ꝛ ibi hoc
firmat Bar.ꝛ doc.in.l.cũ solus.ff.de vsuca. ¶ Itaqꝫ in ppo-
sito cũ dicta domus esset cõis vna cũ alijs bonis inter dictos
Anto.ꝛ Phi.ꝛ Christo.Andre.Lu.ꝛ Jac.vt i prin.dicti in
strumenti diuisionis fit mẽtio,nõ transtulit nec transferre po
tuit dictꝰ Jac.in dictos Phi.ꝛ Ant.vigore dicte diuisiõis:
nisi dñium sexte partis dicte domus,que ad eũ pro dicta par
te spectabat. ¶ Pro hoc qꝛ nõ potuit nec voluisse presumit̃
dictus Jaco.plus iuris in Ant.ꝛ Phil.trãsferre quã habue
rit.l.cũ tabernã.ff.de cõtra.emp.l.nemo plus iuris cum vulg.
de reg.iur. ¶ Et hoc esset verũ quoties dictus Jac.tradidis
set possessionẽ dicte domꝰ dicto Ant.ꝛ Philip.Sꝫ cũ in di
cto instrumẽto nec i pcessu cõstet dictũ Jacobũ vere vel ficte
trãstulisse possessionẽ domꝰ i.d.Ant.ꝛ Philip.dico ꝙ nullũ
dñium translatũ fuit in eos:ꝛ etiã p illa sexta pte:qꝛ sine tra-
ditione dominiũ nõ querit̃.C.de pac.l.traditionibus.qđ etiã
procedit in re trãsferenda in aliũ ex titulo diuisionis,vt in ca
su nr̃o,vt no.firmat Bart.ꝛ doct.in.l.ꝛ ideo reprobata gloss.
ff.de cõdi.fur.ꝛ Bal.in.l.j.in fi.C.de inoffi.do.p glo.ibi.ꝛ idẽ
Bal.in.l.j.C.cõ.vtri.iudi.ꝛ qđ ipse not.in.l.j.in.j.q.C.si qd in
22 frau.pat.† nisi talis diuisio fieret in bonis cõmunibus ex vni-
uersali societate de qua hic nõ cõstat:qꝛ tunc sicut est spãle in
contractu societatis vniuersalis qđ trãsit dominiũ sine tradi-
tione.l.ij.ff.p socio.ita ꝛ in dissolutione.ita dicũt prefati doc.
ꝛ probãt primã sñiam tex.in.l.si diuisione.C.fa.ercis. ¶ Itẽ
posito ꝙ illud ius habuissent dicti Ant.ꝛ Philip.iure here
ditario Bart.ꝛ eorũ patris.q.d.rẽ tenebat ꝛ possidebat,vt pꝫ
in positionibus que positiones cõfessionem ꝛ pbationẽ indu
23 cunt.c.fi.de iureiu.i.vj. ¶ † Preterea phibitio facta a testõre
quod nulli heredum diuiderẽt,ꝛ pmissio ipsi facta vt in testa
mento cõtinet̃ fieri potuit iuxta ea q̃ legunt̃ ꝛ no.in.l.filiusfa
mi.§.diuus.de lega.j.dicit igitur qui contrafecerũt añ.d.tem-
pus videtur exclusi,ꝛ partes ipsorum spectãt Christo.ꝛ An-
dree ipso iure,qui in ipsa diuisiõe nõ interuenerũt:ꝛ isto casu
opponũt dicti pupilli de iure tertij qđ est in totũ exclusiuum

[a] ¶ Possidere.la- te Alcia. tract.p̄- sump.regu.ij.pro sum.xxj.

iuris agẽtis ipso iure,nimirũ si audiri debeat:iuxta no.Bar.
in.l.ij.ff.de excep.rei iudi.nat.glo.Cyn.Bald.ꝛ doc.in.l.cum
seruũ.C.de ser.fugi.ꝛ Bartol.in aut.qui rem.C.de sacrosanc.
ecc.Ray.in.l.fi.de bon.poss.ſm tab.Cano.in.c.mãdatum.de
rescrip. ¶ Nec ad hoc obstat si dicat̃ ꝙ dictꝰ Bar.ꝛ Jaco.pu
pilli nõ possunt quicquã opponere contra dictũ instrumentũ
diuisionis:ꝛ qꝛ sunt heredes dicti Jaco.eorum aui mediante
psona Marci eorũ patris:qꝛ respõdetur ꝙ nullibi in pcessu
est probatum quod dictus Marcus hereditatem dicti Jac.
24 eius patris vllo tempore adiuerit seu illi se immiscuerit:† ꝛ
in his q̃ filio generare possunt p̄iudiciũ filiꝰ ex potentia suita
tis nõ dicitur heres patris,nisi de aditiõe seu immistione he-
reditatis p allegantẽ probetur,vt est tex.in.l.cũ bonis.ff.de
acqui.here.l.nã nec emãcipatus.de leg.j.gl.ꝛ ibi omnes.l.ne-
cessarius.ff.de acq.her.ꝛ in.l.j.§.fi.vt se ab heredita.absti.gl.ꝛ
ibi Ange.in.l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff.solu.mat.ꝛ
Bald.in.l.ij.C.ne fil.pro pa. ¶ Imo etiam posito qđ dictus
Marcus agnouisset dictam hereditatẽ paternam,ꝛ per con-
sequens dicti pupilli sunt in effectu heredes dicti Jaco.pre-
25 dicti:† tamẽ dico ꝙ nedum ipsi sed etiam dictus Jacobus si
viueret posset venire contra instru.diuisionis predicte:qꝛ cũ
diuisio fuerit facta lege prohibẽte,vt no.i.d.l.filiusf.§.diuus.
de leg.j.quis continue audiendus est etiã cõtrauenies facto
proprio.C.de agri.ꝛ censi.l.quẽadmodum.lib.x.ꝛ.l.iubemus.
§.economus.C.de sacr.san.ecc.c.ex tenore.de conces.prebend.
ꝛ que plene no.per gloss.ꝛ doc.in.l.post mortem.ff.de adop.ꝛ
in.c.si quis presbyter.C.de reb.eccle.non alienam.ꝛ in.c.diuer
sis fallacijs.de cleri.coniuga. ¶ Rursus contra dictum agen
tem fuit oppositum ꝙ instrumentũ qđ producitur,nõ erat in
26 stru.sed priuata scriptura:ex eo qꝛ dictũ instr.† nõ fuit sum-
ptum ꝛ authenticatum per notarium rogatũ,sed per alium,
quod fieri non potuit nisi autoritate iudicis ordinarij ad pe-
titionem eorum ad quos pertinet.extra de fide instr.cum.p.ꝛ
in authẽ.de tabel.§.j.ꝛ per totum. ¶ Et si dicatur fuisse sibi a
iudice datã licentiã,vt constat publico instru.ꝛc.dico ꝙ dictũ
instrumentum cum non reperiatur productum, non facit fi-
dem:dicto.c.cum.p.in authen.si quis in aliquo.C.de eden.c.j.
ꝛ.c.cũ cõtingat. de fide instru.c.cũ persone.de priuileg.in.vj.
Et fortius cũ nõ reperiatur seruata tradita forma statuta:qꝛ
requiritur interuenisse licentiã ꝛ consensum heredis notarij
defuncti,ſm no.per Bal.in.l.conuenticulam.C.de epis.ꝛ cle-
ri. ¶ Preterea iudex pronunciauit viam esse apertam hypo
thecarie:ꝛ dictum Lanzalotum agere posse contra possesso-
res bonorũ Antonij ꝛ Philippi.ꝛ q̃ p ipsos tenebant̃ ꝛ pos-
sidebantur tempore olim contracti debiti:debet igitur dictus
Lanzalotus probasse ꝙ tempore dicti contracti debiti quod
fuit contractum de anno.M.ccccxv.ꝙ dicta domus est pos-
sessa p dictos Ant.ꝛ Philip.qꝛ fundans se ex dicta sentẽtia
necesse habet probare tempus qualificatũ ꝛ limitatũ in dicta
sententia.l.eum actum.ff.de neg.gest.l.matrem.C.de proba.
not.gl.in clemen.literas.de rescrip.plene Bart.ꝛ docto.in.l.
non solum.§.sed ꝛ probari.ff.de oper.no.nun.ꝛ Bald.in.l.fin.
C.an seruus ex suo facto.qđ minime est probatum. ¶ Quin-
imo vltra predicta,dico ꝙ Lanzalotus nõ est nec esse potuit
heres de iure directo ser Rainutij:quia vt ipse deducit post
mortẽ.d.eius.R.deuoluta fuit hereditas dicto Lanzaloto,ꝛ
duabus eius sororibus equa lãce abintestato,ꝛ p cõsequẽs di
uise sunt inter heredes actiones hereditarie,vt quilibet p ea
rata qua est heres,p ea agere possit.l.p hereditarijs.C.de he-
red.actio.l.j.C.si cer.pet. ¶ Et licet dictus Lãzalotus se fun
det ex quadam renunciatione iurium ꝛ actionũ facta per di
27 ctas suas sorores:† tamen dico quod dicta cessio ꝛ renuncia-
tio est nullius valoris.ꝛ in eo nõ cõtinetur aliquis titulus:vi
delicet vẽditionis,donationis,aut ciuilis,vt.l.per diuersas.ꝛ
ibi glo.ꝛ omnes doctores.C.manda.no.gloss.Cy.Bal.ꝛ do-
ctores in.l.ij.C.ne liceat po.ꝛ in proposito Bal.in.l.eius.per
glo.ibi in principio.C.de compens.ꝛ Inn.in capitulo ex par-
te.de alieñ.iudi.mut.causa fac.Specu.in tit.de procura.§.se-
quitur videre.in principio.ꝛ in titu.de ces.ac.§.j.ver.si vero.ꝛ
versi.sequen.in quibus locis dicitur quod non presumitur ti-
tulus donationis:etiam inter coniunctos. ¶ Imo etiã si ex
presse fuisset vel tacite intelligeretur titulꝰ donationis requi-
rens insinuationem ex forma statuti dictantis qđ vltra sum-
28 mam ꝛ valorem lib.xxv.Bono.requiritur insinuatio† que in
sinuatio requirit̃ ita in remissione seu renũ.debiti,sicut etiam
in expressa donatione,vt no.gl.in.l.si quis in obligatione.de
reg.iur.ꝛ probat̃ in.l.edibus.§.j.ff.de dona.firmat Bart.in.l.
Modestinꝰ.eo.ti.ꝛ Bal.in.l.cõtra iur.§.fi.ꝛ in.l.tale pactũ,
in pn.ff.de pac.ꝛ in.l.si inter.C.de solu.vbi refert ita fuisse con
sultũ p Bar.ꝛ Frã.tig.de pi.ꝛ Bal.per illũ tex.i.l.si donatio
nis.C.de

nis.C.de dona.ꝛ in.l.illud.C.de sacr.sanc.eccl.ꝛ in.l.pactum.in xvij.q.C.de colla.Jo.de Jmo.in.l.Aquilius.ff.de dona.que do natio in casu pposito excessit dictā quātitatē,ꝛ caruit isinuat. ergo nulla.¶ Non omitto qd iudex etiā dz aduertere qd iste pcessus fuit inchoatus sup hypothecaria apud acta ser Michaelis de vatinis cōplet⁹ per ser Ludouicum de iolo.qd fieri nō potuit.l.j.C.de spor.¶ Item reperit qd in capitulis dedu 29 citur † ꝙ dict⁹ ser Ranutius decessit relictis liberis:de quorū liberorum morte nō est pbatū.vñ cuz prima causa sit suorum liberorū in succedendo.l.si matre.ꝛ in auſ.in successione.C.de suis ꝛ legi.cū suis vulg.ꝛ sic aperte constat nulla actionē posse cōpetere dicto Lanzaloto vt heredi dicti ser Ranutij iuribus allegatis.allegatio.d.Alexandri de tar.de Jm.

## Summarium.

1 Hypothecaria agenti quid probandum.
2 Obligatio causata que sit.
3 Omisso leuis solennitatis non vitiat.
4 Discussio principalis debitoris quando non requiritur.
6 Statutum de non petendo debitum post decem annos, quid.

## Consilium.CXXXVIII. Angel. Areti. contra.

Lanzalotus de Jmola agit contra certos pupillos hypothecaria detentores certorum bonorū.vñ qꝛ obtinuit primā sententiam et sumus in causa appel.¶ Uidendū est primo an do. Lanzalotus fecerit ꝛ pbauerit sibi incumbentia.¶ Secundo dato ꝙ sic allegata per partē aduersam noceāt dicto Lāzaloto.¶ Et vltimū erit cōclusum que erūt partes iudicis ad quē.¶ † Capio primū:clarū est quod agens hypothecariaᵃ aut agit contra debitorem vel eius heredem,aut habentē causam ab eo:et sufficit quod probet debitorē illam rem hypothecariam posse disse tempore obligationis ita dicit Barto.in.l.rem alienā.ff. de pig.act.saltē qd possidebat p sua,ꝛ tanquā sua,vt no.alleg. Saly.in.l.cum res.C.que res pig.obliga.pos.siue successor habeat causam lucratiuā siue onerosam, vt ibi per Saly.ꝛ doct. ¶ Et est ratio:quia sicut debitor nō posset dicere creditori se nō fuisse dñm, vel refricare q̄stionē dñij: ita nec successor singularis siue preiudicat causam lucratiuam siue onerosam, vt dicūt prefati doc.Cyn.ꝛ Ang.in.d.l.cum res.¶ Aut agit cōtra tertium possessorem,qui nullam causam pretendit a debitore vel ei⁹ herede:ꝛ tūc agens hypothecaria debet pbare rē fuisse in bonis debitoris tempore obligationis: vel postea qñ obligatio generalis omniū bonorū,vt est in casu nostro, vt.l. ꝛ que nondū.§.qd dicit.ꝛ ibi glo.ꝛ Barto.ff.de pig.ꝛ not. do. in.d.l.cum res.Sed dictus Lanzalotus probauit dicta bona per dictos Antoniū ꝛ Philippū fuisse possessa p sua ꝛ tanq̄ sua,vt deponunt testes:facit igitur.l.j.ꝛ gl.ꝛ Bart.ff.pro suo. ¶ Quinimo probant ꝙ ipsi Anto.ꝛ Philip. habebant titulum in dictis bonis: quia illa bona deuenerunt sibi in pte dicte diuisionis tēpore facte omniū bonorū cōmunium cū Jacobo eorū fratre maiore id est auo dictorū pupillorum conuētorū,igitur ex tali diuisione par auerūt sibi titulum,vt.l.si familie.erc.cum ibi no.C.fa.erc.¶ Ac etiam hoc probat manifeste ex confessione partis aduerse in iudicio: dum dicit in.xiiij. excep.ꝙ dicta bona fuerunt inuenta in heredita.Bartol. pris dictorū Jacobi,Bartholomei,ꝛ Philippi.cum ergo fuerint inuenta in eius hereditate, necessario sequit ꝙ pars aduersa fateatur ꝙ hec bona descēdunt in dictos eius filios, ꝙ primā se in hereditate immiscuerunt,vt.l.cum res.ff.de acq. pos.Ergo confessio facta in iudicio per partē, preiudicat.l.certū.§.sz an ipsos.ff.de confes.ꝛ ibi Bar.ꝛ Bal.in.l.Titiū.de verb. obl. ¶ Ergo siue dicti pupilli cōuenti habeant cām a dictis Ant. ꝛ Philippo mediante persona dicti Jacobi eorum aui paterni, siue non habeant cām ab eis clare apparet ex predictis quod dicitur ꝙ Lanzalotus deduxit et probauit sibi incūbentia.¶ Uideam⁹ igitur an dicti pupilli allegauerint tale quid quod habeat eneruare ius ipsius Lanzaloti.ꝛ multa allegant 2 quibus seriatim respondeo.¶ † Et primo allegatur ꝙ obligatio dictorū Anto.ꝛ Philip.est sine causa: qꝛ dicitur ꝙ cōfessi sunt habuisse ad laborandum.lib.cl.cum ergo sit cōfessio sine causa non valet.l.ij.§.circa cū gl.ff.de doli exceptio.l.cum de indebito.§.si.de probatio.qꝛ respōdeo ꝙ hoc nō est verum: qꝛ dicta confessio fuit facta fm formā statuti sub rub.de prescrip.decennali.dū dicit contractū mutui penā date ad laborandum:ergo cum dictum instrumentum sit fm statutum non pōt dici nullū.argumētū.l.Gracchus.C.de adulte.¶ Uel secundo dicendū est quod imo habet causam dum dicitur ad laborandū:ꝛ sic in specie licet non in indiuiduo vt dicit Bar.in l.j.in simili.l.si quis in ius vocat.non ie.ꝛ no.Bart.in.l.j.in fi. prime col.ff.de vulg.ꝛ pupil.no.Barto.in.l.pretor ait.§.j.ff.de ope.no.nun.facit.l.fi.C.qd cū eo.¶ Tertio pōt etiam dici qd etiā in indiuiduo habeat dictam instrumentum causa obligatiōis:qꝛ dꝛ ꝙ Ant.ꝛ Phi.Merzarij cōfessi sunt habuisse ad mercādum ꝛc.cum ergo dicitur ꝙ Merzarij accipiunt pecuniam ad laborandum,intelligitur in eorum ministerio,ꝛ sic in merzaria:qꝛ verba ad laborandū debent intelligi fm qualitatem personarum.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu ꝛ habi.ꝛ vt intelligitur illa verba ad laborandum fm merzariam suam,patet argumēto.l.sed ꝛ possessorio.§.j.ff.de iureiur.l.si vno anno.ff. loca.igitur valet dicta obligatio.¶ Nec etiam est verum ꝙ dicta excussio allegata nō fuerit legitime facta: qꝛ ad literā fuit seruata in ea forma statuti, nec vitiatur ex eo qd vltima citatio vt dr in reali,fuit facta tātūmodo in scalis:qꝛ hoc fm formā statuti vbi dicitur p bānitorē cōmunis in scalis, vel in logia, et est ibi alternatiua, vt in regula in alternatiuis.de reg. 3 iur.in.vj.¶ † Quinimo ēt si statutum loqueret copulatiue videlicet per bannitorē cōis in scalis,ꝛ in logia dicerē qd satisfactū esset statuto:ꝛ valet excussio etiā si solum esset facta citatio in scalis:qꝛ ista est parua solennitas, ꝛ modici preiudicij: qꝛ fit ad conuincendā nimiā contumaciam citatorum,vt.l.j.§. ex hoc edicto.cum gl.ff.que senten.sine appel.rescin.ergo pretor nō debet curare de minimis.l.scio.ff.de in integ.resti.ꝛ qd b omissio parue solennitatis nō vitiet.ᵇ est tex.in.l.j.in fin.ꝛ ibi Bart.ff.de ven.inspi.not.Saly.in.l.fi.§.si prefinitam.C.de iure delibe.igit talis excussio valet.¶ † Tertio in.d.instr.oblig. 4 est pcariū:ergo dicti Ant.ꝛ Philip.nō potuerunt alienare in dictum Jacobū:qꝛ sine aliqua excussione ipse Jacobus ꝛ habentes causam ab eo indistincte coguntur restituere possessionem dictorū bonorū.l.fi.ꝛ ibi arg.ꝛ doc.de acq.pos.Jaco.but. Bar.Ange.Saly.ꝛ oēs.in auſ.hoc si debitor.C.de pig.igitur c in casu nostro non requirebat excussio:ᶜ ergo etiam si nō esset ita legitima sufficit,vt.l.j.§.j.C.de rei vxo.act.no.gl. Bal.etiā Ang.in.l.viuū.ff.si cer.pet.¶ Quarto sumus in appel.ergo non deductū deducā,nō probatū pbabo.l.per hanc.C.de tempo.appel.¶ † Posset etiā in hoc iudicio dictus Lanzalotus 5 cōparere in hoc iudicio,ꝛ dicere ꝙ aduersariorum nō interest opponere de dicta excussione nō facta,vel non legitime facta: qm̄ nō sunt alia bona dictorum Ant.ꝛ Philip.maxime expedita,ex quib⁹ possit sibi satisfieri ꝛ offerat se incōtinēti probare hereditatem dictorum Anto.ꝛ Philip.non fore soluendo: nec in dicta hereditate alia bona quā ista remansisse expedita ꝛ ita faciēdo tollit omnis dubitatio.ita elegāter dicit gloss.ꝛ Ang.in.l.nisi.ff.de pact.¶ Nec etiā pōt nocere dicto Lanzaloto prescriptio decennalis inducta a statuto.¶ † Primo:qꝛ 6 cū illud statutū nutriat pctm̄:qꝛ facit qd debitor qui scit se recepisse pecuniam alienam,ꝛ qui scit se teneri ad restitutionem prescribat contra.c.fin.per glo.ꝛ ibi no.per oēs doct.Anto.de d but.ꝛ Jmo.l.de prescrip.non valet.ᵈ ¶ Secundo,dato quod illud statutū valeret:tamen aduertēdū est qd illud statutum nō loquit cōtra heredē creditoris,sed voluit punire negligentiam ipsius creditoris:qꝛ ipse est vel esse dz certus de suo credito:iuxta.l.qd te.si cer.pet.l.fi.ff.pro suo.q̄ ratio cessat in herede creditoris cū verosiliter potuit ignorare factum defuncti,vt.l. q in alteri⁹.ff.de reg.iur.ꝛ qd ibi gl.ꝛ Bar.¶ Et ideo dicit gl. in.l.ij.C.de iure emphy.qd si heres emphyteute nō soluit cañ. pōt petere in integr.resti.eodē mō Lāzalotus heres ꝛ in actis ipse petit dictā restitu.l.nam ꝛ postea.§.si minor.ff.de iureiur. cū ergo nō loquat dictū statutū in hrde creditoris:ergo ad casum hrdis creditoris nō est extedēdū,cū sit exorbitans:vt in terminis iuris ciuilis ꝛ canonici interptet:ergo vt min⁹ ledat c.cū dilectus.de cōsue.ꝛ.l.qd cōtra.ꝛ.l.ius singulare.de legi.et auſ.quas actiones.C.de sac.san.ecc.l.si vero.§.de viro.ff.solu. ma.¶ Cū ergo de herede creditoris non dicat statutum:ergo cōtra eū nō curret prescriptio:qꝛ est casus omissus a dicto statuto,ꝛ est odiosum,ꝛ correctoriū:ideo nō extendet.l.si vero.§. de viro ꝛ ibi Jo.de Jmo.d.M.ff.sol.ma.ꝛ.l.cōmodissime.de liber.ꝛ posth.ꝛ si negari nō possit ꝙ dictū hrdē comprehēdat:tñ hz resti.vt dixi,vt no.Bald.Ang.ꝛ Saly.in.l.fi. C.de prescrip.lon.temp.ꝛ no.Barto.in.l.j.§.j.ff.de itine.actu. priua.igit ꝛc.¶ Quid plura,etiā si ser Ranuti⁹ viueret,pscriptio statutaria nō noceret sibi:qꝛ nō solū fecit ipsos debitores psonaliter citari,sz ēt vnū ex eis capi ꝛ carcerari fecit qd plus est ꝙ citatio verbalis,vt.l.si qs postea quā.ff.de indi.ꝛ no.in.l.

a ¶ Hypothecaria. dicā.j.lib.vj.consil.cxv.

b ¶ Nō vitiet.Ale. l.j.i fi.d lib.ꝛ post hu.bal.Jas.l.hac giultissima.col.j. C.q testa.fa.pos.l. si vnus.C.de test. Jas.2ſi.xxvj.col. j.lib.j.2ſi.clxxiiij. col.ij.lib.iij.vide j.eo.cōsi.cxlj.in fi.

c ¶ Excussio.j.2ſi. lxxxv.lib.vj.

d ¶ Nō valet.imo valet.Rapha.cu. cōsil.lxvij.

fi.C.de ser.igitur cũ dicta prescriptio sit contra omnes interrupta.facit.l.fi.C.de duo.reis,necessario sequitur qđ durat.xl.annis.C.de anna.excep.l.j.§.ij. ¶ Nec etiam nocet dicto Lanzaloto pscriptio allegata,neq3 est verũ ꝙ ipsi pupilli ⁊ eorum autor dicta bona possederunt spatio.xxxv.annorũ.Quoniam ipse Jacobus auus paternus dictorũ pupillorum fuit in mala fide:q2 ipse sciebat bona dicta fore hypothecata:q2 ipse promisit soluere omnia debita dicti Philip.⁊ Antonij.nam aut ipse soluit omnia credita,⁊ potest allegare dictã transac.⁊ sic annullationem dicte preambule diuisiõis.aut ipse non soluit.⁊ tũc clarũ qđ nõ põt niti virtute dicti instrumẽti transactionis.arg.l.ex placito.C.de re.permu.⁊.l. Julianus.§.offerri.de actio.emp.⁊.l.ediles etiã.§.fi.cũ gloss.ff.de edi.edic.vnde cum non soluit dicto ser Ranutio vel eius heredi.dictas lib.cl.nõ põt allegare in sui fauorẽ dictũ instrm,in quo preambula diuisio annullatur. ¶ Et qđ dicta bona trãslata fuerint in Jacobũ vel aliter:dato ꝙ dominium fuisset translatũ in dictum Jacobum ex dicta transac.tñ ipse promisit super obligatione suorũ bonorũ satisfacere oĩbus creditoribus dictorum Ant.⁊ Philip.⁊ sic ipse Jacobus personaliter remansit obligatus dicto ser Ranutio,⁊ eius heredi.arg.l.pacto successorum.C.de pac.⁊.l.fi.C.de heredi.vel act.ven. ¶ Cũ ergo sua bona,⁊ ꝑ consequens dicta domus ⁊ fundus q̃ sibi acqui.ex dicta transactio.inita cum dictis suis fratribus remãserunt ⁊ fuerũt hypothecata dicto ser Ranutio ⁊ suo heredi,⁊ heredes dicti Jacobi debitor,illa bona possideant:ergo dicta hypothecata ꝯ hr̃dẽ debitoris possidẽtẽ durãt spatio.xl.annorũ.l.cũ notissimi.cũ gl.C.de prescrip.xxx.annorũ.⁊ ibi doc.⁊ habet in.d.l.j.§.ij.de anna.exce. ¶ Igit̃ cũ adhuc non sint decursi.xl.anni,ergo etiã de iure ciuili non põt dici decursa pscriptio. ¶ Nec verũ est qđ dicitur ꝙ illud instrumẽtum sapiat vsurariaʒ prauitatẽ:q2 ista possunt stare simul ꝙ antequã cõfectũ dictũ instrumentũ iam dicti Anto.⁊ Philip.dictã pecuniã ad laborandũ acceperunt.⁊ q2 creditor de hoc nõ habebat instrumentum,vt probare possit qđ si fieret instrumentũ crediti qđ trahere ad diem date pecunie, vt.l.sicut datã.C.de liber.causa.no.plene Bart.in.l.si finita.§.elegãter.de dã.infect.ff.† vñ ista coniectura capi potest,ex qua non presumitur aliquod delictũ vel peccata magis capienda est,quã que saperet vsurariã prauitatẽ,vt no.gl.in fluminũ.§.fi.ff.de dã.infec.⁊ no.Barto.in.l.gerit.in.vj.col.de acqui.her.igit̃ ⁊c. ¶ Nec etiam põt dici ꝙ a dicto Lanzaloto nõ sit bene intẽtatũ:q2 petit sibi cõdemnari ad dimittendũ ⁊ relaxãdũ:⁊ nõ dicit de iure dominij vel simpliciter,sed addit iure pig.Sed relaxari rẽ creditori iure pig.est relaxare tenendum ⁊ possidendum donec de credi.sibi satisfiat:q2 creditor debet rẽ pig.possidere,vt.l.rẽ pig.⁊.l.qui pig.ff.de acqui.pos.l.serui noĩe.ff.de vsuca.ergo dicto modo petit sibi dimitti. ¶ † Quinimo etiã si verba debẽt impropriari improprientur,vt libellus saluet̃,vt.l.si olei.⁊ ibi Bart.C.loca.l.l3 ⁊ si possessori.§.j.⁊ ibi Jac.bu.⁊ Bar.ff.de iureiur.⁊ notat Bar.in.l.si prius.ff.de ope.no.nũ. ¶ Ultimo non releuat dictos cõuẽtos,ꝙ Bart.ꝓhibuit fieri diuisionem inter ipsos filio:⁊ qđ si fiat cõtra testamentũ bona debeant applicari illi filio,qui nõ cõsensit diuisioni,sed oẽs diuiserunt:ergo nec ipse nec eius nepotes possunt hoc allegare,argumento.l.nihil.§.j.ff.de leg.j.⁊.l.cum pater.§.liberis.ff.de leg.ij.merito illã prohibitionẽ de dicta diuisione dicti cõuenti allegare non possunt. ¶ Ex quibus sequit̃ qđ cũ sumus in causa appella.q2 vtroq3 appellauit,licet dicto Lanzaloto sufficeret appellatio partis aduerse,vt ipse posset ꝓsequi indẽnitatẽ expensarũ,in quibus dicti conuenti fuerunt absoluti,vt.l.fi.cũ ibi no.per gloss.Cy.Bart.⁊ doc.C.quãdo prouo.nõ est neces. ¶ Potest igit̃ petere dictus Lãzalotus male fuisse appellatũ per parteʒ aduersam,⁊ bene fuisse ⁊ esse iudicatũ in eo in quo dicti cõuenti sunt cõdemnati ad dimittendum sibi iure pig.dicta bona:verum q2 fuerũt in expensis absoluti iniuste in ea parte petat dictam sententiã reformari:⁊ eos cõdẽnari in dictis expẽsis tam prime instãtie quã appel.qđ fieri debet cũ succũbunt etiã succũbere debeãt ex eisdẽ actis ⁊ ꝓductionibus,vt no.gloss.⁊ doc.⁊ Jo.de imo.in.l.fi.ff.de re iudi.⁊ no.doc.maxime Saly.in.l.generaliter.§.illo.C.de iureiur.Et tali forma debent esse partes iudicis ad quẽ.Et ita videt̃ mihi Angelo de gãbilionibus de aretio.ll.doctori Ferrarie iura ciuilia legenti:⁊ ideo me subscri.saluo iure ⁊c.

¶ Contrariã.male ꝯsuluit q2 stãte dicto statuto statim tp̃e ꝓfessiõis fuit dos ꝯsolidata in patrẽ [illegible] ẽt si tũc fuisset [illegible] mortu⁹ ⁊ dos iaʒ pleno iure cõsolidata in filiã tamẽ fuisset ex tũc pleno iure acq̃sita heredib⁹ abintestato filie ⁊ non monasterio l3 añ professionẽ dicti heredes nullum ius haberẽt i dote:l3 libere potuisset filia disponere ergo viuente p̃re q̃ h3 ius ⁊ sine cui⁹ cõsensu nõ poterat disponi mľto fortius illi pleno iure acq̃rit̃.nõ obstat ꝙ dr̃.j.eo.nu.xij.ꝙ filia ingrediẽs disposuit de dote ⁊ eã dedicauit:q2 attento qđ p̃r tũc viuebat in cui⁹ erat ꝑtãte nõ potuit sine ei⁹ cõsensu vllo mõ disponere ẽt iter viuos mľto min⁹ ꝑ modũ vltime volũtatis.si vero p̃r tũc fuisset ꝑmortu⁹ fateor ꝙ filia potuisset disponere i fauorẽ monasterij aĩs nõ,sine cõsensu p̃ris,⁊ sic puto Saly.male consuluisse.

# Summarium.

1 Patre predecedente consolidatur actio dotis in filiam,⁊ ecõtra:nam mortis ciuilis equiparatur natuli.nu.2.4.⁊.8.

5 Usufructus non finitur per ingressum monasterij.

7 Pater tenetur dotare filiam ingredientem monasterium sicut nubentem.

# Consilium.CXXXIX.

Viso themate suprascripto videretur prima consideratione dicendum dictam dotem non esse bene solutam,⁊ ius exigendi illam competere aut heredibus dicti patris,vel ei cui legata est a dicto patre nomine dicti debitoris decedentis,iuxta.l.ex legato.C.de lega.⁊.l.apud Julianum.§.idem Julianus.et l.si sic.§.fi.ff.de leg.j. ¶ † Et primo,q2 sicut post mortem p̃ris predecedentis cõsolidat̃ actio de dote in filiam.l.vnica.§.videamus.C.de rei vxo.act.l.si cuʒ dotẽ.in princi.ff.sol.ma.Ita ⁊ ꝑ mortẽ filie predecedentis consolidat̃ actio in patrẽ.l.dos a patre.sol.matri.l.iure succursum.in princip.cum si.ff.de iure do. ¶ Sed ita est ꝙ patre mortuo ciuiliter tantũ actio consolidat̃ in filiam,vt.l.insulam.in princi.ff.sol.mat.Ergo pariter si filia mortua sit ciuiliter tantũ,debet actio de dote pertinere ad patrem tantum,sed ita est quod dicta filia superstite patre est mortua ciuiliter ꝑ ingressum monasterij.l.deo nobis.ver.⁊ hoc tñ modo.C.de epis.⁊ cle.in aut.ingressi.C.de sacrosan.ec.⁊.c.cum scimus.de regula.⁊ expressius.xvj.qõ.j.c.placuit.el.ij. ¶ † Secundo pro hoc facit:q2 mors ciuilis videtur equiparari naturali.l.j.§.fi.ff.de contratab.l.actiõe.§.publicatione.ff.pro socio.sed per mortẽ naturalẽ consolidat̃ dos in supstitem vt dixi:ergo ita debet consolidari per ciuilem. ¶ † Tertio pro hoc facit:q2 vbi filius sine facto patris exit patriam potestatem,nõ preiudicatur patri viuẽti quo ad ea in quibus pater ꝓpter patriam potestatẽ consueuit ius aliquod retinere vel habere,vt.l.fi.C.communi de succes.in fi.⁊.l.fin.C.ad Tertyllia.⁊ no.in.l.ij.C.de bonis mater.Et expressius no.Bart.⁊ Ange.in aut.idẽ est.de bonis que lib.⁊ Specu.in titulo de statu monacho.§.j.versi.quinto queritur. ¶ Ergo posito ꝙ filia per ingressum monasterij efficiat̃ iuris sui,vt.c.indecorum.cum glo.de etate ⁊ quali.Et no.glos.⁊ doc.in.l.si ex causa.§.Papinia.ff.de mino.⁊ no.Bart.in aut.si qua mulier.C.de sac.san.eccl.⁊ in.l.sacrosancte.in.l.deo nobis.de episco.⁊ cleri.non fit preiudicium patri. ¶ Quarto:q2 statutũ sub rubrica de bonis ingredientium monasteriũ disponit quod bona.⁊ iura,⁊ actiones etiã in spe volentis aut disponentis ingredi aliq̃đ monasterium applicentur ⁊ trãsferrant̃ plene ⁊ pleno iure in eũ,vel in eos qui successuri erant ab intestato volẽti ingredi monasterium:talis ingredientis professione legitime subsecuta,nisi aliter fuerit legitime dispositũ ante professionem:ergo cuʒ dicta filia añ ingressum nõ potuerit aliquid legitime disponere de dicta dote viuo patre sine consensu patris.l.ij.§.si volũtate.⁊.l.nõ solum.ff.sol.mat.Et cum presupponatur quod tempore ingressus viueret pater:ergo omne ius qđ habebat filia in spe cõsolidationis actionis de dote iuxta dictum.§.videamus.fuit acquisitũ patri iuxta dictam.l.dos a patre.vel alijs proximis,qui dicte filie successuri fuissent abintestato,sicut ipsa naturaliter decessisset,vt est de mẽte dicti statuti. ¶ Sed ꝑmissis nõ obstãtibus contrariam[a] sententiã de iure veriorem ⁊ probabiliorem esse puto,vt etiam eleganter est conclusum in allegationibus mihi trãsmissis.primo quia stante stipulatione facta ꝑ patrẽ:prout cũ pater fuerit stipulatus dotẽ quã dedit,reddi sibi vel filie vel cui ius vel casus dederit:sequitur ꝙ dos venit restituenda filie eo modo quo patri fuisset restituenda,si pater nullo modo stipulat⁹ esset,vt.l.post dotẽ.ꝑm vnam lecturam,⁊ ibi no.Bar.in.iij.q.ff.sol.mat.⁊.l.vxorem.§.testamento.l.ultimo.cum ibi not.per Bar.ff.de leg.iij.⁊ Bal.in.l.fina.C.com.vtriusq3 iudi.⁊ sequuntur moderni in.l.Caius.ff.sol.mat.,⁊ in.l.eum qui ita.§.qui sibi.ff.de verb.oblig. ¶ Sed ita est quod si nullo modo pater stipulatus fuisset,cõsolidata fuisset actio de dote in filiaʒ per mortẽ patris predecedentis,dicta.l.vnica.§.videamus.⁊ dicta.l.si socer.in princip.si verum est dicere quod pater predecessit filia superstite in monasterio:ergo consolidata est actio in filiam in monasteriũ cui acquiritur quicquid venit querendũ monacho.xviij.q.j.statutum.⁊.d.l.Deo nobis.Et talis consolidatio in filiaʒ non impeditur,licet tempore quo predecessit pater esset solutũ matrimoniũ,vel alius actus esset gestus a patre,dummodo dos nõ esset per eum exacta,vt dicam.j.in tertio argumento. ¶ Preterea etiaʒ dato quod pater fuisset simpliciter stipulatus dotẽ,sibi patri ⁊ heredibus reddi:tamen attento quod statutum sub rubrica quod filia sit contenta etiã dispo-

nat in effectu

mercator nõ exercuit actionẽ procuratorio nomine Thome: ergo ⁊c. ¶ Aut dictus Thomas erat obligatus in dicta summa ducatorum. xcv. tanquã principalis: ⁊ tunc dico quod illa promissio facta per Dio. pro Thoma videtur promissio fuisse 3 facta ex causa fideiussionis: † qr in dubio qñ quis dicit promitto tibi pro tali: talis videtur in dubio fideiussor vt tale explicat Jo. de imo. in. l. valeria. in pen. ⁊ antep. col. ff. de preto. sti. ⁊ in l. delegare. ff. de noua. facit. l. si pro test. ff. mã. nec potest dici delegatio: qr illud non potest dici nisi quando apparet quod debitor de mandato seu iussu sui creditoris promittit creditori creditoris, seu promittit vice seu loco debitoris principalis vt in. l. quãuis. §. si mulier apud. ff. ad velleia. ⁊ ibi not. gloss. mag. in. d. l. delegare. ⁊ ibi not. moder. ⁊ Bald. in. l. ij. C. de exe. rei iu- 4 di. ¶ † Si ergo videt̃ intercessisse ⁊ ꝓmisisse vt fideiuss. sequitur ꝙ primo debet fieri excussio ĩ bonis debitores principalis qui vt dicit̃ habet bona anteꝙ̃ procedat̃ cõtra fideiussorẽ vt in auf. ꝓsente. ⁊ in corpore vñ sumit̃. C. de fideiusso. ¶ Nec ad hoc ob. si dicit̃ ꝙ ille ꝓprie nõ est fideiussor seu intercessor pro alio qr videt̃ in rẽ propriã intercessisse vt ꝓbari videtur in. l. ij. C. ad vel. cum concor. ibi alle. in glos. ⁊ facit. l. si mulier dederit. ff. ad vel. nam vt habetur in dictis locis si mulier se obligauit alteri pro suo creditore: tunc non gaudet priuilegio seu beneficio senatusconsulti Velleiani. per quod succurrebatur mulie- 5 ribus intercedẽtibus: † qr rñdeo ꝙ beneficium senatuscõsulti Vellei. nũꝙ̃ ꝓdest mulieribꝰ intercedẽtibꝰ ⁊ fideiubẽtibus qñ ex tali fideiussiõe nõ patiunt̃ dãnũ. vt. d. l. si mulieri. ⁊ ibi Bar. ⁊ in. l. debitrix. in prin. eo. ti. nimirũ ergo si mulier in casibus positis vel similibus damnum non pateretur qñ mandato creditoris sui fideiubet ꝓ creditore delegati. ¶ Sed aliud ꝯsiderat̃ quo ad beneficium excussionis quod competit fideiussoribus qr cõsideramus qs fuerit ille q pecuniã receperit ab ipso principali creditore ⁊ debitũ cũ ipso cõtraxerit vt semper ille talis debeat primo exequi. ita vult textus in auf. de fideiuss. circa princip. gloss. j. ergo si presupponamus ꝙ dictus qui erat obligatus dicto mercatori: vt dixi. ipse Thomas erat ille qui accepisset rem vel pecuniã ⁊ per cõsequens ipse primo excutiẽdus fuisset. ¶ Et ꝙ alia habeatur consideratio intercessionis quo ad beneficiũ excussionis patet: qr mulier intercedendo vel per viã mãdati fideiussionis, vel cõstituẽdo vel promittẽdo ab initio vt expromissor gaudeat semp bñficio Velleia. ¶ Et idẽ 6 si ꝓmitteret animo nouãdi. l. j. cũ gl. j. ⁊. ij. C. ad velle. † ⁊ tñ cõstat ꝙ ille qui promittit animo nouandi non habet beneficiuʒ excussionis, vt nota. in auf. de fideiuss. in prin. per gl. ⁊ p Bart. ⁊ alios in. l. in persona. §. j. ff. de pact. ⁊ per alios in. l. hi q cessionis. ff. de fideiuss. ¶ Vel potest dici ꝙ id qd habet̃ in. d. l. ij. s. alle. ꝓcedit qñ qs intercedit pro obligato ⁊ eius promissio nõ potest dici valida vt probaui. s. Ex quibus apparet ꝙ sicut dicte exceptiones impediuissent processum ordinarium contra dictum Dionysium: ita debent causare reuocationem capture: vt not. Joan. an. in addi. Spec. in tit. de cessione act. §. fin. in 7 vlt. addi. ¶ † Quãtum vero ad secundum dubium dico Dio. ibi non potuisse recommẽdari die feriata in honorẽ dei, vt recõmendatus ⁊ sequestratus fuit: qr tales capture ⁊ executiones non possunt fieri die feriata in honorẽ dei. l. fi. ⁊ ibi no. do. C. de fer. ⁊ in. c. fi. extra eo. ti. ¶ Et licet propter causam suspicionis que superuenisset post debitum contractum posset capi debitor tẽpore feriato in honorem dei, vt no. glo. fin. in. d. l. fi. ⁊ ibi Barto. ⁊ alij. C. de fer. ⁊ Bar. in. l. ait pretor. §. si debitoreʒ. ff. que in frau. cred. ⁊ Ang. in. l. ij. ff. de fer. ⁊ Bal. in. l. j. C. q bo. ced. pos. ⁊ in. l. fina. C. de exhiben. reis. ¶ Tamen non potest tali die feriato fieri recommandatio ⁊ sequestratio persone iaʒ carcerate vt singulariter voluit Bald. in auf. ei qui. C. de bon. aut. iud. pos. in. iiij. col. in versi. quero, dictat statutum ⁊c. quia non est aptus fugere ⁊ potest creditor qui recõmandare vellet carceratum prouidere ⁊ diligenter curare ꝙ si die feriata relaxaretur carceratus, faciat eum de nouo capere ratione noue 8 suspicionis fuge, vt est de mente Bal. in loco ꝑallegato. † Alia ratione ostenditur ꝙ dicta recommendatio fieri non potuit: qr cõmunis est conclusio ꝙ vbicunqȝ captura facta non est legitime facta interueniente defectu iudicis: vt quia iudici constabat non esse capiendum reũ: tunc nõ potest talis captus recõmendari. hec est conclusio Bartol. recte intuenti in sua disputatione incipiente. Lapus captus. per plures rationes ibi positas per eum. ⁊ Barto. ⁊ Ange. in lege cum vnue. in princip. per illum tex. ff. de bo. auf. iud. pos. ⁊ in auf. ei qui iurat. in. iiij. col. ⁊ Sal. in. l. fin. ad fin. in princip. eo titu. ⁊ Bald. in. l. legata inutiliter. ff. de le. j. ⁊ in. l. qcũqȝ. in prin. ff. de in ius vo. ¶ Sed iudici cõstabat de iusta petitione dicte capture quia antiqua promissio Dio. erat facta pro nõ obligato: ⁊ tũc videbat̃ facta fideiussorio nomine; tunc etiam non facta excussione debebat

9 grauari Dionysius. ¶ † Qd vltra predicta probatur in simili, quia videmus ꝙ quando de iure communi proceditur pro aliqua executione ad capturam persone debitorũ, talis captu- a ra committi nõ debet nisi prius excussione[a] facta in bonis eiusdem debitoris. ⁊ sic dato ꝙ aliter non fuerit opposita corã iudice exceptio executionis: tamen non debet procedi ad dictã capturam: vt not. glo. singularis. l. iij. §. tutores. ⁊ ibi not. etiam Bar. ff. de suspe. tu. ⁊ no. Bart. ⁊ Bald. in. l. j. C. qui bo. ce. pos. ⁊ Bald. in. l. ordo. in vlti. col. etiam in. ij. ⁊. iiij. col. C. de execu. rei iudi. ⁊ Bar. ⁊ Ang. in. l. debitoribus. ff. de re iudi. ⁊ Barto. ⁊ Ange. in. l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. lib. x. ⁊ Bald. in addi. Spe. in titu. de execu. sen. in princ. ⁊ in. l. fi. ff. de in ius voc. per illum tex. ⁊ Joã. de imo. in. c. Odoardus. in. vj. col. de solu. ⁊ Abb. in. c. quod ad consultationem. circa tertiam chartam, de re iudica. ita ergo in proposito nõ facta executione necessaria cõtra principalem, non debuit nec potuit deueniri cõtra fideiussorem ad capturam, qñ ante capturam non fuit opposita exceptio excussionis, que etiam opponi non potuit cum fuerit ab initio captus. facit. l. pure. in fi. in ratione sui. ff. de doli excep. Ex quibus omnibus infertur conclusio, ꝙ dictus Dio. est de carceribus relaxandus. ego Alexand.

## Epitome.

☞ Confessio facta alicui ⁊ descendentibus extenditur ad feminas.

## Consilium. CLX.

Viso themate suprascripto omisso omĩ verborũ apparatu. ¶ Videret̃ prima cõsideratione, dicendum dictam concessioneʒ seu donationem factam ser Zacharie pro se ⁊ descendentibus suis non comprehendere dictam Judith, descendentem dicti ser Zacharie per feminam, vt probatur. in. l. j. in fi. ff. de iur. im- 1 mun. † vbi priuilegium immunitatis concessum alicui pro se ⁊ posteris, seu his qui essent de genere suo, nõ comprehendit natos ex feminis. ⁊ ita videtur voluisse gloss. in. l. si ita sit scriptum filiabus. ff. de legatis. ij. quam gloss. sequitur Dyn. in. l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verborum signi. ⁊ idem videtur tenere Pe. ⁊ Cy. in. l. fi. ff. de consti. princ. in. iiij. q. ⁊ refert etiaʒ Barto. in. l. quia tale. ff. so. mat. ¶ Sed his non obst. contrariam sententiã de iure probabiliorem esse puto ad quod osten- 2 dendum presuppono † ꝙ appellatione descẽdentium comprehenduntur omnes in infinitum cuiuscũqȝ gradus ⁊ sexu sint. ⁊ siue sint nati ex femina siue ex masculo dicuntur descendentes: vt probatur in auf. de hered. que ab intest. post princ. col. ix. ⁊ in. l. fin. C. de suis ⁊ legi. ¶ Bene facit tex. in. d. l. cognosce- 3 re. §. liberorum. ⁊ in. l. j. C. de condit. inser. ¶ † Secũdo presuppono ꝙ in donationibus ⁊ beneficijs latissima fit interpretatio: in priuilegijs vero stricta. l. fina. de consti. prin. l. quãdo. C. de bono. vacan. li. x. cum dilecti. de dona. l. si quando. in prin. C. de inoffic. testa. ¶ Sed ita est, ꝙ nos loquimur in donatione ⁊ beneficio: ergo in ea latissima facienda est interpretatio. Et ꝙ in beneficijs seu donationibus non habeat locum, text. est in. d. l. j. ff. de iure immu. Sed in priuilegijs colligitur ex no. per glo. in. l. sordidorum. C. de excu. munerum. li. x. ⁊ ita allegatur per Pre. ⁊ Cyn. in. d. l. fin. ff. de consti. prin. ⁊ per Barto. et Nico. de nea. in. d. l. quia tale est. ⁊ hoc etiam expressius ⁊ clarius dicit Joan. de imo. in. d. l. si ita scriptum. ¶ Fortius vo- 4 luerunt Pet. ⁊ Cyn. in preallе. l. fi. ff. de const. prin. in. iiij. q. † ꝙ illud quod dicitur in. d. l. j. in fi. ff. de iur. immu. procedat ex eo quia concessio immunitatis fuit facta pro se ⁊ posteris: ⁊ ratio est secundum eos quia posteritas refertur ad nomen familie, ⁊ familia consistit in his qui per sexum masculinum tantũ procedunt. l. familie. in fine. ff. de verbo. signi. ⁊ institu. qui. mo. ius pat. potest. solui. §. fin. secundum eos. ⁊ ꝙ posteritas referatur ad nomen familie probatur, licet ipsi non allegent in. l. vacatio. ff. de mu. ⁊ hono. ⁊ no. Dy. in proposito in regula, priuilegium. de regu. iur. in. vj. sed concessio de qua queritur non fuit facta sub nomine posteritatis: sed descendentium. ⁊ non potest negari quin etiã nati ex filia vel nepte vel pronepte dicantur descendentes ab illo a quo filia neptis vel proneptis processit, vt probant iura superius allegata. ¶ Et sic patet responsum esse ad allegata in contrarium. quia vel loquuntur quando concessio fuit facta alicui pro se ⁊ posteritate sua: vel loquuntur

vel loquũtur in puilegijs cõcessis circa ea que erant cõtra ius commune: in quibus fit stricta interpretatio. Nos autē in donatione ꝛ beneficio proprie loquimur. ¶ † Quia beneficium est qn̄ aliquid preter ius cõe conceditur, vel qn̄ aliquid donatur, vt no. per glo. in. c. j. in verbo, noscatur. de cõsti. in. vj. ꝛ not. in. l. qđ fauore. C. de legi. ꝛ clarius Cyn. in. d. l. fi. ꝛ ibi etiā Barto. ff. de constit. princ. ꝛ Jo. an. ꝛ alij in. c. olim tibi. de verbo. signi. ꝛ Barto. in. l. si qn̄. in princip. ff. de inoffi. testa. ꝛ Cy. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. sed beneficium large accipiendo posset tanquā genus comprehēdere etiam priuilegium: vt declarant doct. in dictis locis. ꝛ Archi. in. c. gratia. de rescrip. in vj. † ꝛ in beneficijs ac donationibus latissime fieri debet interpretatio contra concedentem, ꝛ in fauorem eius cui conceditur, vt iam dixi. Ergo non mirum si aliud est in casu. d. l. j. ff. de iur. immu. ꝛ aliud in casu nostro. ¶ Accedit etiam ꝙ illa donatio remuneratoria non est contra ius cõmune, nec prohibita fieri etiā ꝑ solos decuriones ciuitatis: vt late ꝓbat Bart. in l. ambitiosa. circa. ij. col. ff. de decre. ab or. faci. ꝛ Bald. in. l. preses. C. de transac. ¶ Ex quibus concludo dictam Judith, debere comprehendi sub prima concessione facta ser Zacharie, ꝛ per consequens eā esse de illis personis que de iure tenere potest dictā rē cõcessam: ꝛ in cõsequentiā est ius esse reseruatū in posteriori concessione, in qua etiā in dubio nõ intelligitur comprehēsū ius tertij. c. super eo. de offi. deleg. c. quāuis. de rescri. in. vj. l. impuberi. ff. de admi. tuto. ꝛ. l. nec auus. C. de emanc. liber. cū simi. ꝛ tanto magis in casu nostro, in quo videtur fuisse expresse reseruatum ꝛ exceptum ius tertij. Jta vt superius cõclusum est puto iuris esse. ideo ita dico ꝛ consulo ego Alexander Bononie.

## Epitome.

1 ☞ Clausula codicillaris facit valere institutiones iure fideicommissi ꝛ codicillos ante vel post factos etiā si testamentum annulletur preteritione nepotum ex filio instituto premortuo: nec possunt inducere duas quartas quando restitutio fienda est incontinenti. h. d.

## Consilium.CLXI.

Examinatis viribus testamēti ꝛ codicillorū dicti Begnamini hebrei, ꝛ de quibꝰ in themate fit mētio, Circa primū dubiū quo queritur an dictum testamentum rumpatur, saltem quo ad institutiones heredum, ita quod sit locus successioni abintestato non obstante quod dictus zacharias esset emancipatus, breuiter respondeo ꝙ res reducta intelligitur ad causam intestati: quia cum dictus zacharias vnus ex filijs dicti Begnamini fuerit institutus, ꝛ decesserit postea dictus zacharias viuente adhuc testatore, ꝛ superstitibus ex dicto Zacharia quinqꝫ filijs masculis nepotibus dicti testatoris, † quorum notitiam habuit testator predictus ante mortem, ꝛ de dictis nepotibus nulla facta est mentio in testamento, testamentum rumpitur. l. gallus. §. ille casus etiam. §. nūc de legi. ff. de lib. ꝛ post. ꝛ. l. posthumorū. ff. de iniu. rupto. ꝛ irri. fa. testa. ¶ Nec curandū est quo ad effectum an dicti nepotes essent in potestate aui vel non. Si enim cõcepti fuerunt dicti nepotes anteꝙ zacharias esset emācipatus: cõstat ꝙ erant ꝛ remāserāt semp in ptāte aui. l. nā ciuiū. ꝛ. l. seq. ff. de his q̄ sunt sui vel alie. iur. ꝛ instit. quib. mo. ius pa. po. sol. §. illud. ꝛ tunc clare ꝓcedit illud qđ dixi. Si autē fuerūt cõcepti post emancipationē, ꝛ tūc nõ fuerūt in ptāte aui. vt in. d. §. illud. ꝛ tū adhuc verū est dicere ꝙ nihilo minus rūpatur testm̄ si sunt ꝑteriti: cum tenerēt tpe mortis testatoris primum locum sicut tenuisset zacharias si vixisset tpe mortis testatoris, merito eorū preteritio rūpit testm̄ etiam ipso iure: attento ꝙ non sunt preteriti cum expressione cause in testamēto, vt not. gl. cõiter approbata ꝛ reputata singularis in §. exheredatos. in auf. de here. ꝛ falci. ꝛ no. Dy. in. d. l. gallus. in distin. mag. ꝛ Bartol. ibi in. §. in omnibus. ꝛ Cyn. ꝛ omnes in auf. ex causa. C. de libe. prete. ꝛ Bart. ꝛ alij in. l. filio preterito. cū sī. de iniusto testa. ꝛ est cõis cõclusio per ea que habenꝰ in auf. vt cū de appel. cog. §. aliud. iuncto. §. finautē hec obseruata non fuerūt. ꝛ idē sentit glos. in. l. si filius emancipatus. in glo. fi. ff. de mino. ¶ † Quo ad secundum dubium, quo queritur ad clausula codicillaris [a] operetur quo ad hoc vt saltē per viam restitutionis fideicommissi seruari debeat testamentum, ꝛ an sit locus detractioni Trebellianice. Respondeo quod dictum testamentum ruptum quo ad institutiones heredū ex causa dicte preteritionis, recipit robur ex dicta clausula codicillari: vn̄ ab intestato succedunt dicti nepotes in quarta parte hereditatis dicti Bignamini. l. vt intestato. C. de suis ꝛ legi. ꝛ in. §. cum filius. institu. de here. que ab intesta. defe. vigore autem dicte clausule codicillaris, censenꝰ grauati dicti nepotes restituere eorum patruis quatenus abintestato caperent dicti nepotes de eo in quo fuerant instituti dicti eorū patrui: non autem intelligūtur grauati restituere dictis patruis quatenus ab intestato caperēt de eo in quo specifice fuerat institutus Zacharias, scilicet in rebus que erant Parme. † quia clausula codicillaris operatur soluꝫ vt succedens abintestato restituat iure fideicommissi heredi instituto illud in quo directo erat institutus ipse cui restitutio fit. l. querebatur. §. vtrum. ff. de testa. milit. ꝛ. l. posthu. §. si paganus. ff. de iniusto testa. ꝛ l. ex ea. §. j. cū ibi not. ff. de testa. hoc est quod decidit in proposito Barto. in. l. j. in. xi. q. ff. de iure codicillo. ¶ Et ponderandum est quod mens Barto. ibi ꝙ etiam in casu predicto illud quod caperent dicti patrui ab intestato, ꝛ ea portione in qua fuerat specifice institutus Zacharias restituunt dictis filijs Zacharie. patet ibi dum dicit, quia tantum debet vnus alteri quantum alter alteri. ¶ Et nemo doctorū contradicit ibi decisioni Bart. imo specifice Raph. cu. ibi dicit quod licet quando extranei essent instituti alter dici posset: tū in casu in quo loquitur Bar. qui est casus nr̄ putat verā esse decisionē Bar. ꝑpter presumptam coniecturam mentis testōris: qꝛ nõ est verosimile qđ voluerit priuare nepotes succedentes in locum patris: ꝛ illud applicare filijs dicti testatoris, qui sunt patrui dictorum nepotum. facit. lꝫ ipse nõ alleget. l. cum auus. ff. de condi. ꝛ demõ. que in sili casu loquitur quasi plus dictū a testatore ꝛ minus scriptum fuerit, vt ibi dixit illa litera. ꝛ illa distributio fere totius hereditatis particulariter facta per testatorem inter dictos quatuor filios de rebus hereditatis habet vim institutionis vniuersalis, seu quote in personam vniuscuiusque filiorum. ita est singularis casus in. l. quid ergo. ꝛ ibi no. docto. ff. de lega. j. ꝛ not. docto. in. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. ꝛ Bal. in. l. cū virū. C. de fideicõ. ¶ † Quātum ad Trebellianicā respõdeo qđ nõ erit locus detractioni Trebellianice per aliquem ex predictis qui habeant restituere alteri vigore dicte clausule codicillaris. vt dixi, si penes illuꝫ qui vellet detrahere Trebellianicam reperiatur legitima debita sibi in bonis dicti testatoris. ꝛ attento qđ. d. testamentum ruptum fuit tempore mortis testatoris ꝛ ante: quia vtrinque scꝫ ꝛ legitima ꝛ Trebellianica deduci nõ pōt eodem tēpore iuxta ea que habentur in. c. Ray. ꝛ in. c. Raynal. de test. ꝛ not. in l. ꝙꝙ. C. ad. l. fal. per doc. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. ꝛ ibi in specie not. doc. ꝛ Bald. in. l. filium quem habentē. in. xiij. col. C. famil. ercisc. Fuit enim inuenta detractio Trebellianice qn̄ penes heredem succedentē ex testō vel ab intestato ꝛ habentē restituere fideicommissum nõ remaneret quarta, iuxta. l. j. §. fi. ff. ad Trebel. ꝛ. l. ꝛ sine scriptura. C. ad treb. ¶ † Circa tertium quo querīr an posito ꝙ testm̄ rumpatur firmi remaneant codicilli, facit post testamentum per quos onus eris alieni aliter diuidīr inter heredes quā diuisum esset in testō. Et quāuis prima consideratione videretur dicendum qđ non valerēt codicilli rupto testamento. l. si qs cū nullū. §. fin. ꝛ. l. abintestato. ff. de iure codicil. tū in proposito contrariuꝫ est verius: qꝛ si testamentū rumpīr ex causa preteritionis quo ad heredis institutionē: tamē cū nõ rumpaꝰ quo ad cetera, vt in auf. ex causa. C. de lib. prete. non rumpunꝰ etiam codicilli conditi facto dicto testamento, vt est glo. no. quā ibi sequiꝰ Barto. ꝛ etiam alij ibi sequunꝰ in. l. j. in verbo, literas. iuncto tex. C. de codicil. ¶ Secundo potest responderi ad allegata in contrarium, quod codicilli facti cõdito testamēto possint subsistere licet testamentum deficiat, dummodo tales codicilli fuerint ab intestato cõfirmati: vt quia appareat qđ voluit etiā dictos codicillos seruari per superuenientes ab intestato. l. qui filio. §. seruus. secūdū intellectuꝫ quē ibi. C. de codi. Sed in dictis codicillis est adiecta clausula que vult illā suā volūtatē valere ēt iure codicilloruꝫ. Et si non valeret iure cuiuslibet alterius vltime volūtatis vel prout melius valere ꝛ tenere pōt ꝛ sic vel videaꝰ disponēs voluisse illos codicillos valere etiā ab intestato vel saltē importabunt illa verba, vt videatur disponens voluisse ꝙ eo casu q̄ in viꝫ codicillorū substituere nõ possit valeat iure alterius vltime volūtatis imperfecte inter liberos. l. hac cõsultissima. §. ex īperfecto. C. de test. ꝭm Bar. in. l. j. in. xvij. q. ff. de iure codi. ꝛ Bal. isti. de codi. §. fi. ꝛ quātū ad casum nostrū idē tenet Bal. ꝛ An. in. l. fi. C. de condi. per que apparet esse respōsum ad allegata in cõtrarium. ¶ Quātum ad quartū quesitū. s. an ꝑsup

[a] ¶ Codicillaris. vt. s. eo. cõs. cxiij. nu. vij.

a ¶ Totam. Jas. consi. lxxij. col. ij. lib. iij.

b ¶ Consiliū. Alex. & oēs attribuūt istud cō. Pau. sed nō est cōsiliū pau. sed lud. ro. vt patet inter eius cōsilia. cō. lxxj. vbi tñ habet trūcate ad fi. sed integre cū subscriptione ludo. ro. habet inter con. pau. li. j. cō. clxxx. & q2 hec materia est frequēs sed valde pplexa & cōtrouersa inter doc. vt paucis decisiue habeas quātum tēporis & marginis fert breuitas.

Duo casus pcipue exagitat. primus qñ testōr relīqt vxori vsufructū omniū bonorū suorum: & post vxoris mortē instituit titiū. secūdus qñ instituit vxorē i dicto vsufruc. & post eius mortē īstituit titiū. Primo casu Dy. cō. iij. quidā cōdidit testamētū. Jo. andre. addi. spec. de pig. §. fin. Alexā. in. l. extraneū. col. fi. C. de here. inst. & in. l. filius a patre cū pluribus quos allegat. ff. de libe. & posth. tenent legatū vsufructus non valere. Contrarium tenet ro. d. con. lxxj. vbi tñ non bene loquit. veritas est q titius statim est heres, adire pōt & trāsmittere tanq pure institutus. tempus enim mortis non est adiectum institutioni ad infringēdā institutionē vel ne titius statim mero iure succedat vel trāsmittat: sz quominus vxor turbari possit i vsufructu sibi legato nō ergo hec verba suspēdūt, vel ī plus limitāt institutionem, sed ostēdūt enixā testatoris volūtatem super efficacia legati. & ita tenent Bald. pau. Christopho. de castel. ias. in. d. l. filius a patre. bal. in. l. id q paupe- ribus. q. xiiij. C. de episco. & cleri. philip. Cor. in. d. l. extraneum. col. pe. vbi dicit q ita vi-

posito q testamētū rūpatur an ex dicta scriptura hebraica in qua fit mentio de dictis nepotibus testatoris videatur ipsum testamentum conualidatū q̄uis hec dubitatio non validatur necessaria attento eo quod supra dictum est de effectuali cōualidatione ex virtute clausule codicillaris: † tñ dico q illa scriptura cū sit priuata & etiā scripta manu alterius q̄ testatoris & nō habens subscriptionē testatoris nec filiorū nō pbat, vt. l. fin. iūcta auf. si modo. C. fa. er. & in auf. quod sine. C. de testa. vbi autē p dictos testes legitime deponentes pbaret veritas eorū que cōtinentur in preallegata scriptura, videt si bene cōsiderent verba ibi cōtenta qd intentio dicti testatoris fuerit q quatenus fuerat institutus dictus Zacharias, eatenus succedant filij. d. Zacharie excepto Liallo filio dicti Zacharie qui succedere debeat cū certa diminutione si nō acquiescat ordinationi, alias facte de illis cl. ducatis. & sic inter filios & descendētes esset seruanda illa voluntas testatoris probata per duos vel tres idoneos, per ea que legūtur & nota. in. d. l. fin. C. fami. erc. & in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. Facit q no. gl. & doc. in. l. quoties. C. fam. erc. ¶ Attēto q testamentū antea factū voluit valere & q nihilominus dicti sui nepotes & Zacharias ipsi testatori succederent vt manifeste colligit ex verbis de quibus in dicta scriptura hebraica. ¶ Circa aliud dubium: quo queritur an ex eo quod. d. Zacharias erat primo genitus dicti Begnamini possint dicti filij Zacharie petere in dicta hereditate Begnaminiid qd Zacharie eorū patri rōne primogeniture debebatur. attento q iuxta dispositionē legis Mosaice seu Hebraice filius primogen tus ratione primogeniture debet habere in hereditate pat erna duplū eius qd habent seu habere debent vnusquisque aliorum filiarum in ipsa hereditate. & an. d. Begnaminus, posito q eius testimonium valeret potuisset prohibere vel minuere dictam partem debitam ratione primogeniture: Ego Alexan. de tarda. de Jmol. iuris vtri. doct. ac iura ciuilia legens in almo & inclyto studio Bonoñ. sic dico & consulo.

## Summarium.

1 ¶ Compendiosa etiā per verbū cōmune cōtinet vulgarez.
2 Substitutio in parte vsufructus trahitur etiā ad proprietatem totius alio non dato herede vel substituto.
6 Institutus vn⁹ si sit ad vitā, & post eius mortē alius primus censetur heres sed grauatus per fidecommissū. secundo. nu. 8.
7 Pertinere, verbum est commune.
9 Dictio taxatiua, non excludit ius accrescendi: nec potest prohiberi in hereditatibus, nisi a milite. nu. 10.

## Consilium. CLXII.

Circa primum dubium in quo queritur an quo ad dimidiam in qua fuit institutus Lucas & dicto Luce facta fuit substitutio de vxore & filia testatoris sit locus subitutioni: attento quod dictus Lucas decesserit vno testatore. † & breuiter dico quod sic: quia illa substitutio facta dicto Luce fuit compendiosa facta per verbum commune, substituo. l. precibus. C. de impube. lege centurio. ff. de vulgari & pupillari. & ca. Raynu. de testamentis. in qua cōpendiosa substitutione comprehenditur etiam vulgaris substitutio scdm omnes, vt probat Cy. Ray. Bald. & Sali. in. d. l. precibus. & Bart. in. d. l. centurio. in versi. vtrū substitutio cōpēdiosa facta per verbū cōe cōtineat vulgarem. vbi dicit talem substitutionē cōpendiosam ex capite vulgaris substitutionis habere locū si heres institutus, cui facta est dicta substitutio, decedat viuo testatore. l. imperator. §. j. ff. de alimen. lega. l. ab oībus. §. cū qdā. ff. de leg. j. l. vnica. §. p socio. C. de cadu. tol. cum si. ¶ Et totā magis cōprehendit in casu nostro vulgaris cū facta fuit dicta substitutio p hec verba, quādocunqz decederet in pupillari etate, p que verba si dictus Lucas erat nepos ex filio, & in potestate dicti testatoris intelligitur facta substitutio pupillaris: vt no. glos. & omnes in d. l. precibus. Barto. & alij in. d. l. centurio. in qua pupillari continetur tacita vulgaris. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. que vulgaris locum habet qñcunqz contingit q non sit heres, vel quia nolit vel q2 non possit, vt q2 viuo testatore decedat. l. cum proponas. & ibi no. docto. C. de here. insti. l. iij. §. fina. & ibi not. Bart. ff. de libe. & posthu. & per Bartol. in. l. j. de vulg. & pupil.

2 ¶ † Circa secundum dubiū, an ipsis substitutis. s. filie & vxori testatoris accreuit proprietas dicte medietatis in qua fuerunt substitute quo ad vsumfructum tñ. Et similiter, an pprietas alterius dimidie in qua fuerunt institute quo ad vsumfructum tñ durante vltima earum, accreuit eisdem, & sic videant esse heredes vel heres dicti testatoris, & grauate de restituēda hereditate per fideicommiss. illis qui sunt substituti post eius mortem & rñdeo qd sic: maxime attento qd. d. Lucas decesserit viuo testatore, & sic nō fuit hr̄s, & sic euenit casus substitutionis vt dixi. substitutio facta de parte. L. de vsufru. trahitur

a ad totam [a] quando nullus alius interim est datus substitutus: vt est casus singularis secundū doct. in. l. coheredi. §. cum filie. alias. §. fin. ff. de vulga. & pu. facit. l. j. §. si ex fundo. & l. ex facto. la. ij. cum mate. ff. de her. insti. ¶ Et similiter dico q etiam in parte dimidia in qua ipse mulieres fuerunt institute quo ad vsumfructum, obuenit eis pprietas siue ex persona earū siue ex persona Luce: q2 cum mortuo Luca viuo testatore nullus alius interim inueniatur heres institutus vel substitutus: tūc nō vocantur ad hereditatem nisi dicte mulieres: necesse est dicere quod interim totum accreuit ipsis mulieribus per viam supra allegatam. ¶ Et dato post mortem dictarum mulierū sit facta alia substitutio vniuersalis ad pias causas, vt not. in terminis Salice. in. l. extraneum. in fin. C. de her. insti. vbi dixit qd si testator instituat vxorem suam ad vitā in vsufruc. & post mortem eius hereditas relinquatur alteri, qd tunc vxor dum viuit intelligitur heres vniuersalis, etiam in proprietate cum interim neminē sibi coheredē inueniat. allegat. l. si quis ita heres instituatur. excepto fundo. ff. de heredi. insti. & post mortez vxoris intelligetur ille alius vocatus per fideicommis. etiam

3 si substitutio facta esset ad pias causas: † quia paganus nō potest directo substituere alteri q̄ pupillo in eius potestate constituto & pupillari etate durante. d. l. centurio. & l. verbis. & ibi no. eo. tit. & in. d. c. ray. ita etiā tenet Ang. in terminis in. l. filius a patre. in prin. ff. de liberis & posth. idem videtur velle Bald. in. l. id quod pauperibus. in versi. xiiij. quero etiā. C. de episco. & cle. & idem etiam vult Ang. in. l. miles ita in prin. ff. de testa. mili. licet ipse ibi ponit aliam opi. dicens qd si vxor instituatur in vsufru. ad vitam & post eius mortem instituatur alius pōt dici q vxor sit mere legataria vsufructus. & ille qui est institutus sub conditione poterit petere bonorum possessionem, vt. l. si quis instituatur. ff. de here. insti. & per agnitionem talis bonorū possessionis cedet dies vsufructus sicut si hereditas fuisset adita de iure ciuili per preallegatam. l. si quis instituatur. quia dico quod illa opi. non potest esse vera, & eam reprehēdit

b Pau. de cast. in consi. [b] cccxcix. incip. visis dubijs prepositis. & vbi inquit quod Ang. in hoc male dixit: quia per bonorum possessionem que petitur ex forma. d. l. si quis instituatur. quis efficitur heres nisi quo ad habendam administrationem bonorum & satisfaciendum creditoribus, vt ibi habetur. etiam ibi no. Bald. in prin. & legitur & no. in. l. ij. §. si sub conditione. ff. de bonor. poss. scdm tab. ergo talis agnitio bonorum possessionis

4 non potest operari illud quod dicit Angel. † dependentia a testamento requirunt confirmationem per aditionem hereditatis. l. eam quam. C. de fideicom. l. filium. ff. de contratab. l. si patronus. §. ex testamento. ff. de bo. liber. que aditio non inducitur in casu nostro effectualiter per Ange. in. d. l. miles ita in eueniente conditione, vt notat. in dicto. §. si sub condi. ¶ Nec etiam predictis obstat quod Jo. de imo. dixit, maxime in. l. filius a patre. in princip. preallega. vbi licet videatur impugnare dictam opi. Ange. ibi positam dicens quod illa opin. videtur esse contra mentem testatoris qui vult vxorem solummodo habere vsumfructum & non proprietatem, nec velit etiam q ipsa

dit iudicari. & ibi Jas. C. de here. insti. ideo dico q quocūqz mō finiet ille vsufructus viua vxore Titius pleno iure fruet. pcedēs aūt opinio est iniqua cōtra naturā materie subiecte mētēqz testatoris. Benedic. autē in repe. c. Raynutius. de testa. verb. reliquit. nu. vij. multa verba effudit & plures alij quos omitto. Scdo casu verbosam & intricatā sniam suā tradit Matthe. mathesi. no. iiij. quā nō curo referre. Ego idez dico q in primo casu vt verba intelligant fm subiectā materiā & verisimilē mentē: & sic institutio vxoris nō cēset nisi legatū, put dr de quolibet instituto in re certa, alio dato hr̄de vniuersali. & teneo q̄ statim pōt Titius adire & hr̄ditatē aditā vel nō aditā put als de iure rāsmittere. & inuenio q ita tz Pau. pic⁹ in. l. titia. repe. §. titia cū nuberet. q. xxvi. & q. lix. charta. xx. Si vo aliqs esset institutū in totū vel certa pte hr̄ditatis. & post ei⁹ mortē ali⁹ in eadē re substitut⁹ tūc scda institutio obliquat in fideicōmissum vt cōiter tenēt. Quare in hoc vltimo nō est insistēdū. Adde Alex. s. e. cōsi. cxj. j. lib. iij. consi. lxviij. & que dixi in consue. pari. ti. vij. in ryb. & §. cxx.

q ipsa

q ipsa posset detrahere quartam Treb. ideo dicit q si aliter nō pōt seruari mens testantis. l. in cōditionibus primū locum. de condi. & demonst. & l. cū virū. C. de fideic. putat saluari posse mentem testatoris hoc modo, videlicet q vxor testatoris instituta in vsufructu tanq̃ in re certa instituta possit ipsa autoritate propria apprehendere rem in qua est instituta quasi videt sibi data licentia. vt tenet Bart. & communiter docto. in. l. ex facto. la. ij. de hered. inst. ¶ Et poterit adire hereditatē per quā aditionem factam ab ipsa vxore instituta in re certa. s. in vsufructu confirmatur testamētū: q: si nō sequatur aditio alteri⁹ remanebit heres insolidū. arg. d. §. si ex fundo. vnde si ille qui erat institutus post mortē vxoris, repudiet post mortē vxoris testatoris hereditatē, apparebit eū heredē vniuersalē. Si vero post mortem vxoris ille qui fuit post mortem vxoris institut⁹ adeat hereditatē, apparebit eum retro fuisse heredem ex re certa cum secuta aditione retrofingatur. l. heres quandoque. ff. de acqui. her. attēta dicta fictione apparebit vsumfructū ꝑceptū fuisse post aditā hereditatē, saltem iuris fictione, & ideo fuisse validū relictum vsufructus, vt non cedat nisi a die adite hereditatis. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. ¶ 5 † Quia rūdeo q in hoc verior est opi. Bal. in. d. l. id qd pauperibus. & Ange. in. d. l. filius a patre. & Sal. in. d. l. extraneum. quia licet quando vnus est sibi datus heres sub conditione in aliqua parte, est verum q iste institutus pure interim non efficiatur heres cū effectu in totum: & sic non efficiatur heres pro parte coheredis sm veras & magis communes conclusiones, vt plene not. per gl. & doc. in. l. ij. ff. si pars here. pet. per iura ibi allegata per gl. & late probat Bar. & alij in. l. plane. la. j. §. si coniunctim. ff. de lega. j. not. Jac. de are. & alij in. l. si marito. §. penul. ff. sol. matr. & Bal. in. d. l. si extranea. & in. l. vni. §. vbi autem. C. de cadu. tol. in fi. & Dy. & alij in. l. si quis ita scripserit Titius. ff. de heredi. insti. ¶ 6 † Tamen secus est vbi totum illud quod datū est instituto pure datur ei qui est in locum eius substitutus in euentū alicuius conditionis, vt est in casu questionis nostre: quia post mortem filie & vxoris testatoris facta fuit substitutio de tota hereditate ad pias causas: & sic etiā de eo ī quo specialiter fuerunt institute dicte mulieres: quia post mortē earū intelliguntur grauate de restituendo per fideicom. illi qui est eis substitutus post mortem earū: non autē potest venire iure directo ille q est substitutus eis post mortē: q: secuta aditione facta ꝑ eas mulieres institutas non potest illud quod eis acquisitū est acquiri directo iure alteri: sed solum per fideicō. vt. d. l. verbis. et §. extraneo. insti. de pup. sub. & d. l. centurio. & ille qui semel heres nō potest directe desinere esse heres. l. ei qui soluēdo. C. de hered. insti. vñ qñ est datus coheres conditionalis illi instituto, verum est dicere quod portio assignata illi instituto sub conditione nō accrescit interim pendente conditione illi pure instituto: q: sequeret incōueniēs q postq̃ semel fuisset hr̄s ille, qui vocatus & institutus est desierit postea recta via esse heres absq̃ restitutione fiēda fideicō. q esse nō pōt vt iurib⁹ prime alleg. ¶ Et qñ testator dat coheredē cōditionalē ostēdit q intentio sua ēst q ille heres conditionalis eueniente conditione partē suā capit iure directo. prout capere debet coheres. dicta l. verbis ciuilib⁹. ideo seruari debet eius dispositio vt mēs ei⁹. ¶ Sed qñ testator nō dat coheredē, sed dat substitutū ī eo in quo vocatus est primus institutus pure vt in casu nostro. l. nō repugnat. quod interim pendente conditione substitutionis prima sit heres insolidū, iuxta. d. l. j. §. si ex fundo. q: in illa nō est datus coheres: q: illi qui sunt vocati post mortem dictarū mulierum institutarū vsq̃ ad vitā in vsufructu nō sunt vocati cū ipsis mulieribus inspecta mente, & verbis testantis: s; bene possunt esse substituti illis mulieribus quo casu ex dispositiōe testatoris cū verba substitutionis cōia fuerunt vel obliqua trahuntur ad fideicom. post aditam hereditatem. d. c. Ray. & l. coheredi. §. cum filie. de vulg. & pup. & no. in. d. l. precib⁹. & in. d. l. centurio. ¶ Et sic tunc cessat incōueniens q testator videtur voluisse totum accrescere illis mulieribus, ex eo q: si totum eis accresceret, & sic in totū essent heredes, & nō possent postea desinere esse heredes: q: dico q imo possunt desinere per fideicōmissum prout fuit de mente testatoris substituendo per verba cōmunia vel obliqua ipsis mulieribus post aditā hereditatē. d. c. Ray. & substitutio cum sit facta in tota hereditate pariformiter & non sit facta substitutio separatim in vsufructu & separatim in residuo hereditatis, dz intelligi facta eo modo quo potest pariter cōuenire vtriq̃. l. iā hoc iure. ff. de vulg. & pup. cum concordā. ne vna & eadē substitutio diuerso iure cēseat. l. eū q. in fi. ff. de his quibus vt indig. l. eū qui edes. de vsucap. ¶ Qd autē substitutio fuerit facta per verba cōia seu obliqua patet: quia testator disponit post mortē dictarū mulierum medietatē bonorū dicte hereditatis ꝑuenire debere ad ecclesiā sancti

7 Laurentij. † nā verbū peruenire, & verbū cōe aptū ad fideicōmissariā substitutionē, sicut ad directā, probatur in. l. heredes mei. in prin. iuncto. §. cum ita. in. l. heredibus. §. si. ff. ad Treb. & firmat Bar. & alij in. l. cēturio. & in. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & Bart. in consi. incip. pater filio impuberi. & Bal. in. l. iam hoc iure. §. ij. de vulg. & pup. & Bal. in. l. fi. C. de sacrosā. ecc. & Bal. in. c. si pater. de testa. in. vj. & Ang. in. d. l. precib⁹. ¶ Et subiungit postea testator q reliquā dimidiā bonorū hereditatis mādabat, & volebat per commissarios suos dari & erogari pro aīa illis pauperibus quibus videbitur, & placebit dictis cōmissarijs: que ṽba sunt obliqua. l. fundi Trebatiani. cū gl. ff. de vsufru. lega. licet Bart. in. d. l. centurio. videatur dicere quod talis substitutio sit directa, tamen magis cōmunis[a] opi. est in contrariū: vt tenet Bal. & Sal. in. l. precibus. & Bal. in. d. c. si pater. in materia compēdiose substitutionis. & d. Card. in. c. cum tibi. de testa. referens ita fuisse consultū Padue: ita etiam cōsuluit Cal. in consi. x. in rubr. de testa. persone que sunt substitute vel pauperes Christi sunt vocati per verba obliqua, vt dixi. ipsi autem executores non sunt heredes, quia alij scripti fuerunt heredes: vt etiam late probat Joā. de Jmol. in. d. c. cum tibi. & in d. c. Ray. & in. d. l. cēturio. referēs se ita ꝯsuluisse apud forliuiū. ¶ Et dicit Jo. de Jmo. in. d. c. Ray. quod etiā Bar. in dispu. sua incipiente, filiū adultū. tenuit istam partem q substitutio facta modo predicto sit fideicōmissaria, qñ est facta illi cui nō potest fieri substitutio pupillaris: vt fuit in casu nostro: q: fuit facta vxori & filie. pariter & dato q illa filia fuisset impubes tū non potest iudicari q testator pupillariter substitueret attento q eam coniunxit cū vxore & eis pariter substituit. & l. iā hoc iure. & l. quāuis. & l. hereditatē. C. de impu. & l. in testamento. & ibi expresse Bal. in. q. in fi. C. de testa. mili. ¶ Quinimo etiam, vt dicit Sal. in. d. l. precibus. quando substitutio facta de pauperibus modo ꝑdicto fit a testatore & filio impubere, & fiat solū de bonis & hereditate dicti testatoris. nō de bonis pup. vel indefinite pōt dici q testator voluerit substituere pupillariter & directo: sed solum per fideicommis. quia per substitutionem fideicommissariam succeditur testatori. d. l. coheredi. §. cū fi io. per pupillarē vero succeditur pupillo, & etiā dato quod essent verba directa: tamen quia facta fuit substitutio dictis mulieribus post aditionem earum: & de eo in quo fuerunt ipse institute, non potest dicta substitutio valere nisi iure fidei. l. ex facto. in prin. & l. Sceuola. ff. ad Treb. l. filiusfa. §. vt quis here. ff. de lega. j. & not. in. d. l. verbis. ¶ Ad predictorū confirmationem facit quod not. Bart. & alij in. l. hereditas ex die. ff. de hered. insti. & Saly. in. d. l. extraneū. vbi dicūt 8 † q si testator dicit. instituo Titiū in semisse vsq̃ ad mensem, & Seium in eodem semisse post pascha, & Caium in alio semisse simpliciter tēpus subducitur de medio, & quilibet intelliget institutus per illā. l. quamuis verba & mēs testātis repugnet. & sic videmus quod ibi vt satisfiat regule posite in. d. l. hereditas ex die. recedimus a ṽbis & mēte testantis, & Seius institutus & certo tēpore habetur pro pure instituto. ita in casu nostro nō est inconueniens discedere a verbis testatoris vt satisfiat regulis positis in. d. l. ei q soluēdo. & in. d. l. verbis. & in. d. l. centurio. cū ibi no. & in. d. §. si ex fundo. cum alijs. s. alleg. & sic patet defensatam esse opi. Bal. Ang. & Saly. que tanq̃ magis cōmunis est in iudicando sequēda, vt habetur in locis vulg. ¶ 9 † Nec etiam predictis obstat si dicat qd non potest dici q dictis mulieribus accreuerit proprietas: eo q: testator videtur prohibuisse ius accrescēdi, qd facere potest. l. quoties. §. si duo. cum ibi not. ff. de hered. insti. ff. de vsufruc. l. dominus. cum gloss. quia respondeo q sʒ Ang. & Jo. de Jmo. in. d. §. si duo. & Jo. de Jmol. in. l. hereditas ex die. in. xij. col. per illam dictionem taxatiuā nō videtur testator ꝓhibuisse eius accrescēdi: q: testator videtur se referre ad tempus presens. non autem ad tempus futurum. alleg. l. si quis ita. ff. de auro & arg. leg. vnde dicit q si testator dicat, instituo Titium in tali fundo: tantum nō videtur euidentissime constare testatorem velle prohibere ius accrescēdi, prout requiritur q euidentissime constet in pagano testante: vt. §. si duo. & istud latius probat Jo. de Jmo. in. d. l. hereditas. per illā. l. & ꝑ 10 not. per Bal. in. l. iiij. §. cum Titio. de alimē. lega. ¶ † Posset etiam responderi non esse verum q in hereditatibus testator potest prohibere ius accrescendi[b], vt probatur in. d. l. si qs ita heres excepto fundo. ff. de here. instit. q: speciale est hoc in milite vt posset prohibere. l. miles vnū ex fundo. ff. de here. instit. l. j. & ij. C. de testa. mili. & ita tenet Bald. & Dyn. in. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. ff. de hered. insti. & Bal. & Saly. in. d. l. extraneum alij etiam varie locuti sunt in hoc diffuso articulo. & propter varietatem opinionum faciam fundamētum principaliter in prima rūsione. s. data referendo Ang. & Joā. 11 de Jmo. in. §. si duo. ¶ † Circa vltimum dubiū an filia possit

a ¶ Cōmunis. vide. j. lib. iij. ꝯsi. xij. nume. xj.

b ¶ Accrescendi. idē tenet Alex. i. l. quoties. in fi. C. de hered. insti. & est cōis. Sʒ veritas est indistincte q tenet prohibitio [illegible]

pp

detrahere legitimam de dictis omnibus bonis breuiter cõcludo quod sic, quia cũ dicta substitutio facta fuerit fideicõmissaria vt probaui: ergo sequitur ꝙ per fideicõ. filia nõ potuit grauari in legitima. l. quoniã in prioribus. cum ibi no. C. de inoffi. testa. ꝛ Bar. ꝛ doc. in. l. j. §. fi. ꝛ. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ꝛ pup. ꝛ Cy. ꝛ Bal. in. l. cum virũ. C. de fideicom. cum si. saltez si dicta filia excessit pupillarẽ etatẽ tẽpore mortis ipsius filie. ꝛ sic tempore euentus casus substitutionis: vt not. per docto. in d. locis. quantum autẽ ad Treb. possit detrahi nõ scribo: quia a nõ consueui in hoc consulere cõtra piam causam, licet plures magne autoritatis viri teneant quartam Treb. detrahi posse de fideicommis. vniuersali ad pias causas relicto. Et ita consulo ego Alex. Bononie.

## Summarium.

1 Ignorans non transmittit hereditatem non aditam.
5 Judex non potest supplere vltra petita.
7 Restitutio non datur ex clausula generali contra prescriptionem. xl. annorum.

## Consilium. CLXIII.

dam instr̃m rogatũ de anno.Mcccc.xx.die.xxvj.Augusti,in quo ser Ludo.& ser Baptista hincinde sibi dederũt licentiam alienandi bona obuenta etiã in parte &c.q: dicto tẽpore nondum decesserat Franciscus.& sic non obuenerat dicta portio Frãcisci ser Baptiste.& sic ad illa verba instr̃i nõ extendũt; vt clare ptz ex verbis instr̃i loquẽtis de verbo presentis tẽporis.l.si stipulatus.&.l.cum stipulamur.de ver.obl.&.l.si ita scripsisset.ff.de leg.ij.l.si ita.ff.de aur.& arg.le.l.fi.§.qui indiuisam.ff.de leg.ij.l.si seruitus.in prin.ff.de ser.ru.predio. ¶ Nec videt̃ obstare agẽtibus, si dicat̃ qd dato q ex natura concessionis in emphyteusim facte ser Alberico,res ipsa nõ põt trãsire ad alios,quã ad descendentes a ser Alberi.tamẽ videt̃ qd Franciscus potuerit in parte sua eligere alterũ de descendentibus ser Alberici,transferendo partẽ suã in eum iure institutionis 7 † possit vnus ex pluribus emphyteutis in alterũ [a] ex dictis a emphyteutis partẽ suam trãsferre irrequisito dño,dato qd in aliũ extraneũ nõ posset alienare irregsito dño,vt firmat Bar.& Ang.in.l.domus.ff.de leg.j.& in d.l.cuz hi.§.si vni.licet ipse indecisum relinquat in.l.pater.§.quindecim.de leg.ij.quicqd dixerit Guil.de cu.in.d.l.cuz hi.& Bald.in.l.dudũ.C.de contrahen.empt.& in.l.voluntas.C.de fideicõmis.& in.c.j.de alie.feu. ¶ Nam ad hoc pro parte agentis respondetur qd dictuz Bar.procedit q alienatio valet quousq; durabit ius alienantis,sed eo mortuo apparebit domino extinctũ omne ius ha-8 bentiuz causam ab eo:† q: extincto iure datoris,extinguitur ius acceptoris.l.lex vectigali.ff.de pigno.§.sed q: nostra.C.cõmunia de lega. ¶ Et ideo decidũt ibi Jaco.but.& Ang.& Bal.in.c.si clientulus.de alie.feu.& in.c.j.de alie.feu.q si plures sunt fratres succedentes in feudo,vnus non potest in parte eligere alium fratrem tantum,vel alium remotiorẽ agnatũ,qui insolidum in tali parte nõ erat successurus ex natura prime inuestiture:q: resoluto iure datoris & per rõnes de quibus ibi plene per eum,licet collegium Mediolanense in hoc passu consulendo senserit contrarium,vt refert Bal.in.d.c.si clientulus. ¶ Et tanto magis hoc dicendũ est in materia feudali in qua seruandum est ius cõmune, vt dicit Bal.in.l.fi.in ver.fui interrogatus.C.de suis & legiti. ¶ Et hoc puto verũ lz Spec.in.d.§.nunc aliqua.versi.xlvij.videatur in hoc passu dubitare,& etiã Joã.and.in addi.Spe.aliter nõ aperit veritatẽ illius questionis. Querit enim Spec.quid si pater receperit funduz in emphyteusim pro se,suisq; filijs,& nepotibus:decessit pater pluribus relictis heredibus,qui cum ceteris rebus hereditarijs res emphyteuticas diuiserunt, vnus eorum premoritur:querit an reliqui filij admittantur.& videtur dicere qd nõ per.l.is qui cum plures libertos.ff.de lega.ij.que tñ non videtur probare:q: verba testatoris vbi tollunt dubiũ Specu.ibi subdit de directo,& videt̃ formare qõnem nostrã. ¶ Idẽ eisdem agentibus nõ videt̃ obstare id q allegatur pro parte rei, s.q ser Albericus seu dicti successores cessarunt in solutione canonis &c.& cõuentiones non seruarũt, sic ceciderunt a iure 9 suo:q: rñderi† põt q cũ hic opponẽs nõ sit ille cui soluendus erat canon,ideo sibi reo allegãti incumbit onus probãdi hãc negatiuã.Ita no.Inno.in.c.super his.de accu.& Bart.& alij in.l.ij.C.de iure emphy.Bar.in.l.in illa.ff.de ver.obl.& Pet.de anch.in.d.c.potuit.de loca. ¶ Postremo non videt̃ agẽtibus obstare exceptio periurij:quia si vt dixi iuramentum appositũ in dictis diuisionibus,& instrumẽtis non cõprehendit nec trahit̃ ad illud ius de futuro:ergo absq; labe periurij agere possunt. Si autẽ in specie venirent actores contra iuramẽtum prestitũ circa cõcernentia istam causam fateri oporteret exceptionẽ obstare alias nõ,vt declarat do.Ant.de but.in.c.intelleximus.in fi.de iudi.& no.Spe.in ti.de actore.§.j.premissa minus recte intuenti faciliter inducerent ad tuendũ partes actoris. ¶ Sed illis non obstantibus puto liquere pbabiliorem sententiã in contrariũ esse in casu nostro. ¶ Et superius scripta longiori stylo specifice dixi, vt rectius percipere possit mens iudicãtis esse in absoluẽdo. ¶ Quod principaliter ostẽdo:q: in instr̃o cõdito de anno.Mcccc.xxx.die.xxvj.Augusti,in quo dicti quatuor fratres de bonis omnibus diuisionẽ fecerũt,& non de bonis olim ser Alberi.& sic tam spectãtibus pleno iure ad eos quã iure emphyteutico,vt proba.in.l.bonorum.la.j.§.in bonis.ff.de acquir.re.do.dederũt sibi inuicẽ dicti fratres licentiam libere vendẽdi & alienandi absq; requisitione & licentia alterius,non obstante inhibitione cõtenta in testõ dicti eorum patris,vel alia contradictione:prout latius in dicto instr̃o continet̃. ¶ Per quem actũ dico q licuit dicto Frãcisco in ser Baptistã,& successiue potuit.d.ser Baptista conferre in Robertum, vt nõ possint amplius possidẽtes 10 dictũ terrenũ inquietari a dictis Ludo.& Jacobo. ¶ † Hoc videtur decidere Bart.in preall.l.qui Rome.§.duo fratres.de verb.obl.in.viij q.vbi querit qd si duo fratres cõem habẽtes hereditatẽ patris,& grauati de restituẽdo vnus alteri hereditatẽ si cõtingeret alterũ pdecedere sine liberis venerũt ad diuisionẽ hereditatis,& in instr̃o diuisionis fuit dictũ q vnus fecit alterũ,& alter alterũ in dictis rebus pcuratorẽ tãq in rẽ suã ita quodãmodo possit p dictis rebus agere se tueri, & oĩa put quilibet dñs facere possit.vel fuit dictũ q cõcesserũt inuicem dictas res ad habendã,tenendũ,vendendũ,alienãdũ &c. Respõdet q si post pdicta alter eorũ alienauit, & deinde euenit cõditio fideicõ.q: alienãs decessit sine liberis,q ille in quẽ alienatio est facta nõ poterit inquietari ab alio fratre superstite.nõ obstante iure fideicõmissi:siue predicti fratres diuidẽtes habuerũt sciam dicti fideic.siue non.allegat.ff.man.l.Lucius titius.&.ff.de leg.j.l.si fundũ per fideicõmissuz.in prin. ¶ Idẽ a voluit Ang.in repe.d.§.duo fratres.vbi sic inquit.deinde quero quid si in diuisione est data potestas alienãdi & vẽdendi,an ius fideic.videat̃ remissum Bar.hic in.viij.q.dicit q sic.& subdit Ang.esse idem,si dictũ fuerit si vnus alteri bona in parte b obuenta cõcessisset pro se & illis quibus dicta bona cõcedere voluerit:q: idẽ importat ac si data esset alienãdi potẽtia.allegat tex.in.c.j.de feu.nõ habẽte ppriã naturã feudi. ¶ Unde in proposito infert̃,q cũ dict[9] Frãciscus alienauerit instituẽdo heredẽ ser Baptistã, & ser Baptista alienauit in Robertũ q etiã facere potuit.l.pr̃.§.qndecim.ff.de leg.ij.q dict[9] Cesar habẽs cãm Roberto,nõ põt inqetari a dictis agẽtib[9]:q: per dictã licentiã alienãdi excludunt a consecutione iuris sibi cõpetẽtis,rõne prime cõductiõis ser Alber. ¶ Et hoc quãtũ est ĩ dictos Robertũ & Cesarem,vbi dicit Bar.in.l.prealleg. 11 † clarũ est q illa licẽtia alienãdi cõprehendat etiã institutionem heredis factã per Franciscũ instituentẽ ser Franciscũ:q: vbiq; fit mentio de alienatione permissiue,cõprehendit̃ heredis institutio.l.si quis prioris.versi.certũ.C.de secũd.nup. Et tradũt plene Bar.& doc.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de ver.obl.cum si. ¶ Cõfirmo predicta ex his que not.Jac.de are.Cyn. 12 & Bal.in.l.dotalẽ.ff.sol.ma. ¶ † Ubi dicũt q si dominus cõsentit vasallo rem feudalẽ,vel emphyteuticã vendẽti, videtur b remittere totũ ius suũ.[b] & hoc p.l.& definit.eo.tit.cũ si. ¶ Nec ob.si diceretur q Frãciscus nõ potuit trãsferre iure hereditario partẽ suã in ser Baptistã sine cõsensu vel requisitione ecclesie,ad quã res emphyteutica spectabat iure directo dominij,iuxta.l.fi.C.de iu.emphy.&.c.potuit.de loca.q: rñdetur q imo talis institutio fieri potuit sine requisitione eccl'ie, q: istio õr alienatio necessaria.l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de ali.iud.mu.cau.fac.l.j.ff.de fun.do.& in terminis in emphyteuta 13 testãte firmat Spe.i ti.de loca.§.nũc aliqua.ver.cxij. ¶ † Et c hoc etiã procederet in quacunq; alienatione lucratiuo [c] titulo collata,q: per legatum vel donationem,vt non sit necessarius cõsensus dñi rei emphyteutice scdm magis cõem opi.et tenet gl.& Cy.& Jac.but.in.l.fi.C.de iure emphy.& gl.& Inn.& Joan.and.in.c.potuit.prealleg.& Spe.in.d.§.nunc aliqua.ṽsi.cvij.& ibi Jo.and.& Dy.in.l.si patroni.in pu.ff.ad Treb.Bar.in.l.j.C.de fun.patri.libro.xj.& Bald.Joan.de Imol.et Pau.de cast.in.l.si domus.§.j.ff.de leg.j.& idem tenet Ja.de are.& Bal.in.l.si cum virum.C.de fideicom.& in.l.vsumfructũ.& ibi Imo.ff.sol.matri. ¶ Ubi etiam dicunt verũ ĩ emphyteusis ecclesiastica,& in specie Bal.in aut.rẽ.in.vj.col.C.de sacrosan.eccle.& in.l.fi.C.de iu.emphy.& in.l.vxor.& in.c.j.§.donari.qualiter olim feud.alienari põt.& de pace constãt.in versi.libellorũ,per plurimas rõnes quas breuitatis causa sub silentio petranseo,postq se ita hz cõis opi.a qua recedẽdum non est:licet aliqui cõtra. ¶ Nec etiã obstaret si dicerek qd in licentia alienandi,quã inuicẽ sibi dederũt dicti fratres,videbat̃ necessari[9] cõsensus ecclesie.de cuius pitdicio tractabat̃: 14 † q: ad hoc respõdeo q quantũ ad hoc, vt virtute dicte licẽtie vnus dictorũ fratrũ possit in aliũ confratrem transferre, nõ fuit necessari[9] cõsensus ecclesie in tali licentia alienãdi: q: quo ad hoc nullũ generabatur piudiciũ ecclesie,ex quo si alienari contingebat in alterũ ex dictis fratribus non fiebat alienatio in psonas prohibitas,vt ostẽdit forma concessionis facte ser Alberico:dato q illa concessio non cõprehenderet nisi descendentes, vnde si vnus alienaret in aliũ confratrẽ cõsentientibus oĩbus cõfratribus:vel si vnus dat licẽtiã alteri, vt possit alienare in confratrẽ,si in tali licẽtiã interuenit consensus omniũ fratrũ:de quorũ preiudicio allegabat̃,non est necessarius cõsensus ecclesie.textus est in.c.j.de alie.feu. & ibi late Bal.post Jaco.de bel.vt no.Bart.in.l.cũ hi.§.si vni.C.de trãsac.cum cõcor.quas allegaui supra in pria parte. ¶ Ergo quãtũ est respectu trãslationis forte in ser Baptistã,non fuit necessari[9] in licẽtia pdicta alienãdi cõsensus ecclesie. De alienatiõe facta in Robertũ & Cesarẽ nõ discutio. ¶ Ulterius q:

[a] ¶ [illegible]

[b] ¶ Suum. qd est falsum [illegible]

[c] ¶ [illegible]

dato q in ser Baptistam iure institutionis ꝛ tit. hereditario transiuerit portio Fráncisci, vt probaui, sequitur de necessitate q alie successiue alienationes tenuerũt: maxime qꝛ in eis interuenerit volũtas ꝛ cõsensus ecclesie, vt per instrumẽta renouationũ cõstat. † Etiã vltra predicta videt̃ q cõcessio facta ser Alberico fuerit facta pro se ꝛ suis heredib⁹ simpliciter, q cõprehendunt̃ etiã extranei [a] ꝛ quicunq̃ nõ solũ descendentes: qꝛ si emphyteusis ecclesie est hodie transitoria ad quoscunq̃ heredes vt infra dicã: ergo videt̃ q concessio facta ser Alberico pro se ꝛ suis heredibus cõprehendat etiã extraneos heredes. l. in annalibus. C. de leg. ff. de verb. sig. l. sciendũ. etiã si dictum sit suis heredibus, vt est do. Bar. ꝛ oim opi. in. l. gallus. §. etiã si parentes. de libe. ꝛ posth. ꝛ Aut. de but. in. c. in pñtia. de proba. facit. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. ¶ Et hoc in terminis in emphyteusi ecclesiastica firmat Jo. de imo. in. l. qd dicit̃. ff. de ver. obl. in ver. habere. patet quid iuris si cõcedatur pro se ꝛ suis heredibus ꝛc. in. d. c. potuit. ꝛ idẽ in specie firmat dñs Abb. sicu. in. d. c. in presentia. ¶ Nec obstant allegata in cõtrariũ: qꝛ procedũt in tenendo illã opi. vꝫ q emphyteusis ecclesie non possit trãsire ad heredẽ extraneũ, de quo infra subdã. ergo si videt̃ dicta emphyteusis concessa ser Alberico ꝛ omnibus eius heredibus extraneis etiã nullũ est dubiũ q portionẽ suã Franciscus trãsferre potuit iure hereditario in ser Baptistã, seu in quẽcunq̃ heredẽ etiaꝫ extraneum qꝛ talis heres Francisci dicatur idẽ heres ser Alberici: cum heres heredis testatoris sit heres. l. fi. C. de he. instit. l. j. ff. de castrẽ. pec. l. ij. ꝛ ibi not. ff. de pet. here. l. si paterfa. ꝛ ibi per Bar. ff. de vulg. ꝛ pupil. ¶ Tunc enim decedente Francisco sine descendentibus: non accrescit portio sua cũ fratribus fm no. per Bal. in. l. si mihi ꝛ titio. ff. de ver. obl. cum concor. s. al. qꝛ ibi no. habẽt locũ quando concessio esset facta conducenti pro se filijs ꝛ nepotibus, qꝛ transire non potest ad alios q̃ ad descendentes. ¶ † Qd aũt emphyteusis ecclesie sit trãsitoria ad extraneos, primo no. tex. de alie. ꝛ emphy. §. licentiam. vbi dicit q etiã põt concedere emphyteusim in perpetuum. ꝛ per consequens vltra descẽdentes qui interdũ non sunt in perpetuũ heredes, ꝛ sic corrigit[b]. § emphyteusim. in aut. de nõ alie. ꝛ istud tꝫ gl. ibi in. §. alienationes. eo. ti. ꝛ hoc etiam sequit̃ ibi Jac. de bel. ꝛ Ang. idẽ tenet glo. in aut. si quas. C. de sacrosan. eccl. ꝛ ibi sequit̃ hoc Pet. ꝛ Bal. in rub. de loca. predi. ciui. vel fisca. li. xj. ꝛ. §. illico. in aut. vt de cetero cõmutatiões. §. adeo. instit. loca. idẽ tenet Bar. in. l. perpetua. C. de sacrosan. eccle. ꝛ Spe. in. d. §. nunc. aliqua. ver. vij. ꝛ versi. xxv. ꝛ Bal. in suo repertorio in ver. ecclesiã. ꝛ Ange. in. §. lex itaq̃. in aut. de non alienã. ꝛ in. d. §. licẽtiã. ꝛ Bal. in. l. j. in. ij. col. C. de iure emphy. ꝛ Bal. in addi. Spec. in tit. de loca. ꝛ Jo. de Jmo. ꝛ do. Abb. in. d. c. in presentia. cum si. nam si cõceditur plenaria alienatio rei ecclesiastice ex causis no. per gl. xij. q. ij. in summa, scilicet ex causa necessitatis, aut vtilitatis, aut pietatis, aut incõmoditatis vel minoris vtilitatis, quantomagis debet concedi id qd est minus. l. locare in emphyteusim. ¶ Et lꝫ in alienatiõe pleni dominij rei ecclesiastice requirat̃ solennitas, de qua. xij. q. ij. sine exceptione. ꝛ in. c. j. de rebus eccl. nõ alie. in. vj. ¶ Tamẽ si semel talis res cũ. d. solẽnitate fuit ɔcessa debite in emphyteusim pro quibuscunq̃ heredibus, qd in dubio presumit̃ maxime si de heredibus mẽtio facta est, vt dixi, tunc talis res poterit dari alteri in emphyteusim sine alia solẽnitate ꝛ sine causa. Qꝛ † talis res per primã cõcessionẽ factã non dicit̃ amplius esse de mensa talis qꝛ in aliũ fuit translatũ dñium vtile. gl. est reputata sin. in. c. frequẽs. in ver. ad mensam. de exces. prela. ad hoc tex. in. t. ij. de feu. no. doc. in. c. insuper. de rebus ecc. nõ ali. ꝛ Bal. in. l. etiã. ff. so. ma. ꝛ ibi etiã sequit̃ Paul. de cast. Idem Inn. in. d. c. potuit. in. xiij. col. † In hoc ergo principaliter attendenda est cõsuedo ecclesie qualiter sit cõsueta locare: quia a tali cõsuetudine recedẽdũ nõ esset. c. ij. ad fi. de feu. ꝛ no. Barto. in aut. qui rem. ad fi. C. de sacrosan. eccl. ꝛ Bal. in aut. si qs. Bal. in addi. Spe. in tit. de loca. ¶ Et si de consuetudine non appareret, est attendendũ an in concessione facta ser Alberico interuenerint aliq̃e ex dictis causis. no. xij. q. ij. in summa. ꝛ an interuenerit solẽnitas de qua in. d. c. sine. Et si interuenerũt predicta sine dubio trãsiret ad quoscũq̃ heredes. ¶ † Si autem predicta non interuenissent in cõcessione facta ser Alberico, tunc erit inspiciendum an res alia saltem semel fuerit alteri locata in emphyteusim, transiueritq̃ ad quoscunq̃ cũ solennitatibus ꝛ causis predictis. nam si hoc factum fuit, potuit postea sine alia causa ꝛ solennitate simpliciter concedi ser Alberico, vt proxime dixi. ꝛ indubitanter transferri etiam ad extraneos: quia sic se habet communis opi. vt est ostẽsum. ¶ Si autem de priori concessione taliter facta nõ appareret, fatendum est quod concessio facta ser Alberico sine causis ꝛ solennitatibus, de quibus ibi non cõprehenderet extraneos sed accreuisset portio Fráncisci omnibus fratribus equis portionibus, ꝛ si nõ dedissent ad inuicẽ dicti fratres insimul oẽ dictã licentiam alienãdi de qua in dicto instrumento. ꝛ sic illo casu ꝛ capite dicte licentie alienandi potuit Franciscus instituere ser Baptistã in integra portione, vt est oñsum. ¶ Ad allegata in contrarium satis opportunum responsum ptꝫ ex predictis. Nam non obst. q emphyteusis predicta non potest transire nisi ad descendentes, ꝛ accrescat portio eius reliquis fratribus: qꝛ ad hoc rñdetur q dato quod hec vera essent: tamen per licentiam alienandi datam inuicẽ per dictos fratres. videñt renunciasse iuri suo, saltẽ quo ad hoc vt non possint illos in quos alienatio facta est conuenire, vt possessores dicte rei: vt firmat Bar. ꝛ Ange. in. d. §. duo fratres. in. viij. q. vt. s. plene probatum est. ¶ Secundo rñdetur q nõ est verum qd emphyteusis ecclesie non possit transire ad extraneos, ꝛ cõis opi. est in contrariũ per. d. §. licentiã. qui corrigit. d. §. emphyteusim. ¶ Tunc etiam, qꝛ vt dicebat dñs Abb. in. c. in pñtia. lex ciuilis specifice disponẽs super rebus ecclesie presertim prohibendo, vel certã solennitatem introducendo etiam in fauorem ecclesie non tenet, cum non habeat potestatem in ea. c. ecclesia. de consti. no. Joã. an. in. c. constitutus. de religi. domi. ꝛ Jo. cal. in. c. ij. de no. ope. nun. Et maxime cum in materia ista alienationis ꝛ concessionis habemus a iure canonico in specie traditam formam. vt not. Innocẽ. ꝛ. gl. in. c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. ¶ † Nam de iure canonico eodem modo prohibetur translatio vtilis dñij per cessionem in emphyteusi, sicut prohibetur translatio directi dñij, ꝛ sic eadem solennitas in translatione erit in vtroq̃ casu necessaria. c. nõnulli. de reb. eccle. non alie. Et sic ptꝫ quod cõcedi põt q transeat emphyteusis, etiã ad extraneos, sicut põt pleno iure alienari. ¶ An autem in dicto casu necessaria fuit in tali concessione causa ꝛ solennitas que requirit̃ in alienatione directi dñij, decisum est. s. proxime. vnde si transire potuit ad extraneos heredes: ergo cessat doctrina Bart. in. d. l. si mihi ꝛ Titio. que loquitur qñ in persona vnius in qua finita erat emphy. qꝛ decedebat cum extraneo herede ad quem emphyteusis ex forma concessionis transire non poterat. ¶ Ex quibus breuiter concludo partes iudicãtis esse in absoluendo, cui sñie promptus esse debet iudex. c. cum sint partium. de regu. iur. in. vj. c. ex literis. de proba. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse. Alex.

Marginal numbers: 15, 16, 17, 18, 19, 20.

Marginal notes:

a ¶ Extranei. concludi modo adsit solẽnitas solũ attẽdi tenorẽ concessionis Jmol. c. fin. de loca. Ange. are. §. adeo. nu. iij. instit. de loca. paul. cõsil. ccxxxvij. li. j. Cor. consi. clxxiij. lib. ij. cõsi. xiij. lib. iij. clauna. ver. emphyteusis. §. v. summa sylvestri. co. ver. Deci. c. in psentia. col. xxj. de proba. cõsi. clxxj. Cur. Junior consil. iiij. colum. j. Matt. affiic. deci. neap. c. [illegible]

b ¶ Corrigit. Cur. Junior par. ij. parte. iij. princ. colũ. j. feudo.

## Epitome.

1 ☞ Si communitas statuit ageres faciendos ꝛ conseruandos per dominos ꝛ conductores molendinorum ad conseruanda molendina debent eorundem improuisis ꝛ non communitatis fieri.

## Consilium. CXC.

Mature digestis his que in themate tꝫtinent̃. ¶ Ut prima consideratione dicendum commune ciuitatis, non autem dominos ꝛ conductores molendinorum ad onus reficiende ꝛ manutenende vegetis subeundũ ex pluribus teneri de iure. ¶ † Et primo, quia circumscripta iuris municipalis censura de iure communi onus predictum ad conductores molendinorum non spectat. l. ex conducto. in princ. in versi. non reficitur. ꝛ. l. item plures. in princ. ff. loca. l. ꝛ harum. ff. si serui. ven. ꝛ facit. l. hactenus. cum materia. de vsufruc. Sed ita est quod statutum de quo supra nõ vendicat sibi locum: ergo nec iure communi nec municipali possunt dicti conductores molẽdinorum, sed etiam veteri domini nõ sunt de iure ad dictam refectionem astricti: quia casus dicte vegetis faciende, ꝛ reficiende processit nõ ob vtilitatem dictorum molendinorum, sed ob publicam totius communis vtilitatẽ, vt inundationibus aquarum dicti torrẽtis opportune occurratur: ergo commune sentiens commodum ex prouisione predicta debet pari ratione onus sentire, ne alias factum a communi tendat in preiudicium tertij: quod consentire absurduꝫ nefas esset. l. j. §. pro seruo. C. de cadu. tol. in aut. hoc amplius. C. de fideic. l. ij. §. si quis a principe. ꝛ in. §. merito. ne qd in loco publi. ¶ † Tertio, qꝛ lꝫ alias dicamus q princeps vel ciuitas põt preiudicare iuri priuatorũ cum causa ratione publice vtilitatis. l. Lucius. ff. de euict. ꝛ in. l. itẽ si verberatũ. §. j. ff. de bo. dam. ꝛ per totũ. ꝛ no. Innoc. ꝛ canoniste in. c. que in ecclesiarum. ꝛ Bart. in proemio fforũ. ꝛ in. l. fi. C. si contra ius. cum si. tamen

Marginal numbers: 1, 2.

si. tñ priuati qui ex facto ciuitatis leduntur, restaurari debent. l. venditor. §. si cõstat. ff. cõia prediorũ. l. si pendẽtes. §. si quid cloacarũ. ff. de vsufr. l. ij. C. pro qui. cau. serui. ꝓ premio li. acci. no. gl. in. l. si locus. §. j. ff. quemad. ser. amit. ꝛ Fuil. de cu. Bal. ꝛ Bar. ꝛ Ful. in. l. fi. §. fi. ff. de pig. ac. ꝛ idẽ Ang. in consi. incip. visis omnibus ꝛ statutis. ꝛ Bal. in ꝓalle. l. ij. C. pro qui. cau. vbi inter cetera ꝓ hoc allegat. l. mulier. ff. de capti. ¶ Et ideo

3 dixit Bar. in. l. j. §. cura. ff. de offi. prefec. vrb. † qđ nullus possit cogi ad res vendendas, minus iusto pretio: nisi tẽpore necessitatis: per illum tex. iuncta. l. fina. §. in eadem. in fi. cum ibi nota. ff. ad. l. rhod. de iac. ꝛ Bal. ꝛ Ang. in. d. l. si quid cloacarũ. ꝛ Bar. in. l. annonia. ff. de extraordi. cri. ꝛ per doct. in. l. j. ff. de epi. audie. ꝛ in. c. j. de empt. ꝛ ven. ꝛ Jo. and. in addi. Spec. in tit. de execu. sñie. in fi. ¶ Quarto ꝓ hoc facit id qđ decidit Cy. ꝛ post eum Bal. in. l. gallus. §. ꝛ quid si tñ. iij. q. ff. de libe.

4 ꝛ posthu. † vbi querit, nunquid ciuitas que restituit bannitũ possit expresse euz restituere ad bona applicata heredibus infecti. Arguit primo ꝙ sic. arg. eorum que habentur in. c. in nostra. de iniur. ꝛ dam. Contrariũ videtur verum qđ ius acquisitũ non potuit auferri post statutũ vel reformatione ciuitatis. ꝛ dicit Cy. ita de facto tenuisse iudicatũ per legatũ existentẽ Bononie, ad hoc allegat. l. j. in fi. ff. de do. excep. ꝛ. l. toties. ff. de pollici. ꝛ ea que not. in. l. fi. C. si contra ius. bene facit l. si priuatus. ff. de appel. ꝛ quod ibi not. Bart. ꝛ quod no. gl. ꝛ doct. in. l. vnica. C. de in ius voc. ꝛ Inno. in rub. de consue. in fi. prime col. cum allegat. d. l. venditor. ꝛ Joã. and. in. c. nisi. de offi. lega. ergo commune ciuitatis Mutine nõ potuit canale transuersare cum iactura dñorũ aut conductorum ipsorũ molendinorum. ¶ Quinto, qꝛ statutũ de quo supra loquitur in vegete facienda, vt ptz in fi. dicti statuti, ꝛ in rub. per quã de-

5 claratur nigrum, vt not. gl. in. l. j. C. ne li. tertio prouo. ¶ † Qđ

a dixit Bald. esse valde notandũ pro rubricis [a] statutorũ, ꝛ qñ rubrica cõtinet orationẽ perfectam, põt allegari pro textu vt colligit ex gl. j. l. j. ꝙ quisqꝫ iuris. ꝛ gl. in. l. j. C. ne mu. age. ꝛ in l. propter insidias. C. qui accu. non pos. ꝛ not. Jo. and. in addi. Spec. in ti. de dispu. ꝛ alle. ad fi. ꝛ gl. in. l. j. C. ne fi. do. dẽ. ꝛ Jo. and. in. c. cum monasteriũ. de elect. ergo non dꝫ extẽdi statutũ

6 ad reficientẽ cũ in casu proposito de refectione tracto. ¶ † Nã statutũ stricte ꝛ ꝓprie intelligendũ est. l. cõstitutionib9. Dyn. ꝛ Bar. ff. de munici. l. quicquid astringende. ꝛ ibi Bart. ff. de ver. obli. l. quod consti. ff. de testa. mili. l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de

7 exercito. ꝛ plene Bar. in. l. oẽs populi. in. vj. q. princ. ¶ † Sed

b stricte accipiẽdo aliud [b] est facere, ꝛ aliud reficere. l. iij. §. reficere. ff. de iti. actuqꝫ priua. ꝛ ibi Ang. ꝛ gl. in. l. j. §. pe. ꝛ ibi doct. maxime Bal. de mortuo inferendo. ꝛ no. Bar. in. l. fi. §. si quis edificiũ. ff. de ope. no. nun. ꝛ habetur in. c. consuluit. ꝛ ibi Pet. de anch. de iudi. ꝛ gl. xviij. q. ij. de monachis. ꝛ glo. ꝛ doc. in. c. quoniã in quibusdam. de iure patro. ꝛ in. c. j. in versi. domũ. de reli. domi. lib. vj. ¶ Bene facit quod no. Bal. in. l. licet. in. iiij. q. C. loca. ¶ Sexto dato ꝙ cõe potuisset vti priuilegio statuti, tñ soluẽdo ꝛ reficiẽdo vel manutenendo vegentẽ videtur priuilegio suo renũciasse. l. ij. C. de iu. do. impe. c. cum accessissent. de consti. c. pro illorum. de preben. ¶ Septimo ad idem facit, qꝛ prestatio ꝛ solutio diuturna facta a cõi, inducit obligationẽ in futurũ. l. cum de in rem verso. cum ma. ff. de vsur. l. litibus. ꝛ

8 ꝙ ibi Bar. C. de agri. ꝛ cẽsi. lib. xj. ¶ † Sed premissis nõ obstantibus in casu de quo querit̃ cõtrariã sñiam de iure probabiliorem puto, ad qđ ostendendũ presuppono ꝙ dictũ statutũ trahitur ad futuras vegetes, foueas, flumina, vel aqueductus futuros: dato etiam ꝙ statutũ loquit̃ per verba pñtis tẽporis, vt patet in verbo cõducatur. l. Arriani. C. de here. l. j. cũ gl. ff. de cõdi. ex le. l. legis virtus. ff. de legi. qꝛ natura legis est, vt ad futura trahatur. l. leges. C. de legi. c. cognoscentes. ꝛ. c. fi. de cõsti. ita dñs Bar. in. l. oẽs populi. in. vj. q. prin. in verbo, ꝛ quid de tempore. ꝛ Bar. in. l. cum lege. ff. de leg. ꝛ in. l. si ita. in prin. de auro ꝛ argẽ. leg. ꝛ in. l. illicitas. in prin. ff. de offi. prefe. vbi dicit ꝙ alias lex esset modici effectus non trahit̃ ad futura, dato etiã ꝙ loqueret̃ statutũ per verba tẽporis preteriti, vt not. Bal. in. l. leges. ¶ Et presertim hoc erit verũ in casu nostro in quo verba pñt accipi in futuro optatiui, ꝛ in preterito

9 subiunctiui. † Sed ita est qđ vbi verba statuti pñt accipi in preterito ꝛ in futuro, accipiunt̃ solũ in futuro: vt est gl. no. in. c. vt animarum. ꝛ ibi do. Dñicus de constit. in. vj. ꝛ gl. in. c. j. in versi. receperint. de cleri. non resi. eo. lib. ꝛ est gl. no. in. l. cũ lege. §. penul. ꝛ ibi Bal. ff. de cõdi. ꝛ demõst. ꝛ not. Bar. in ꝓalleg. l. oẽs populi. in. vj. q. princi. in. §. pono aliud in statuto continet̃ ꝛc. vbi pro hoc allegat. l. si ita legatũ. ꝛ. l. solemus. ff. de condi. ꝛ demon. ꝛ no. Bal. Ang. ꝛ Jo. de Jmo. in. l. cum in secũdo. ff. de iniust. testa. ꝛ Ant. de but. in. d. c. fina. de cõsti. ¶ Et hoc presupposito infertur qđ statutũ predictum, ꝛ in dicta vegete

opportuna propter dictã interruptionẽ canalis factam a cõi, hoc presupposito fortificent̃ ꝛ tuentur ex pluribus iura cõis

10 Mutine. ¶ † Et primo, vbi cõsuetudo haberet ꝙ conductores deberent certũ quid soluere, talis consuetudo quoscunqꝫ obligaret conductos ad id soluendũ, perinde ac si expresse in cõtractu deductũ esset. l. excepto. C. loca. l. dñi prediorũ. C. de agri. ꝛ censi. lib. xj. l. qđ si nolit. §. qui assidua. ff. de edi. edict. l. j. in fi. cum seq. in prin. ff. de aqua plu. arcẽ. ¶ Ergo ꝛ pari ra-

11 tione statutũ debet posse obligare. † qꝛ statutũ ꝛ consuetudo non differũt penes causam efficientẽ ꝛ eius potestatẽ: sed penes modũ ꝛ formã, ꝛ inquit Bal. in. l. consuetudinis. in. ij. col. C. que sit lon. cõsue. allegat. l. oẽs populi. ff. de iust. ꝛ in. ꝛ. l. de quibus. cum ibi no. ff. de leg. ꝛ no. Bar. in. l. de quibus. in ver. nunquid deesse consuetudinis sit nõ esse scriptũ ꝛc. Bald. in

12 l. ij. in fin. C. de bo. que liber. † vbi dixit quod si quis promisit restituere dotem in omnem casum ꝛ euentũ restituẽde dotis, sm formã statuti quod etiam videt̃ promisisse in omnẽ casuz restituende dotis sm formam consuetudinis: qꝛ consuetudo

13 idẽ est ꝙ statutũ sm eum. allegat ꝓalle. l. de quib9. ¶ † Fortificantur predicta: nam põt preiudicari iuri priuatorũ facto ciuitatis vel superioris, vbi agitur de publica vtilitate ex tali facto resultãte. d. l. Lucius. ff. de euic. cũ concor. s. alleg. ꝛ ideo dicit Ang. in. l. bene a Zenone. C. de quadr. prescrip. ꝙ ciuitas pro pace habenda potest cõcedere bona suorum ciuium. allegat not. per Inno. ꝛ Jo. an. in. c. in nostra. de iniur. ꝛ dam. da. ¶ Dicit similiter Ang. in. l. conuentionũ. ff. de pact. ꝙ duces belli, qui illud proprio nomine inducũt sicut sunt principes, ꝛ barones faciẽtes pacẽ, possunt remittere iniurias ꝛ dãna data in subditos eorũ: ita ꝙ in perpetuum nõ pñt cõqueri neqꝫ ciuiliter nec criminaliter. allegat no. per Inno. in preallegato c. in nr̃a. ita etiã dicit fecisse ciuitatẽ Perusinam, cum pacem

a cum ecclesia cõtraxit. ¶ Et idẽ voluit Ang. in. l. vẽditor. §. si constat. cõia pred. vbi etiã pro hoc allega. l. si qd in bello. ff. de cap. ꝛ ꝙ habet̃ in. l. iij. §. si is pro quo. cum ibi no. ff. qđ quisqꝫ iuris. cum ibi no. per Fuil. ꝛ Ang. in. l. Anthiocensium. ff. de priui. credi. ꝛ Bal. in ꝓalleg. l. conuentionũ. ¶ Et etiã Bal. in. l. quicunqꝫ. in vlt. col. C. de ser. fugi. vbi dixit ꝙ gñale statutum populi, vel per duces belli, cum sit officium ab vniuersis commissum, potest preiudicari iuri priuatorũ: qꝛ res que cõiter prosunt omnibus preferuntur specialiũ personarum commodis. allegat authẽ. res que. cõia de leg. ꝛ no. ẽt Bal. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. faciũt no. per glo. in. c. constitutus. de relig. do. ¶ Ad idem quod Bar. in. l. iubemus nullã. C. de sacrosan. eccle. vbi optime tex. per quẽ dicit Bar. ibi, ꝙ potest capere rector ciuitatis animalia priuatarũ personarũ causa mittẽdi frumentũ in exercitũ. ¶ Apertius firmat hoc

b Bar. in. l. quecũ. in fi. C. de fide instru. ꝛ iur. hast. fis. lib. xj. Ubi dixit ꝙ illa lex facit ꝙ illi qui emerunt in communi Perusij bona bannitorum, non cogentur reddere bãnitis ex forma capitulorum pacis hoc dicentium: qꝛ si super hoc non valet rescriptum principis, vt ibi, multominus statutum vel pactum ciuitatis. Sed veritatem dicit esse in contrariũ: quia questio predicta loquit̃ qñ illud fit propter publicã vtilitatẽ: quo casu etiã ciuitas põt res bãnitorum auferre. l. certa forma. C. de iure fis. lib. x. ꝛ. d. l. itẽ si verberatũ. §. j. cum seq. ¶ Idẽ in simili voluit Ang. in cõsi. iiij. incip. in qõne preposita dubiũ facit ordinamentum, vbi voluit ꝙ si debitores inopes erant absoluti ꝛ liberati per solutionẽ solius partis debiti posset ꝑ sta-

c tutũ induci, ꝙ ipsi debitores ad fortunã pinguiorẽ [c] peruenientes teneant̃ ad integrã solutionẽ, non obstãte priori solutiõe. ¶ Idem dicit Ang. in cõsi. lxiij. nobilis miles domin9 Raymũdus ꝛc. vbi tenet ꝙ ꝓpter bonũ publicũ possit ciuitas ꝑ statutum disponere ꝙ si bãniti relegati non seruauerũt certos cõfines, incidãt in penam mille ducatorum: ꝛ quod dicta pena cõmittatur vt exequat̃ nõ solũ cõtra eos, sed etiã cõtra eorum cõiunctos per lineã masculinã, vsqꝫ ad quartũ gradũ. allegat. d. l. certa forma. ꝛ ea que no. d. ca. in forma. ꝛ ea q̃ no. in. c. nostra. per Inno. cũ simi. ¶ Facit quod habetur ꝛ quod ibi no. in. l. iure. C. de fabri. lib. xj. ꝛ Bald. in. l. sancimus. C. de

d penis, ꝛ ꝙ no. Ant. de but. in. c. nisi. de offi. dele. vbi voluit ꝙ penam cõcernentẽ interesse priuatum superior possit. cum cã remittere ꝛ preiudicare priuato. allegat no. in. d. c. que in eccle

14 siarũ. cum cõcor. ibi allegat. per eum. ¶ † Confirmatur, qꝛ vidimus ꝙ ab iniquitate statuti gñalis nõ põt quis appellare, ꝛ dicere se grauatum. l. fi. ꝛ ibi no. Cy. Bar. Ang. ff. de ap. recip. l. si qua pena. ff. de ver. si. l. ij. §. ex actis. de orig. iur. nisi sta-

d tutum esset conditum contra certam ꝛ singularem personã, [d] puta in preiudicium tertij: qꝛ tũc verũ est ꝙ poterit appellare tertius inique per statutũ oppressus, sm Bar. in. d. l. fi. allegat l. si priuatus. ff. qui ꝛ a quib. l. totiens. ff. de pollic. ꝛ. l. si cõstat.

¶ [a] Rubricis. Bar. Alle. Jas. l. j. si cer. pet. panor. deci. c. bone. de cõfir. vti. vel inuti. deci. cõsi. ccclxxxvj. col. fin. Jas. consi. cxcviij. nu. vij. lib. j. marsi. cõs. xix. nu. v. Adde deci. in rubr. qđ quisque iur. Jaso. consil. ccv. col. vij. lib. ij. Alexã. j. lib. iij. cõs. xiij. nu. viij.

¶ [b] Aliud. Alexã. in rub. ff. sol. matr. Semi. cõsi. cxvij. nu. vj. Jaso. l. j. §. si quis edificiũ. de oper. no. nũ. repet. l. quomin9. nu. xj. de flu. ꝛ col. fi. Fely. deci. c. cum accessissent. col. fi. de cõstitu. deci. l. j. in fi. princip. ff. quod quisqꝫ iuris. l. domum. de regu. iur. Cur. iunior tract. feudo. par. ij. q. j. et consi. clviij. col. iij. Fely. ca. consuluit. de iudeis.

¶ [c] Piguiorẽ. fa. hypp. marsi. repe. l. raptores. C. de ra pto. vgi. nu. xxiij.

¶ [d] Personã. Jaso. cõsi. clxj. in fin. lib. j. cõsi. cxx. i fin. lib. iij.

ff.de appel.et idē voluit Bar.in.l.oēs populi.in.q.prin.in fi.et
Bal.in.l.iudicibus.C.de ap.et quor ap.non recipiunt.l.quis-
quis.Sed dictū statutū est generale cōtra omnes cōductores
molēdinorū,vel habentes:et qui habebāt molēdina:ergo da-
to q sit iniquum et preiudiciale eis et irretractabile. ¶ Cor-
15 roborant predicta † q statutū dz interpretari,vt nō sit inane:
et q aliquid operetur.l.si.ff.ad municip.l.si quādo.de leg.j.c.si
Papa.de priuileg.in.vj.et declarat Bart.in.l.iij.§.pretor.in
versi.sed quero q si statutū dicat q citet etc. de vsufca. et Bal.
in rub.ff.de dam.infec.et in.l.ij.C.qui accu.in pe.col.et Ant.de
but.in.c.cām.de do.et cōtu. ¶ Et si dictū statutū nō intellige
retur de vegetibus opportune faciēdis occasione alicuius fo-
vee,vel aqueductus trāsuersantes canale factū opere cōmuni
tatis vel superioris,nihil operaretur,inane esset quo ad domi
nos molēdinorū,qd ostēdo.Nā vbicūq casu aut facto ipsorū
d.molēdinorū flumē aliqd vel aqueductus alius trāsuersaret
canale non est dubiū q absq dispositione statuti onus faciē-
di vegetes spectet ad dominos molendinorum, et qd spectaret
etiā cōmodū iuxta regulā,qui sentit.de reg.iur.in.vj.cū con-
cord.ibi alleg.in gl.Nam ad habentē seruitutem aqueductus
spectat onus refectionis in prin.et.§.j.ff.cōia pred.et.l.loci.§.si
quis mihi.ff.si ser.vend.ergo cum statutū de cuius validitate
in dubiū non refricatur,nihil operat quo ad dños molendi-
norū in casu proposito vel simili:igitur debet in casu isto veri
ficari vt scilicet dñi suis sumptibus etiā si statutū non dictat
subeant onus dicte vegetis. Et premissa clarius procederent
in his dñis molendinorum,qui post dictā translationē cana-
lis molendina cōstruxerunt et acquisiuerunt:q ipsi non pos-
sunt allegare aliquod ius sibi delatū esse ex trāsuersatione pre
dicta:q tunc tēporis nullū ius habebat.et intelligatur fm di-
spositiones dicti statuti molēdinū acquisiuisse.arg.l.si duo.ff.
de acq.he.l.si prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu. ar. ¶ In-
ducit etiam presumptionē pro iniustitia cōis illa snia que lata
16 fuit in fauorem cōis cum alio litigante.† qm licet snia lata cum
alio in fauorem meū nō facit ius et cōtra tertiū aliū qui in iu-
dicio non fuit,iuxta.l.sepe.ff.de re iud.l.ij.C.qm res iudic.non
no.c.quāuis.de re iud.Tamē inducit presumptionē pro me.
et istud est illud,quale preiudiciū,q facit snia inter alios lata,
habetur in.l.a snia.in princ. ff.de appel.et.l.si duo patroni.in
prin.cum gl.et ibi doc.ff.de iureiur.et no.Bar.in.l.admonēdi.
circa vlt.chartā.ff.de iureiur.in versi.quero quid si dicta testiū
sunt recepta.et Ant.de but.in.c.fi.de iureiur. ¶ Clarebunt in-
super iura cōia ex his que statim subiungā respondēdo ad al-
legata in contrarium ad qd accedo. ¶ Non enim obstat pri-
mum et secundum argu.quod illa procederent vbi nō extaret
statutum de quo supra,ex quo quidem euidētissime disponit
onus,de quo queritur,ad conductores et dominos molēdino
rum pertinere,vt est.s.probatum. ¶ Ad tertium arg. respō-
deo q iura in contrariū allegata loquuntur quotiescunq su-
perior vel ciuitas vellet disponere, aut aliquid facere contra
certam et singularē personā,puta contra Titiū et in eius pre-
iudiciū,q tūc restauratio opportuna est.et ita simplr Ang.in
d.consi.cxxxix.Nam loquitur in statuto seu ornamēto edito
singulariter cōtra Titiū vt ptz in themata qōnis sue. ¶ Nos
autē loquitur in casu in quo viget statutū gñale cōiter contra
oēs qui conduxerunt vel habuerunt molēdina, et statutū ex-
primit q suis sumptibus. ¶ Hec autē longe differūt vel ali-
quid facere vel statuere contra singularē personā,et facere legē
generalē.et probatur ex his que dixit Bartto.in.l.toties.ff.de
17 pollici.vbi inquit no.† q ciuitatis per statutū non pōt alicui
auferre ius suū,vt hic.et in.l.priuatus.ff.qui et a quib.qd intel
ligo verū singulariter vni homini seu quibusdā hominibus.
facit supra ad.l.iul.de anno.l.fi.ff.ad municipa.et.ff. de admi.
re.ad ci.per.l.decuriones.Sed generaliter faciēdo statutū be-
ne posset.l.venditor.§.si constat.ff.cōmunia predi.et.l.anthio-
censium.ff.de priuileg.credi.et in.l.fi.in princip. de appel.reci.
et in.l.omnes populi.in fine.v.q.princ.ergo non infert de vno
ad aliud.i.de statuto facto singulariter ad statutum generale.
patet ex not.per Bald.in.l.iudicibus.C.quorum.app.non re.
¶ Item contraria iura non loquuntur quādo expresse statu
tum nō disponeret q suis sumptibus teneatur onus a statu-
to nostro expresse statutū est de cuius validitate etiā reuocat
in dubiū.vnde cum istis futuras vegetes etiam transuersales
indubitāter trahatur de primo ad vltimū patet q suis sum-
ptibus teneri debent domini molendinorum iuxta dispositio
nem statuti. ¶ Minus etiam obst. quartum arg.de his que
Cy.et Bal.in.l.gallus.in.§.et qd si tm. Qr rñdeo q Cy.et Bal.
loquunt qm nulla suberat iusta cā propter quā auferret ciui-
tas bona alteri quesita vt ptz iuribus allegatis p eos. Secus
si hoc suaderet publica vtilitas: vt in terminis firmat Bart.
in.l.quecunq.ff.de fide instru.et iure hast.fis.lib.xj.cum cōcor-
dā.supra allegatis. ¶ Ad quintum argumētū supra respon-
deo q datoq aliud sit facere,et aliud reficere stricte accipiēdo:
tamē cōsiderando statutum,de quo supra,videtur etiā sensis-
se de manutentione non solum de prima constructione:patet
18 ibi dum statutū dixit,ornare et ornatum tenere.† per sequētia
enī declarant precedētia.l.qui filiabus.in prin.et.l. si seru9 plu-
ri.§.fi.ff.de leg.j.l.vtrum.ff.de peti.here.l.item quia. ff.de pac.
19 ¶ † Preterea dictum statutū emanauit causa publice vtilita
tis:vt necessitatibus hoīm et opportunitate viuendi seu valē-
di gauderent:in quo dicitur publicus fauor versari. declara-
tur in.l.cum hi.ff.de transac.in prin.facit tex.lxxxvj.dist.pa-
sce.ergo ex identitate rōnis patitur extēsionem ad similes ca-
sus,vt not.in.l.si constante.in princi.iunctis ibi not. per Bar.
in.ix.q.j.patris.ff.sol.mat.et gl.in.l.illud.et.l.fi.C.de sacrosan.
eccle.et glo.in.l.miles.in princip.ff.de re iudi.iuncto textus et
glo.in.l.si a primo.in princip.ff.de liber. et posthu.inducendo
eam pront ibi inducit Ang.et presertim fieri potest dicta extē
sio.l.j.§.pe.cum glos.ff.de mor.infe. ¶ Sed ita est q in corre-
ctorijs ex idētitate rōnis,pōt fieri extēsio ad casum qui subla-
ta significatione cōprehenditur sub expresso, vt colligitur ex
no.per glo.et doct.in cle.j.in verbo,eligatur.de elect. Nam sub
electione de qua loquitur ille text.in lata significatione inclu-
di debet prouisio,q qui prouidet alteri de beneficio eligit eum
ad beneficiū:facit quod habetur in.c.querelam.de elect.et in.c.
relatum.de prebē. ¶ Ita de esse in casu nostro cum in vtroq
casu vēdicat sibi locū dicta ratio publici fauoris inchoatiue,
cum nulla alia ratio possit assignari,ratio habet pro expres-
sa:vt no.gl.et ibi Bal.in.l.quamuis.C.de fideicommis.et Bal.
in.l.maximū.in.iiij.col.C.de libe.prete.et in.l.quoties.C.de fi-
20 deicō.et Joā.de Imo.in.l.si.ff.de hered.insti.† deniq statuta
semper extēdunt ad casum,sine quo disposita per statutū nō
poterant commode sortiri effectum,vt dicit Bar.in.l.omnes
populi.in.vj.q.prin.allegat.l.si stipulatus fuero per te nō fieri.
ff.de ver.obl.et.l.non distinguemus.ff.de ar.et.l.ad rem.et.l.ad
legatū.ff.de procu.et.l.ij.ff.de iurisd.oīm.iud. ¶ Sed ita est q
statutum non haberet commode suum effectū, nisi ad ea que
omni exceptione remota,possunt cōpelli domini molēdinorum
ad faciendum,compellantur etiam ad faciendum refici: ergo
etc. ¶ Idē not.Bar.in.l.dubiū.C.de legi.et Ant.de bu.in re-
pe.c.fi.de cōsue.in.lxi.co.in.x.fal. ¶ Et dicit etiā ibi do.Ant.
21 de but.in prima fal.ad confirmationem premissorū,qd † vbi-
cunq verba fm latissimā significationem pnt trahi ad aliū
casum semper ex idētitate rationis fit extensio. Ideo dicit q
si statutum vel consuetudo permittit occidere bannitū,videt
etiā permittere vulnerare:q vulnerare pōt dici occidere, saltē
quo ad vulnerātis intentū.ff.ad.l.Aquil.l.illud. ¶ Pro hoc
allegat.c.j.de elect.li.vj.vbi verbū prebenda, extēditur ad oia
beneficia,que largo modo possunt dici prebende.allegat etiam
no.per Jo.imo.in.c.sciāt.de elec.in.vj.et no.per gl.in cle.j.xsi.
gregibus.de deci.in.c.q periculosum.xsi.epis.de sen.excō.in
vj. ¶ Et latius per.d.Ant.in.d.c.fi.de consue. vbi etiā predi-
cta intelligit esse vera siue ratio sit expresse in statuto siue non:
q expressio rōnis non facit q maior fiat extentio in correcto
rijs,vt not.gl.iuncto tex.in cle.auditor.de rescri.et Bar.ad re-
primendā.in versi.nec eorū.et Ant.de but.in.d.c.fi.in.xij.fal.et
Jo.de Imo.in.l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.et in.l.ij.§.fi.et in.l.
22 edibus.§.j.ff.de dona. ¶ † Sed ita est q large capiēdo, refice
re,dicitur facere,vt supra dixi:ergo statutum de faciente extē-
ditur ad reficientē.facit gl.not.in aut.hi qui ob.in prin.in ver-
sic.ad curationem. Item statutum debet intelligi de tali vege
tis factione, que sit perpetua.l.seruus.et quod ibi Cy. Bart.et
Bal.C.de penis.et qd no.Bar.in.l.sicut.§.supernacuū.ff. qb.
mod.pig.vel hypo.sol.et qd no. Ray.et Bar.in.l.Titio centū.
in prin.ff. de cōdi.et demōst.et Bal.in.l. qui licite.C. vt lite pē.
cum si.Nō ob.vj.arg.de leg.ij.de iure do.impe. cum si.q respō
deo q protestatio facta per cōe,declarat q soluendo non ha-
buit animū renunciādi iuri sibi cōpetenti ex statuto.l.si debi-
tor.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.l.at si quis.§.pleriq.ff.
de relig. ¶ Talis enim protestatio conseruat ius protestātis,
vt no.Guil.et doc.in.l.elegāter.in prin.ff.de pig.acti.et in.l.libe
ra.C.de sen.et in.l.si quis aliū.ff.de sol.et Bar.no.in.l.fi.in vlt.
col.ff.de eo q cer.lo.et Jo.de lig.Dñicus in.c.fi.de cōsue.vbi
pulchre in materia. ¶ Et in proposito nro not. Bar.in.l.j.C.
23 de his qui spon.mu.pu.su. lib.x. † vbi inquit qd qm qs subit
onus spōte,dz ptestari ne preiudicet sibi vel priuilegio suo:et
ideo dicit Bar.ibi q qm fuit sibi posita pstātia a qua se pote-
rat excusare,facit scribi i libro rōnū vel solutionū qd soluebat
non animo preiudicādi sibi in priuilegijs et pactis sibi factis.
et probatur hoc in.d.l.j.et not.idem in.l.voluntarie.in.v.pōne.
in fine

in fine.C.de excusa.tut. Preterea nõ obstat.l.ij.C.de his qui spõ.mu.pu.sub.⁊ in.d.l.voluntarie. ¶ Põt etiã aliter respõderi vt late per Pe.⁊ Cy.in.d.l.voluntarie. vnde extra casum d.l.ij.⁊ simi.est necessariũ ꝙ quis venerit contra suum priuilegium,cum cursu annorũ.xxx.c.accedentibus.⁊.c.si de cetero. de priuileg.⁊.l.fal.C.de diuer.rescrip. ¶ Nõ obst.tex.in.c.cum illorum.⁊ in.c.cum accessissent.potest enim responderi ſm cõpo.ꝙ ideo non tollit,q2 illud tollere erat valde fauorabile propter ampliationẽ seruitiorum.regulariter enim secunduz eum non tollit nisi spatio.xxx.anno.quis cõtrauenerit in iuribus contrarijs. ¶ Uel aliter põt rñderi vt per glo.in.d.c.cum accessissent.⁊ latius per doc.vel põt dici ꝙ ſm Inno.de priuile.

24 in.c.accedentibus.† ꝙ vbi persona habens potestatẽ renunciandi soluit,priuilegio videt renunciatũ:ita intelligit illum tex. Sed ita est ꝙ ex forma statutorum solum commune sine certa solennitate non potest obligari : ergo nõ potuit renunciari priuilegio,⁊ in consequẽtia liberare dños molendinorũ: q2 talis renunciatio ⁊ liberatio dicitur obligatio.l. si vnus.§. pactus ne peteret.⁊ ibi hoc no.voluit Bar.ff.de pac.in.ij.col. cum seq.⁊ in.l.Meuia.§.fin.ff.sol.matr.⁊ in.l.iubemus.C. ad Velleia. ⁊ Bal.in.l.pactuz.in.xxj.q.C.de colla.facit etiam ad impediendã dictã renunciationem.l.preses.cum materia.C. de transactionibus. ¶ Ad vltimum vero argumentum.d.l. cum de in rem verso.de vsu.rñdeo ꝙ protestatio tollit arg.ac esse in potentia facultatis obligan.cõmune sine solẽnitate,vt in proximo arg.dixi. ⁊ in specie firmat Bald.in.l.fin.C.ne de sta.defun.vbi dicit ꝙ.l.cum de in rem verso. cum si. nõ habet locum quando potest apparere ꝙ quis soluit non aĩo obligãdi.potest etiam aliter responderi vt colligitur ex not. per glos. Bar.in.l.cũ de rem verso.in vlti.col.ꝙ breuitatis causa omitto. ¶ Ex quibus concludo breuiter cõe Mutine posse a dicto onere in posterum se tueri prout est subtilissime deductuz per prestantissimũ aduocatũ communis in suis allegationibus. Ita vt superius cõclusum est puto iuris esse Alexander.

## Epitome.

1 Scriptura priuata facta vt detur alteri parti plene patet contra scribentem licet scripta sit absente parte.

## Consilium.CXCI.

Visa scriptura priuata manu dicti Francisci confitentis se habuisse ⁊ recepisse a Blasio Antonio florenos centũ auri ad trafficãdum in arte,ad lucrũ ⁊ damnũ,prout latius in dicta scriptura cõtinetur,⁊ petitione producta nomine dicti Francisci cõtra coheredes dicti Blasij antonij,in quibus in effectu dicit se confessum fuisse ⁊ habuisse dictã pecuniã sub spe future numerationis,⁊ quod nunꝙ habuit dictos centum florenos,⁊ propterea petit declarari scripturam nullam fidẽ facere. ⁊ nullam obligationẽ procedere valere,attento maxime qđ.d.Frãciscus est intra tẽpus biennij prefixi ad opponendũ exceptionem non numerate pecunie,vt latius in dicta petitione continetur.

1 ¶ †Conclusiue loquens dico dictã scripturã fidem facere,⁊ contra scribentẽ probare ea que in scriptura continentur quotiescunq3 ille qui eam scripsit confitet eam se scripsisse. l.Publia.in fi.ff.deposi.in auten. de instrumẽ. cau.⁊ fide.§.si quis igitur.cum gl.in ver.facimus.l.scriptura.cum ibi no.plene per Bar.⁊ alios.C.qui po.in pig.ha.l. cuz de indebito.§.fi. ff.de proba.⁊ melius per Bart.⁊ alios scribentes in.l.nuda.ff. de dona.⁊ in.l.admonendi.ff.de iniu. ¶ Ergo cum nõ neget Fran.se scripsisse apochã predictã,imo confiteatur vt etiã apparet ex suo proprio libello,qui cõtra eum fidẽ facit. l.ij.C. de institu.⁊ substi.sub cõdi.fac.l.cum preciũ.C.de libera.cau.facit

2 fidẽ dicta apocha contra Franciscũ † ⁊ dato etiam qđ dicta scriptura esset facta absente dicto Blasio antonio, prout videtur asserere dictus Frãciscus in libello,tamẽ probat plene non obstante dicta absentia, vt late probat Bart.in preallег. l.nuda.ff. de dona. Et presertim cum scriptura sit vt detur ei in cuius fauorem erat.l.plures apochis.de fide instru.cum ibi not.⁊.l.fi.§.fi.ff.de condi.inde. ¶ Nam huiusmodi scripture, que fiunt vt dentur alteri parti, quãuis sint scripte parte absente,probãt sicut dicimus in epistola.⁊ in.d.l. Publia.§.fi.⁊ etiã firmat hoc in tali scriptura Ioan. de Imol. in. d.l.nuda. not.d.l.cum preciũ.⁊ eorũ que not.Bar.in.l.certum.§. si quis absente.ff.de confes.licet quo ad scripturam libri rationis factam parte absente teneat Ioã.de imo.in.d.l.nuda.quod non probet,q2 scribit per scribentẽ vt retineatur penes se:nõ autez vt detur creditori,vt sic in hoc licet contra Barto.ibi per.d.l. nuda.⁊ per alia ibi allegata per eum.hoc etiam in effectu quo ad casum nostrum tenuit Bal.in.l.vnica.in secũda opi.C.de cõfes.⁊ circa.ij.vel.iij.col.⁊ in.l.si quis ex argẽtarijs.§.ex hoc. ff.de eden.Et licet quo ad scripturã libri aliqui discutiant,tñ quo ad huiusmodi scripturã nemo contradicit:vt etiã firmat Ant.de but.in.c.si cautio.circa.j.col.de fide instru. ⁊ in.c.fi.circa.v.vel.vj.col.extra de confess.

3 ¶ † Et vbicunq3 debitor in scriptura confitet se debitorẽ ex alia causa ꝙ mutui vel dotis, talis cõfessio preiudicat statim ⁊ nõ habet confitens bienniũ ad opponendum exceptionẽ non numerate pecunie.l.generaliter.⁊ ibi gl.in ver.descendentibus.⁊ in ver. casum.C.de non nu.pec.l.in cõtractibus.⁊ ibi gl.j.⁊ vtrobiq3 not.doct.eo.tit.⁊ rationẽ differentie ponũt doct.in locis preallegatis. maxime in.d.l.in cõtractibus.⁊ canoniste in.c.fi.de solutio. ¶ Sed cõfessio de qua in dicta scriptura nõ est ex causa mutui,sed ex cã societatis:q2 in chirographo dicitur ꝙ cõfitetur habuisse cẽtum florenos ad trafficandum in artificio lane ad lucrũ : ideo tunc dicitur esse cõtractus societatis,vt in.c.per vestras.iuncta gl.in verbo lucri.⁊ ibi expressius no.doc.de dona.inter vir. ⁊ vxo.⁊ glo.⁊ doct.in.l.plerisq3.xiiij.q.j.vnus enim ponit operam,⁊ alius pecuniã,⁊ lucrũ ⁊ damnũ debet esse cõmune.imo tunc dicitur esse cõtractus societatis.l.j.⁊ ibi plene not.C.pro socio.⁊.l.societas cõtrahitur.§.j.ff.pro soc.

4 ¶ † Et vbi nõ est facta mentio quantum vnusquisq3 sociorum lucri, ⁊ damni partem ferre debeat,intelligitur quod quilibet dimidiam sentire debeat,vt.l.si non fuerint.ff.pro socio.⁊ not.in dicta.l.j.⁊ habetur insti.eo.§.j.⁊ ꝙ iste sit contractus societatis tenet expresse Saly.in aut.ad hec.in.xiiij.q.C.de vsur. ¶ Ubi añt totum damnũ deberet esse recipientis pecuniam:q2 ita conuentum esset,tunc etiã non esset mutuum : dato ꝙ actum esset ꝙ dãs pecuniã deberet partem lucri ferre,allegat id qđ not.in.c. plerisq3.cum alijs ibi no.per eum ibi: ⁊ per eũ in.l. mutuis.ff. pro socio.⁊ ꝙ nõ cõtineat casum mutui.ff.pro socio.dicit scriptura,etiam bene probatur in.l.Titius vero. ¶ Nec obst.ꝙ in fine dicte scripture dicitur ꝙ dictus Franciscus ita facit,q2 ipse est creditor Leonardi, ⁊ magistri Georgij qui debitores non volentes soluere dicto Francisco,fuerunt contenti ꝙ dictus Franciscus acciperet dictos florenos centum,pmittentes soluere dicto Blasio anto.id quod esset dicto Blasio anto.soluendum p eo tpe ꝙ dictus Franciscus teneret dictas pecunias secundum mores bonorum mercatorum:q2 respondeo ꝙ dicta bona si bene põderetur in aliquo,nõ cõtradicũt cõclusioni quam supra feci,nec his que continentur in principio dicti chirographi.Nã licet dicat ꝙ dicti debitores Frãcisci promiserunt illud quod esset dicto Blasio antonio, seu Algosto ſm mores boni mercatoris, q2 boni mercatores q capiunt pecunias ab aliquibus ad trafficandum prout accepit dictus Franciscus,debent soluere dimidiam partem lucri,⁊ qui pecunias tradidit,accipit partem damni si quod cõtingeret cum ista iusticia conueniat.d.l.ij.nõ fuerint vt dictũ est supra.vnde intẽtio ⁊ effectus verborum dicte scripture circa partem postremã esse videtur,ꝙ attento ꝙ si dicti debitores Francisci soluissent Francisco debitum,non habuisset necesse accipere dictos florenos centum a dicto Blasio ant. ad trafficandum:ideo cũ suis pecunijs exactis a dictis debitoribus potuisset trafficare,⁊ sic omne lucrum si quod factũ esset,spectasset integre ad dictum Frãciscuz. ¶ Preterea intentio dicti Francisci scribentis fui ꝙ dicti sui debitores qui fuerunt sibi soluendi,debeant pro interesse dicti Francisci satisdare dicto Blasio Anto.de illa dimidia lucri quod cõtinget fieri per dictum Frãciscum,⁊ sic totum lucrum remaneat apud Franciscum,vt remansit si dicti debitores dicto tẽpore soluissent dicto Francisco:⁊ illud est iuri conueniens

Visis probatiõibus inductis cõtra ser Laurẽtium ⁊ ser Julianum ex vna parte:⁊ ex opposito probationibus inductis in fauorem dicti ser Laurentij ex altera,⁊ viso statuto sub rubrica de officio,autoritate,⁊ iurisdictione iudicis seu superioris officialis gabellarum,⁊ datiorum ciuitatis Cesene,et statuto posito sub rubrica,de rebus et mercantijs,que extrahuntur de ciuitate Cesene. ¶ Videtur mihi concludendum ꝙ dicte balle,et mercantie illius hebrei de arimino non inciderunt in commissum ratione defectus dicte bulle:et ꝙ in casu predicto non vendicat sibi locum pena inducta a statuto super rubrica, de rebus et mercantijs ⁊c.et cõsequenter,ꝙ licet dictus ser Laurentius licentiauerit dictum hebreum seu dictas ballas:tamen non per hoc dicitur fraudem commisisse,vel tale quid ꝑpter quod ex eo in aliquo teneat. ¶ Moueor et primo,quia dato ꝙ statutum sub rubrica de rebus ⁊ mercantijs dicat ꝙ volẽtes extrahere mercantias debeant ab officialibus gabelle recipere bullam de ipsis rebus extrahẽdis,⁊ si repertum fuerit res vel mercantias non facta publicatione dictis officialibus de dictis rebus et habita bulla extrahere,⁊ habita licentia sine bulla vel cum bulla extrahant post terminum in bulla constitutum,tũc ipsas res vel mercantias perdant ⁊ veniant in communi. Et bulla imperfecta non debeat censeri proprie bulla,vt lege polla.in fine.C.de his quibus vt indignis.l.ij.§.j.ff. quemadmodum testamen.infir.§.penultimo. ¶ Tamẽ dico ꝙ in casu nostro,attento ꝙ bulla facta est,sed non eo modo prout promissum fuit:sed scribens per errorem,mentionem non fecit de pãnis laneis:nam simpliciter dixit in bulla:lassa passare Antonio quatro balle de panno de lino.et in commissione, dictum fuerit ꝙ bulleta fieret de quatuor ballis panni de lino,⁊ de lana.1 † vnde qd̃ est per errorem omissum non vitiat actum etiam requirentem scripturam prout requirebat dicta bulla.hoc ꝓbatur per.l.quoties.in princi.⁊.§.j.ff. de heredi.institu. ¶ Et ad hoc illum textum ponderat ibi Angel.vbi distinguit,ꝙ in actu requirente scripturam,aut nulla est penitus facta scriptura:et tunc peccat in forma ex quo scriptura est de substantia, ideo vitiatur dispositio ca.j.de fide instru.Quandoq; scriptura est facta,sed erronea vt quia fieri debuit de ducentis ⁊ facta est de centum ⁊c.et tunc probato isto errore tenet dispositio. ita probatur in testamẽto in scriptis.et hoc reputat valde notandum Ang.ad intellectum et limitationem dicte legis contractus. ¶ 2 Et ex hoc infert † ꝙ si sententia est in scriptis redacta,sed per errorem,tunc errore probato valebit sentẽtia secũdũ quod fuit in veritate,sed secus si non fuerit scripta,sed voce nuncupata fuerit:quia tunc non valeret cum scriptura requiratur.l.fin.C.de senten.ex breuicu.recitã.c.fina.de re iudi.libro.vi. Istud etiam consequenter sequuntur moderni.in dicta 3 l.quoties. ¶ Hoc voluit Pet.⁊ docto.l.errore.C.de test.† vbi dixit ꝙ vbi requiritur scriptura,sufficit probare per testes de errore:et ita dicit velle Imol.in.c.quoniam contra.de probationibus.bene facit dicta.l.error.cum ibi notat.non violando tex.⁊ per.l.cum proponeretur.cum ibi not.ff.de legat.ij.et ita etiam tenuit Angelus in.l.finali.ff.de condi. ¶ Et ꝙ commissio facta fuerat ab officialibus de facienda bulla quatuor ballarum pannorũ tam de lino,ꝙ̃ de panno,videtur probatã saltem per Franciscum seueri,⁊ Michaelem beleti.⁊ etiam Salomonem.4 † et licet ex dictis testibus quidam deponant plus quã aliꝰ:vt quia vnus dicat,ꝙ Franciscus ser Jacobus, et ser Laurentius commiserunt dictam bullam fieri,alius vero dicat ꝙ per Frãciscum ⁊ per Jacobum fuit facta commissio: tamen isti testes non dicuntur singulares neq; varij,adeo ꝙ omnes non probent Franciscum et Jacobum commisisseꝰ.l.cum furti.ff.de in lit.iurand.c.j.de arbi.in.vj.vbi hoc specifice not. Archidiaco.⁊ in.c.nihilominus.iij.qõne.ix.⁊ Specula.in tit. de teste.§.post quid si plu.⁊ Paul.de leaza.in sua disputatione incipiente,contra instrumentum debiti.⁊ not.Bald.in lege j.in penulti.col.C.de testa. et est de mente Bartol.in.l.final.in fi.de lega.ij.dum allegat dictam.l.cum furti.⁊ hoc tenẽt moderni,vt Joan.de fantu.⁊ Domi.in.c.j.de arbit.in.vj.⁊ in.d.c. nihilominus.⁊ Joã.de imo.in.l.inter pares.ff.de re iudic.⁊ in leg.j.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.⁊ in.c.cum oporteat.circa pe.⁊ vlt.col.de accusat.licet enim vnus testis dicat vnum alter plus,non dicuntur contrarij:vt probatur in.c.j.cum gl.prima. ſm Anto.de butrio.ibi,de off.delega. ¶ Nec predictis obstat, ꝙ dictus ser Laurentius confessus fuit qd̃ cũ Veronensis dixisset ser Laurentio ⁊ Joanni tinctori ista verba videlicet,nõ saueti voi que questi zudei hano portati fuori due some de robe hauctili anchora facta la bulleta.et dictus ser Laurentius respondit ei hoc modo videlicet,ma de no va tu Martino et retineglie la roba.⁊ hoc quia credebat ser Laurentius dictos[a] hebreos non habere bullas,⁊ non habuisse licentiam a dictis datiarijs.ita in effectu se habent verba confessionis sue: ergo ista confessio videtur refragari dictis testium deponentium, ꝙ ser Laurentius vna cum alijs fecerat cõmissionem de bulla tradenda,⁊ nulla est magis efficax probatio quam confessio.l. cum te.de transac.l.fi.C.de fideicom.l.j.§.ff.de interro.act.Quia rñdeo ꝙ posito ꝙ.d.Veronensis ⁊ ser Laurentius intellexerunt et expresserunt in verbis suis de illo hebreo et bullis de quibus est questio,qñ tñ verba confessionis ser Laurentij non 5 important † qd̃ in officiali per multitudinem ⁊ varietatem negotiorum in officio,presumitur eum non habere memoriam ⁊ scientiam eorũ q̃ ab ipsomet in officio gesta sunt:vt no.Bart. ⁊ alij in.l.quod iussit.in vlt.q.ff.de re iudi.p.c. cum olim.de re iudic.standum erit sacramento ipsius ser Laurentij.c.pastoralis.de excep.c.si vero.de sen.excom.c.presentium.de restit.no, glo.⁊ doc.in.l.si cui.§.ijsdem.ff.de accusa.⁊ instit.de acti.§.alie. ⁊ in.c.ij.de temp.ord.in.vj.saltem stãte dicta presumptione,de qua proxime dixi allegando allegata per Bar.in.d.l.quod iussit.⁊ ita mihi iuramẽto attestat̃ prefatus ser Laurentiꝰ. ¶ Et per hoc etiam eodẽ mõ poterit esse rñsum ad testimoniũ Veronensij,qui deponit ꝙ ser Laurẽtius dixit,ꝙ nõ fecit bullam de dictis ballis.⁊ si quã bullam habebãt dicti iudei erat falsa. nam potuit hoc procedere ex eo ꝙ nõ recordaretur dictus ser Laurentius.et istud est tolerabile in officiali,vt proxime dixi. ¶ Preterea poterat ignorare ser Laurentius,an Christo6 phorus fecisset bullam.† istam in facto alterius est probabilis ignorantia.d.l.finali.ff.pro suo.l.qui in alterius.ff.de reg. iur.l.verius.ff.de probatio. ¶ Preterea iste testis in dicto suo est vnicus ⁊ singularis:ergo non probat.l. vbi numerus. ff.de testi.l.iurisiurãdi.C.de test.c.in omni.de test. ¶ Alij duo testes sc; Martinus ⁊ Abraham nihil deponunt,⁊ repugnant predictis.nec etiam Christophorus si bene inspiciatur.tñ q: verba Christophori nõ videntur bene clara.s.quo ad hoc an commissum sibi fuerat ꝙ faceret bullam de ballis quatuor pannorũ tã lane ꝙ̃ lini,tenetur:ideo cõmodꝰ est si iudex ex officio dictũ testem repetat:vt pt; in.d.c.cũ clamor.⁊ ibi no.de testi.no. gl.in auth.de test.§.q: vo nulli.cũ seq.vbi aũt nõ fuisset ꝓbatũ de errore predicto ser Laurẽtij respectu pannorũ lane: tñ si de eorũ quãtitate cõstaret,non sibi imputari posset culpa ꝑ alijs pannis lineis:quia licite portabunt.l.si publicanus.§.pe.in.§. q: amplius.ff.de publica.⁊ not.Bart.in.l.cotem.§.dñs.a o.ti. ⁊ Cy.⁊ Bald.in.l.cum proponas.C.de nau.feno.⁊ sic cõcludo dictas mercantias non incidisse in commissum.

[a] ¶ Preposterationis.s.lib.j.cõsil. xlvj.nu.x.Ruge. de mo.rep.l.traditionibꝰ.nu.lxxvj. C.de pac.

## Summarium.

1 ☞ Imperator ⁊ papa habent limitatam potestatem,vnde licet de ea disputare.

3 Emptio data causa remunerationis,vel per contractum,non potest reuocari.

13 Uniuersitas vitiat in appellatione personarum, nu.34.
14 Princeps sine causa, ⁊ sine clausula non obstante, potest in modico ledere.
18 Princeps potest ex causa totum ius tertij auferre, ⁊ priuilegium reuocare.
26 Derogatio generalis sufficit.

# Consilium. CXVI.

1 NEc arguendi sumus interdum † si de principis potestate prout in consultatione presenti accidit disputare contingat cū ⁊ imperatori ⁊ pontifici a Deo potestates limitate tribute sint: vt plura sint in quibus eorum autoritas versari non potest. patet in.c.literas.de restitu.spolia. ⁊ in.c.cum ad monasterium.in fin.de sta.monach.xxv.questio j.sunt quedā. ⁊ quod legitur ⁊ no.in.c.ex publico.de couuersa. coniuga. ⁊ plene Spe.in tit.de leg.§.nunc breuiter dicendum. ⁊ gloss. ⁊ doc.in prealle.c.cū ad monasterium. ⁊ in.l.fi.si contra ius.per gloss. ⁊ doc. ⁊ per Bald.in.l.eam quam.in.xij.col.C.de fideicom. Uidetur igitur in consultatione premissa, prima cōsideratione dicendum.d.iiij.decreta.et priuilegia immunitatū concessa terre communi Gregni, ⁊ Cassigni, Insiglole, ⁊ Beluideris, ⁊ Capugnani inuiolabiliter obseruari debere, nō obstante apostolica suspensione ⁊ contractu venditionis, ⁊ capitulis antedictis: quod probari potest ex pluribus. ¶ Et primo: nam decretum concessum terre ⁊ hominibus Gugli emanauit in remunerationem damnorum que passi fuerunt homines predicti pro conseruatione obedientie ad statutum communis Bononie ⁊ in decreto sit mentio ⁊ similiter concessio facta oībus cōmunis Beluideris, fuit concessio in remuneratione aľs p eos cōcessam cōi Bonoñ. 2 † Sꝫ ita est ꝙ cōcessio in remunerationem nō dicit mera liberalitas, vel donatio ꝓprie. ita dicit Bar.in pemio ffor̄.allegat.l.sꝫ si lege.§.cōsuluit.ff.d pet.her. ⁊ in.l.aquiliꝰ. ⁊.l.si pater.ff.de dona. ⁊ cano.et maxime do.Abb.in rub.extra de dona.p.l.j.ibi, ⁊ propter nullam causam ⁊c.ff.de don. ¶ Et ideo nō eget insinuatione: vt no.in prealleg.l.aquilius.vbi per gl. ⁊ doc. ⁊ nota.Gui.de cu.in.l.illud. ⁊ ibi per Bal.C.de sacrosan.eccl. ⁊ Bal.in.l.ij.ad fi.C.ne liceat potentiori. ⁊ in.l.iiij.C.qui bo.ced.pos. ⁊ Gui.de cu. ⁊ Bald.in l. ⁊ sic mortis.in fi.C.ad.l.fal.in.l.fi.ff.de exerci.in lect.antiqua. ⁊ per Joan.and.in addi.Specu.de instru.edi.§.porro.in addi. mag. ⁊ Old.in consilio.ccxix.incipiē.ad habendam aliqualeꝫ notitiam ⁊c. ⁊ in consilio.v.incipien.titius dedit duobus coniugibus. ¶ Et ideo talis concessio ob merita, est omnino irreuocabilis etiam si ingratitudo superueniat: allega.l. si pater. §.fi.C.de reuocā.dona. 3 ¶ † Et ideo licet aľs priuilegium exemptionis possit reuocari propter ingratitudinem vt not.Bal. in.l.ij.C.de liberis ⁊ eorum liber.tamen videtur quod vbi esset cōcessum in remunerationem per ingratitudinē reuocari non posset per predicta.quod expresse firmat Bal.in.l.si cuꝫ mihi. ff.de dolo.vt infra referam. 4 ¶ † Secūdo probat: nam concesse fuerunt immunitates predicte per modum contractus vltro citroqꝫ obligatorij patet maxime in decreto concesso communi ⁊ omnibus terre Cassigni et Mulioni, quibus immunitas concessa est cū hoc ꝙ teneantur suis laboribus ⁊ custodijs saluare ⁊ custodire arcem terre ruste, ⁊ similiter cōcessio immunitatis hominibus beluideris facta fuit cū hoc qđ ipsi teneātur continuo ad reparationem castri ⁊ etiā ne habeāt deserere castrum. Unde cum pro parte sua homines predicti adimpleant ea que ſm formam predicte concessionis tenētur, non videtur decretum posse per superiorē reuocari: vt no.in.l.quod semel. per Dy. ⁊ Bar.post glo.ff.de decre.ab ordi.faci. ⁊ nota.Bart. in.l.oēs populi.in.iij.questione principali.in versic.supra queritur vtrum liceat.ff.de iust. ⁊ iu.l.item eorū.§.ꝙ sicut actor.in 5 gl. ⁊ in.§.ex his.cum ibi no.ff.qđ quisque vniuer.no. ¶ † Tertio confirmatur autoritate Bald.in.l.qui se patris.in.x.col.in ver.hoc scias ⁊c.C.vnde liberi.vbi dicit ꝙ imperator nō potest feudū auferre sine causa nisi sit precatio cōcessum: quia speciale est in principe vt possit reuocare suū priuilegium sine causa cū sit alteri ius quesitum ſm Nico.mat.vbi refert allegat.l.qui fundus.C.de omni agr.deser.lib.xj.reprobata opi. Gui.de suza.et Bal.ibi plenius recitat nisi concedatur priuilegium pretextu concessionis facte a suscipiente que continet aliquam dationem vel factum, que hꝫ perpetuā ꝯmensurationē cū ꝯcessa, tūc eñ reuocare non pōt: qꝛ dolū cōmitteret.ff.de dolo.l.si cuꝫ mihi.ſm Nico.de mata.reassumpsit Bald.in prealleg.l.qui se 6 patris. ¶ † Quarto per id quod dixit Bal.in.d.l.si cum mihi. ff.de do.vbi dicit ꝙ p illam.l.decidit Nico.de mata.qđ si statuto ciuitatis cauetur, ꝙ quicunqꝫ venerit ibi ad habitādū ⁊ steterit ibi per certū tēpus sit exēptꝰ a collectis.qđ si postea ciuitas facit statutū in cōtrariū, in preiudiciū illorum qui iam venerunt, poterūt illi iuuari per exceptionē vel actionē de dolo. ¶ Per illā.l.subdit etiā Bald.ibi ꝙ priuilegiū concessum qđ nō pendet ex sola autoritate cōcedētis, sed ex iure acquisito alteri, propter qđ factū cui cōcessio facta est, reuocari nō potest. ¶ Et p hoc dicit se cōsuluisse in ciuitate Senarū, qđ priuilegiū datū quibusdā bānitis, vt possint secure morari i ciuitate, eo ꝙ eorū opera occupauerūt quoddā castrū, est irreuocabile, per dictā.l.si cū. ⁊ p gl.in.l.decurionibꝰ.C.de silent. ⁊ decur.lib. xij.quā gl.p singulari allegat Bal.in.c.fi.in princip. quo tēp. miles. ⁊ Bal.in.l.si qū.in princ.C.de inoff.test. ⁊.l.fi.C.si cōtra ius.C.de Justiniano cod.confirman.in princip. ⁊ in.l.non plures.in fi.C.de sacrosanc.eccle. ¶ Et p hoc etiā allegat Bal.in preallegata.l.si cum mihi.qđ donatio facta ob merita non pōt reuocari, nec eget insinuatiōe: allegat dictā leg.Aquiliꝰ. ⁊.l.si 7 pater.in fi.de dona. ¶ † Quinto per id qđ dixit Inno. ⁊ doct. in.c.nouit.de iudic. ⁊ Archidiaco.xj.qō.j.quicunqꝫ. ⁊ in.c.licet canon.de electi.in.vj.vbi dicūt qđ vbicunqꝫ lex, vel statutum, vel priuilegiū trāsit in contractū, vel priuilegiū non potest reuocari sicut nec cōtractꝰ.l.sicut.C.de actioni. ⁊ obliga.l.ꝑfecta. C.de dona.que sub mō.l.ij.C.ne lic.ab emp.disce.allegat no.in c.cōstitutus.de religi.domi. ⁊ sequitur do. Anto.in.c.q̄ in ecclesiarū.de consti. ¶ Item etiam dicit Bald.in.l.fi.C.de cōdi. ob cau.vbi dicit quod si statuto cauet, ꝙ quicūqꝫ doctor legat medicinam de mandato, habeat a cōi centum aureos pro salario. Et quidaꝫ post statutū incipit legere qđ non potuerit sine causa cassari: qꝛ transiuit in contractum.allegat not.in.d.l. 8 semel. ¶ † Sexto confirmatur, qꝛ cū vltro citroqꝫ obligatoria emanauerūt precedente supplicatione impetrantium, videtur cōtractꝰ initi p epistolam iuxta.l.cōsensu.ff.de act. ⁊ oblig.l.j. in fi.ff.de contrahen.empt.l.qui aūt.§.sed cū.l.seq.ff.de constit. pecu. Sed ꝑnceps suū cōtractū seruare tenetur.c.j.de nat.feu. ⁊ in.c.j.de proba. ⁊ ibi no.Jo.an.in.l.digna vox.vbi hoc not. Guido de suza. ⁊ Bal.C.de leg. ⁊ Bal.in.l.ex imperfecto.C.de testi. ⁊ Bald.in.l.pe.C.de dona.inter vir. ⁊ vxor. ⁊ ibi dicit qđ priuilegium ciuitatis concessum comitatensibus, aliquo dato 9 reuocari non potest. ¶ † Idem voluit Gui.de suza.in questionibus suis in.q.incipiente, statutum est quod quicunqꝫ venerit ad habitandum Rhegij, habeat immunitatem vsque ad iiij.annos.aliqui fuerūt eo modo.ciuitas vult reuocare, queritur an possit.arguit quod nō,[a] per.l.ij.C.de indic.vidui.ibi dum dicit, augere ⁊c. ⁊.ff.de bon.damnat.l.cum ratio. ibi ampliorum imperium allegat: quia ciuitas nobilissima dicitur q̄ pacta obseruat.ff.de incend.ruin.nau.leg.j.in prin. In contrarium allegat quod non valeat. ⁊ reuocari possit: per.l. vacuatis.C.de decur.libro.x. Soluit qđ prima oppositio sit verior quia.l.vacuatis.intelligitur quando immunitas datur omnibus, ex quibus propter hoc ciuitas non augetur. ⁊ ita respondet ipse. ⁊ idem tenuit Joan.and.in addi.Spec.in titu.de censi.§.nunc dicendum.in addi.incipien.per hanc legē ⁊c. vbi refert Guido de suza.ita tenuisse per.l.final.ff.de pact. ⁊ per.l. si 10 post mortem.§.fi.ff.de bono.pos.contra ta. ¶ † Septimo princeps non potest sine causa auferre ius quesitum iam alteri: ita dixit glo.xxij.distinctio.c.j.in gloss.que incipit, nec papa ⁊c. ⁊ Joan.andr.in addi.Specu.in tit.de lega.§. nunc ostend.super ver.lvij. ⁊ not.Innocent. ⁊ Joan.and.in.c.innotuit.de electi. ⁊ in.c.que in ecclesiarum. de constitu. ⁊ dato qđ sine causa possit ius alterius auferri de plenitudine in potestatis: vt notat gl. in.c.constitutus.de religi.domi. ⁊ Specula.in.d.§. nunc ostēdēdum.ver.lxxxix. ⁊ no.gloss.xv.qō.j.ecclesie. ⁊ Bal.post Cy. in.l.rescripta.C.de preci.impera.offe. ⁊ Bald.in.l.fin.in.ij.col. ff.de cōstitu.princip.vbi ad hoc allegat.l.qui fundo.C.de omni agro deserto.libro.xj.tamen princeps nō videtur velle vti. plenitudine potestatis: vt no.Innocē.in dicto.c.innotuit.de electio. ⁊ Angel.in.l.bene a zenone.de quadrien.prescript.facit.l.bonorū. ⁊ ibi Bald.C.qui admit. ⁊.l.ꝙꝙ.C.de testamē.milit. ⁊ Bald.in lege.ij.C.de cōmuni re.alienatio. ⁊ probat in.l. si quando.in princip.C.de inoffic.testamē. ¶ Octauo: naꝫ suspēsio sanctissimi dñi ꝯcernit tm̄modo immunitates cōcessas ecclesijs, seu priuatis tam clericis q̄ laicis: ergo nō comprehē 11 dit cōitates ⁊ vniuersitates hoiꝫ ꝑdictorꝫ † cū appellatiōe ꝑsonarū[b] nō ꝯprehēdant ꝓprie etiā stricte sumpto vocabulo vniuersitates.i aut.idē quēcūqꝫ.C.de episco. ⁊ cle. ⁊ ibi no. Bald. facit tex.i.c.Roma.§.vniuersitatē.d sen.excō.i.vj. ⁊.l.mortuo. ff.de fideius. ⁊ no.Joā.and.c.cū in illis.de prebē.i.vj.in nouel. ¶ Et ideo statutū faciēs mētionē de ꝑsona.nō cōprehēdit ciuitatē, castrū, vel aliā vniuersitatē q̄ est persona ficta: ita dixit Bal.i.l.oēs ppľi.i pe,col.ff.de iust. ⁊ iure. ⁊ sequit Pet.de anc. in repe.

[a] ¶ Quod nō.j.li. iiij.ꝯsi.fi.nu.xviij.

[b] ¶ Personarum, Jas.l.fi.co.l.ij.Cō pac.l.si quis maior.C.de transf.cō. cxviij.col.v.libro j.fel.c,eā.ias.co.x. de rescri.So.con. cclxxv.col.v.li.ij.

in repe.c canonum statuta.de cõsti.circa fi.ver.circa tertiũ mẽbrũ vtrũ statutum extẽdatur ad casum fictũ ꝛc. ❡ Et si cõsti tuo te procuratorẽ ad agẽdũ contra omnem personã mundi, nõ videor te constituisse ad agendũ cõtra collegiũ, vniuersitatẽ, vel rempublicã. ita dicit Bal.in rub.C.ad trebel.neqꝫ contra communitates cũ nõ veniant appellatione personarũ cũ dicantur habere rem publicã saltẽ large.l.sed ꝛ his.circa prin. ff.de publicia.no.in auẗ.de here.ꝛ fal.in prin.ꝛ in.l.cum vectigal.de verb.signi.no.doc.in.l.res publica.C.quib.ex cau.ma. ꝛ in rub.C.de iure fis.lib.x.ꝛ Cy.ꝛ Bal.in.l.j.§.etiã per pc. de in integ.resti. ❡ Nono † , qꝛ princeps per generalẽ illã suspensionẽ decretorũ immunitatũ nõ debet presumi preiudicare illis qbus iã ex cã onerosa, id est per priuilegiũ transiẽs in contractũ ex quo erat ius iã quesitũ, sicut videmus in generali dispositiõe vł arbitrio, nõ venit ꝙ qs ius alteri acqsitũ auferat, vt determinat gl.no.in.d.cle.sepe.in ver.defensiões.de ver. signi.quã summe no.doc.in.l.filiusfa.ff.de dona.ꝛ Bal.in.l.cũ antea.C.de arbi.ꝛ in.l.milites.C.de testa.mili.no.per Bar. in l.ambitiosa.ff.de decre.ab ord.fac.in.ij.col.ꝛ Bar.in pemio. C.in.ij.col.ꝛ ibi p Bal.in fi.ꝛ Bald.in.l.j.ff.de mili.test.ꝛ in.l. si quis maior.in prin.C.de trãsactio.ꝛ in.l.si post tres.in lectura in.xxj.col.ff.si qs cau.facit.l.libertus.ff.de ope.liber.c.gratuallis.de iureiu.l.quam tuberonis.§.alia.ꝛ.l.qui pecu.ff.de pecu. ❡ Unde videtur ꝙ decreta immunitatuꝫ de quib⁹ specialiter est facta mentio, illa remãserũt ꝛ teneãt maxime cum in his sit apposita clausula nõ obstãte, qꝛ lꝫ nõ teneat prestatio ꝛ cõcessio immunitatis ꝛ dathijs ꝛ gabellis.l.omniũ.C.de vectig.ꝛ cõ.l.vacuatis.C.de decur.li.x.tñ fallit nisi inserta sit clausula nõ obstãte: vt pbaẗ in pealle.l.vacuatis. ❡ † Decimo ꝛ vltimo videtur ꝙ debeat in predictis recurri ad interpretationẽ dñi Legati ꝛ magnificorũ dominorum sexdecim reformatorũ status, nam dictus Titius emit datia ad pacta capitula noui campionis, in quib⁹ capitulis cõtinetur quod omnia decreta immunitatũ sint suspensa pro certo tẽpore: ꝛ in fi. dictorum capitulorũ cõtineẗ ꝙ circa capitula predicta contingat in aliquo dubitari, stari dꝫ interpretationi ꝛ declarationi dictorũ reuerẽdissimi legati, ꝛ dominorũ sexdecim ꝛ ad ista tuẽtes spectat suũ statutũ interpretari.c.ex parte vestra.de ꝟ. sig.ꝛ ibi no.plene: ꝛ no. Bar.in.l.omnes populi.in.vj.q. prin. in prin.ff.de iust.ꝛ iur.ꝛ Bal.ꝛ Ang.in.l.ex facto.in princ. ff. de vul.ꝛ pup. ❡ Et sic ad concedentem priuilegium suum interpretari.c.cũ venissent.de iudi.c.cũ tẽpore.de arbi.l.ij.ꝛ.l. fi. C.de leg. ❡ Et ad iudicantẽ spectat suã sentẽtiã interpretari. l.ab executore.ꝛ ibi plene no.in princ.ff.de app.l.j.in fin.ff.de preto.stipu.ꝛ in.l.in pretoris.eo.titu. ❡ Eius em est interpretari, cui⁹ est cõdere.inter alia.de sen.exc.xj.q.j.ex his.ꝛ pbaẗ in.c.j.de post.prel. ❡ Et ex his permissis itaqꝫ vr̃ pma facie hãc cõsultationẽ retineri posse. ❡ Sed eis nõ obstantibus arbitror ex pluribus cõtrariã sentẽtiã de iure probabiliorẽ esse, † ꝛ primo qꝛ princeps etiã sine causa modice põt ledere etiã sine clausula nõ obstante.d.l.quoties.C.de preci.imp.offe.ꝛ ibi no.facit.c.pastoralis.de app.in.c.ex parte.el.ij.de offi.dele.cũ ibi no.ꝛ plene no.Inn.in palle.c.que in ecclesiarũ. ❡ † Un̄ pt princeps differre exactionẽ ꝛ sol.ꝛ interim nõ current vsure ꝛ exactiones: vt.d.l.quoties.cũ ibi no.p Cy.in.v.q. Sed hic differtur seu suspẽditur vsqꝫ ad bieniũ tñ executio dictoꝝ decretorũ ꝙ bieniũ dr̃ esse tẽpus modicũ nõ aũt lõgũ.l. fideicõmissa.§.aristo.ff.q ꝛ a qbus.l.j.§.qõ ait.ꝛ ibi no.ff.de superfi. ptꝫ in rub.C.de pscr.lon.tẽp.no.per gl.in rub.C.que sit lõ. ꝯsue. et in.l.si filius.C.de peti.here.ꝛ in.l.cũ de in rẽ verso. ff.de vsu et ha.ff.si ager vecti.vel emphy.pet.in.l.lꝫ.C.de acqui.poss.ꝛ in l.furtũ.§.fundũ.ff.de vsu.ꝛ gl.ꝛ doc.in cle.j.de reb.ecc.nõ alie. ꝛ sic cesset disputatio.de qua p Pe.ꝛ Cy.i.d.l.qties. q dubitat an illa lex locũ habeat i dilatiõe decẽ annorũ. ❡ † Scdo, nã princeps põt ea que sunt inducta de iure diuino, naturali, vel gentiũ tollere etiã sine causa cũ clausula nõ obstante, etiaꝫ si agaẗ de alteri⁹ graui piudicio: vt firmat gl.ꝛ doc.in.l.fi.C.si cõtra ius.ꝛ in.d.l.quoties.ꝛ in.l.j.de ꝯsti.prin.d.l.rescripta.et Inn.ꝛ Can.in.c.q i ecclesiarũ.de cõsti.ꝛ in.c.qꝛ pleriqꝫ.de immu.eccle. Et priuilegiũ a se ꝯcessum reuocare põt: vt no.in gl. fi.i.c.decet.de reg.iur.in vj.ꝛ Ang.in.l.Antiochẽsiũ.ff.de priuileg.cred.vbi dicit ꝙ etiã sine aliqua causa hoc reuocari põt. ❡ † Tertio soli principi reseruatũ est in priuilegiũ vt ius alterius, etiã sine causa auferre potest: vt no.gl.in.c.cõstitutus. in ver.ꝛ quocũqꝫ iudi.de reli.domi.ꝛ glo.vj.q.j.ecclesie.ꝛ gl. pe. ix.q.iij.cõquestus.per tex.xj.q.j.frater Adrianus.no. Spe.ꝛ Jo.an.ti.de leg.§.nũc ostendendũ.ver.xlviij.ꝛ versi.lxxix. ꝛ Bal.in.l.fi.in.ij.col.ff.de cõsti.pn.ꝛ i.d.l.rescripta. ❡ † Quarto, princeps ea que cõcessit põt ex causa reuocare, cum reuocatio tẽdat ad preiudiciũ subditi.tex est scdm intellectũ Inno.

ibi in.c.cum nostra.de iniur.ꝛ dam.da.ꝛ ibi hoc aperte firmat Anto.de but.qui dicit opi.Bar.in.l.oẽs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.tenentis ꝙ non possit reuocari statutũ qñ transiuit in cõtractus, debet intelligi in non subdito. Sed dictũ Inn.in.d. c.in nostra.procedit in subdito per illũ tex.ꝛ idẽ tenet Ant.de bu.ꝛ do.Car.ꝛ Jo.de imo.in prealleg.c.nouit.de iudi.ꝛ.c.que in ecclesiarũ.de cõsti.sed illa suspensio decretorũ ꝛ immunitatum facta fuit inter subditos, ex causa concernentẽ vtilitateꝫ publicã, vt ptꝫ in eodẽ: ergo potest dici suspẽdi potuisse ea que transiuerunt in contractũ. ❡ Pro hoc, qꝛ licet princeps non potest auferre dominiũ acquisitũ ex contractu iure gentium, secundũ magis cõmunem sententiã: † tamẽ ex causa illud tollere potest: ꝛ maxime si sit causa publicã vtilitatẽ respiciens.l. itẽ si verberatũ.§.j.ff.de rei vẽdi.l.lucius.ff.de euict.l.vẽditor. §.si constat.ff.cõmunia predio. probaẗ in.l.ij.ꝛ ibi Ange.ꝛ.l. bene a zenone.C.de quadri.prescrip.ꝛ firmat Inn.in prealle. c.que in ecclesiarũ.ꝛ in.c.qꝛ pleriqꝫ. de immu. eccle.ꝛ Bart.in proemio.ffoꝝ in prin.ꝛ in.l.fi.C.si cõtra ius.Pe.Cy.in.d. l.rescripta.ꝛ ibi Bal. ❡ Et ideo dicũt Bal. ꝛ Ang.in antiochensium.ff.de priui.credi.ꝛ in.d.§.si cõstat.ꝛ in.d.l. bñ a zenone.qd superior propter publicã vtilitatẽ, puta propter concordiã ꝛ pacẽ ineundaꝫ potest remittere iniurias ꝛ dãna subditis illata: allegat tex.cum ibi not.per Inno.in prealleg.c.in nostra.ꝛ per tex.in.l.si quis in bello.in fi.ff.de capti. ❡ † Et p hoc optime tex.in.l.qd semel.ff.de decre.ab or.fa.vbi etiã inferior, puta decuriones, licet suum decretũ reuocare nõ possint tamen fallit propter causam reipublice expedientẽ, vt ibi.ꝛ intelligitur illa.l.decreto.qd transiuit in contractũ, vt ibi per gl. in verbo itẽ speciale.ꝛ ibi clarius hoc tenet Dy.ꝛ Bart.ita ꝛ ibi est casus coniuncta gl.ꝛ dicunt doct. ꝙ decretũ qd transiuit in contractũ, põt reuocari ex causa respiciente publicã vtilitatem.ꝛ ita nulluꝫ tex.ad hoc precise allegat Ang .in.l.ij.ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris. ❡ Accedit quarto qd no.gl. in.c.constitutus.in verbo, quecunqꝫ.de reli. domi. que firmat ꝙ etiã inferior cum causa potest ius suũ alteri auferre: dato ꝙ non põt sine causa.ꝛ no.per gl.xxv.q.ij.in summa.ꝛ per Bar. in proemio ffoꝝ, in prin.ꝛ statim confirmabo. ❡ † Quinto ad idem quod not.Bar.in.l.quicunqꝫ.in fin. C. de fide instru.ꝛ iure haste fisc.lib.x.vbi dixit ꝙ per illam.l.videbatur ꝙ illi qui emerunt a communi Perusij vendente bannitorum, non cogantur reddere exbannitis ex forma capitulorum pacis hoc dicentium.sed in contrariũ dicit esse veritatẽ. questio predicta loquitur quãdo imperator rescribit propter publicã vtilitatẽ, qꝛ tunc potest res priuatorũ auferre, eodẽ modo ciuitas: allegat.l.certa forma.C.de iure fisci.lib.x.ꝛ.d.l.idẽ si verberatum.ꝛ.d.l.lucius.ꝛ.d.§.cõsuluit. ❡ Et secundũ hanc decisionem debet intelligi id quod not. Cy.ꝛ Bal. post eum in l.gallus.§.ꝛ quid si tantũ.in vlti.col.in versi.iij.q. est ꝛc.ff. de libe.ꝛ posthu. vbi dicit ꝙ si ex forma statuti bona occidentis applicanẗ heredibus interfecti, ꝛ Titius occidit seruũ Seij, ꝛ propter hoc fuit bannitus, ꝛ bona eius applicata heredibus Seij quod nõ poterit ciuitas per statutum vel reformationẽ restituere bannitum ad dicta bona.allegat ad hoc Cy.ꝛ Bal.tex.in.l.j.ff.de doli excep.ꝛ.l.toties.de pollicita.ꝛqd no. in.l.fi.C.si cõtra ius.ꝛ ita refert fuisse determinatũ per legatũ Bonoñ. Nam istud procedit in preiudiciũ tertij qd nõ potest fieri sine causa, alias secus, vt proxime dixi. ❡ Et ita etiã no. Bal.de pace cõstan.in versi.priuilegia.cum seq.Bal.etiã in.l. fi.in princ.ff.de senato.in prin. decidit principẽ ex causa posse ius acquisitum ex ꝯtu inito auferre.allegat.l. qui fundos.C. de omni agro de.lib.x.ꝛ Bal.in.l.penul.C. de dona.inter vir. ❡ Causa auteꝫ propter quã fuit facta romano pontifi.dicta decretorũ suspẽsio, est in apostolicis literis expressa, scilicet ꝙ redditus ꝛ prouẽtus propter dictas immunitates sunt adeo diminuti, vt nequeãt incumbentia republice supportare: que causa dr̃ esse satis probata p verba illa narratiua, vt in clem, j.cum glo.in verbo, fecisse narramus.de proba.ꝛ glo.penul.in c.nonnulli.de rescrip. ❡ Facit quod habetur in.c.cum a nobis.ꝛ ibi doc.de test.ꝛ maxime cũ papa in dictis literis asserat se de pdictis plenã notitiã habere ad hoc, vt no.in cle.ij.in fine.de rescrip.ꝛ in.c.statutũ.in ver.literarum.eo.titu.libro.vj. † nam vbi princeps aliquid ex certa sciẽtia facit: credendũ est illud esse verũ, nec debet in dubio refricari.ita dicit Bar.in.l. cõficiunẗ.ff.de iure codicil.p.l.ij.C.de litig.ꝛ.c.j.ꝛ.ij. de confir. vti.no.Bal.in.l.fi.C.sentẽ.rescin.nõ pos. ❡ † Quinimo etiaꝫ si nulla esset expressa, esse tñ in principe[a] semper presumitur causa.ita tenuit Cy.ꝛ Bal.in.l.rescripta.de preci.impe.offe.ꝛ Jaco.but.in.l.fina.C. si contra ius. Anto.de butri.ꝛ Joãnes de imo.in.c.cum inter.de renũcia.ꝛ allegat.c.que in ecclesiarũ. ꝛ Bal.in.l.si testamentũ.C.de test.ꝛ do. Abb.in.d.c.cũ olim.

vv

[a] ❡ Principe.3.lib. j.consi.ij.in fi.

in.viij.colū.de re iudi.facit.c.in presentia.de renuncia.c.cū inter.c.sicut.de re iudi.& qd no.glo.fi.in.l.relegati.ff.de penis.et
24 sequit Ant.de but.in.c.cōstitutus.de reli.domi. ¶ †Sexto cōfirmat ubicunq̧ princeps apponit clausulā, ex certa scientia.videtur uti plenitudine potestatis,ut no.gl.in.c.ad hec.de rescrip.et in.c.ex parte.el.ij.de offi.deleg.& Old.in cons.cclvj. incip.factum tale est.& Bal.in.l.eos qui.in prin.C.de appel.& Imo.in.l.quidam consulebant.de re iudi.& l.Barbarius phi lippus.in fi.ff.de officio pretoris. ¶ Sed ita est q̄ ubi dubitatur an princeps voluerit ius alterius auferri, inspicitur an uti voluerit plenitudine potestatis,puta adijciēdi clausulā nō obstante,aut aliud simile:quo casu presumitur voluisse auferre ius alteri quesitū quomodocunq̧ etiam si tractetur de graui preiudicio.ita concludit domi.Anto.& expressius Ioā.de imo.in.c.que in ecclesiarum.& allegat no.per Cyn.post glo.in l.fi.C.si contra ius. ¶ Subdit etiam qd semper presumit etiā pṙnceps velle ius tertij ledere,ubicūq̧ modice ledit p.d.l.quoties. ¶ Sz ita est q̄ dictis literis apostolicis est adiecta clausula,ex certa sciētia:seu de predictis plenā notitiā habētes &c. Et etiam agitur de modico preiudicio,ut ostensum est supra: ergo presumit principē voluisse dictas immunitates quomodocunq̧ quesitas suspēdere. ¶ Pro hoc etiam facit,qz princeps adiecit se hoc facere ex causa tēdente in utilitatē reipublice:q̄ verba nō est presumendum sine ministerio & iuris effectu fuisse adiecta. c. si papa.de priui. in.vj.& l.si qn̄.in princ.ff.de leg.j.qm̄ presumitur habere oīa in scrinio pectoris.l. omniū. C.de testa.c.j.de constit.in.vj.& quod priuilegia que in cōtractum non transiuissent, poterat reuocare et sine aliqua causa, ut nota.glo.in prealleg.c.cōstitutus. & dixi supra in secūdo & tertio argu.unde cū causam expressit, indistincte omnia priui
25 legia suspenduntur etiā que in cōtractū trāsiuissent. ¶ †Septimo confirmantur predicta per verba apposita in suspēsione predicta dicentia,suspendimus omnes & quascunq̧ indulgentias,& cōcessiones,& immunitates,& priuilegia seu decreta huiusmodi &c.illa enim verba geminata,oēs & quascunq̧ indulgentias &c.debent aliqd operari ultra illud qd operantur verba simplicia:hoc probatur in tex.valde singulari scdm oēs in.l.balista.ff.ad treb.q̄ verba geminata quantacūq̧ pecunia ex hereditate mea ad te puenerit restituas Titio, operantur ut omnes veniant in restitutionem fideicōmissi,& etiā que alias non veniunt si fideicōmissum esset iniunctū per verba simplicia,puta fructus. ¶ Ad idem glos.no.in.c.ut circa. in verbo,omnia & singula.de elec.in.vj.ubi ratiōe verbi geminati,scilicet omnia et singula exprimāt &c.operat ut nō sufficit exprimere factū simpliciter,sed requirat expressio qualitatum. ¶ Unde dicit Bal.in rub.C.de contrahen.emp.in.ix.q.q̄ nedum clausule,sed etiam minimum verbū nō debet esse sine virtute ad aliquid operanduz si potest,allegat.l.hac lege.ff.de
26 contrahen.emp. ¶ †Octauo fortificantur, nam gn̄alis[a] derogatio sufficit absq̧ eo q̄ ad speciē ꝯueniat, etiā dato q̄ specialia priuilegia de quorum derogatione agitur haberent speciales clausulas derogatorias.ita dicit Federi.de senis in ꝯsi. xlvij.inci.habito sup casu predicto collatiōe &c.& deliberatiōe conuenienti.& etiam allegat.c.quia sepe.de elec.in.vj.& in.c.ut officium.§.cōcedentes.de homi.eo.titu.& c.alma.ad fi.de sen. excō.in.vj.& cle.j.& ibi not.in.d.cle.ij.in fine. de sepul.cū ꝯcor. tex.in cle.ex frequentibus.& in.c.cū ex eo.de senten. excō.& qd no.in gl.in versi.rescripto.in.l.j.C.de natu.libe.& in aut.de nō alie.§.ad hoc autē & tabellionē. in ver.participās & qd habet in.c.j.de exces.prela.in.vj.cum ibi plene not.per Io.and.in nouella.Et no.Bar.in extrauaganti,ad reprimendū.in ver.non obstantibus.& in.l.fi.C.si contra ius.& Bal.de pace constā.in verbo,libellorū.al's est in ver.non obstante.& per Canonistas in.c.j.& in.c.nōnulli.de rescrip.& in.c.j.de consti.lib.vj. cum si. ¶ Sed pōtifex in dicta suspēsione derogat generaliter omnibus indulgētijs,concessionibus,& immūtatibus quibuscūq̧: ergo &c. absq̧ eo q̄ specificet quas immunitates intelligitur sufficienter omnibus derogasse,p hoc,quia etiā dato q̄ dicte immunitates trāsiuissent in cōtractum:tamen non potest negari quin immunitates dicantur:ergo cum derogant omnibus & quibuscūq̧ immunitatibus , nulla cēsetur immunitas excepta.l.iulianus.in prin.ff.de leg.iij.l.a procuratore.C.mandati.c.solite.de maiorita.& obedien.xix.distin.si romanorum.
27 ¶ †Nono dicta suspensio decretorum & immunitatū emanauit ob magnā reipublice utilitatē, scilicet ex eo quia reditus camere ciuitatis Bononie nō suppetebant ad onera reipublice deportanda,ut narrat in dictis literis apostolicis, quibus in hoc standum est, ut dixi superi⁹. Sed ita est q̄ nullus rōne immunitatis pōt se excusare a necessitatib⁹ reipublice de nouo superuenientibus , ut voluit Bald. per illum text.in.l.j.C

a ¶ Generalis.j.lib. iiij.consi.vij.

de sac.san.eccl.ubi dicit not.ex hac lege argumentum quod a necessitatibus imminentibus ecclesie Romane propter guerrā,nullus potest se excusare ex ratione priuilegij siue cōcessuz sit persone,siue dignitati sue persone:quia utilitas publica est
28 cuilibet priuilegio preferēda.scdm eum. ¶ †Ad idē qd not. Dy.& Bal.in.l.si ex toto.i prin.ff.de leg.j.ubi dicūt qd si fuit concessa immunitas a collectis q̄ non intelligitur cōcessa immunitas a collectis que imponerent ratiōe guerre postea superuenientis.l.j.cum gl.ut nemini lice.in emp.spe.lib.x.& not. Io.an.in tit.de cēsi.§.ij.ver.erat alia questio &c.in addi.Spec. per do.Ant.in.c.peruenit.de immu.eccle.per hoc quod notat
29 Bar.in.l.qd ad presens.de murile.lib.xj.in fi. ¶ †Et per illā l.dixit quod licet ex forma statuti tenētes laicum Perusinuz non teneantur ponere in platea tali die,nisi certam quātitatē pisciū:tamen si ex causa multitudo gentium superuenit, poterunt tenentes lacum cogi ad portandum plus,scilicet tātum quod sufficiat pro repletione corporis.non est ergo absurdum dicere qd per dictam necessitatē predicte cōmunitatis,immunitatibus non gaudeant:qz etiam concedentes non videntur sustulisse in hoc casu immunitatem cōcessam,ut patet ex pdictis. ¶ Decimo considero q̄ pontifex in fine dicte suspēsionis seu in literis apostolicis excipit a dicta suspēsione oēs immunitates,que concesse essent forensibus ad habitandū in ciuitate Romana.& sic ad forēses excipit priuilegia immunitatis que concedunt,ut aliquis de nouo veniat ad habitanduz q̄ primū ille ad habitandum veniret trāsit in contractū.not. Barto.in prealleg.l.omnes populi.in.iij.q.prin.Et alij quos allegaui modo sic exceptio declarat regulam.tex.est in.l.nam quod liquide.in fi.ff.de penu.leg.& l.si ita legatū. in prin.ff.de leg.j.secundum intellectum Io.de imo.ibi. ¶ Et dato quod dicta suspensio profecto in specie nō cōprehendat immunitates que transmisissent in contractum:tamē negari non potest quin dicta verba generalia nō ostēdant omnimodam mentē ipsius disponentis.l.si quis in prin.testa.ff.de leg.iij.l.fi.C.qd cum eo.c.qui ad agēdum.de procur.in.vj.l. quam tuberonis. supra allega.ff.de pecu.l.apud.§.hoc edictū.ff.de iniu. ¶ Ergo per dictam exceptionem declaratur que fuit dubia intētio pontificis generaliter loquētis et suspendentis omnes immunitates : alias enim si pōtifex noluisset suā suspensionē trahi ad immunitates que transiuissent in contractū:nō erat opus excipere immunitates cōcessās forēsibus veniētibus ad habitādū.& hec ratio me vrget,& in hāc sentētiā traxit. ¶ Pro hoc qz exceptio firmat regulam in nō exceptuatis.l.in his cū ibi no.ff.de legi.& in aut.de nō alien.& §.ut autē.ergo in alijs immunitatibus preter q̄ in his que cōcesse sunt forēsibus venientibus ad habitandū firma manet suspēsio. ¶ Reliquū est ut allegata in contrarium respondeat. ¶ Et primo non obstant argu.supra primo loco facta que ad id tendāt scilicet quod dicta decreta fuerunt cōcessa nō ob meram libertatem, seu ꝓpter remunerationē. ¶ Et aliqua decreta ex eis fuerūt cōcessa ob causas ultro citroq̧ obligatorias,& transiuerūt in cōtractū:& sic videantur irreuocabilia, per plenius allegata
30 in dictis argumētis. ¶ Qz respōdeo primo qd est verū quod cōcessio vel donatio remuneratoria nō posset reuocari p priuatum,etiā respectu ingratitudinis,sed per principē vel superiorē potest etiā sine causa in casu modici preiudicij ei cuius acquisitū esset,vel etiā cum graui preiudicio ledere pōt,et reuocare cōcessiones que in contractū transiuerunt dūmmodo ex causa faciat,subditus fit ille cui preiudiciū infertur, ut plene probaui in quinq̧ primis argumētis hui⁹ ultime partis:ubi etiā ostēdi dictam suspēsionem suam fuisse cum causa factam. ¶ Nō obstat septimū argu.quod princeps in dubio videt velle uti plenitudine potestatis:& sic in dubio nō videt voluisse auferre ius alteri quesitū:qz respōdeo quod dato qd pontifex Roman⁹ suspēsione predicta voluisset uti plenitudine potestatis:tū de potestate ordinaria,et sine clausula non
31 obstāte.l.&c.†Potuit ꝓ modico tēpore suspēdere executionē dictorū decret.qz modice ꝑiudicari pōt sine plenitudine potestatis,& sine clausula nō obstāte prealleg.l.quoties.cū ibi no. ¶ Item respondeo quod princeps dictā suspensionē fecit cū causa tendente ad utilitatē reipubli.quo casu etiā absq̧ eo qd utatur plenitudine,potest iuris alteri quesitū auferre , pt3 qz etiā inferior a principe ex causa ius alteri quesitū auferre potest.l.vēditor.§.si cōstat.ff.communia prediorum.c.nostra. & ibi no.de iniu.& dam.da.no.gl.in.c.cōstitutus.de rel.do.& gl. xxv.q.ij.in summa.& Bar.in.l.quecūq̧.C.de fid.instru.& iur. hast.fis.lib.x.& Bar.in proemio.ff.in princi.& in.l.antiochensium.per illū tex.ff.de priuile.credito.& ibi expresse Ang.& dixi supra maxime in quarto & quinto argumen.ultime partis. ¶ Itē respōdeo quod dato quod necesse fuisset principē uti plenitudi

plenitudine potestatis, apparet qđ voluit ea vti. et patet per clausulā ex certa sciētia, vt probaui in.vj.articulo vltime partis. ℭ Accedit qđ dixi in.x.argu.vltime partis, in qua ꝓbaui mentē pontificis omnino fuisse derogari immunitatib⁹ etiā que in contractū transiuissent. ℭ Ad octauum argumentum qđ tantummodo sit facta suspēsio immunitatum concessarū ecclesijs, seu priuatis personis tam clericis ꝙ laicis, ⁊ per consequens non cōprehendentur vniuersitates seu cōmunitates que proprie nō veniunt appellatione personarum priuatarū ⁊c. Respōdeo pluribus modis: ⁊ primo per doctrinam glo. no.in.l.tale pactum.§.fi. in glo.fi. ff. de pact. que nota.voluit

32 qđ † dispositio etiam stricti iuris semper extendatur ad casum ⁊ personas in quibus verosimile est idem statutum fuisse per disponētem si de hoc interrogatus fuisset. Et habet locū glo. illa tam in cōuentionibus ꝙ in rescriptis ⁊ statutis, vt ibi no. Bar. ad hoc. ⁊ illā gl. not. Bal. in.l.ij.C. que res pig. oblig. pos. pro qua gl. bene facit.l.titius.§.lucius titius. s̄m Pau. de ca. ibi.ff. de libe. ⁊ posthu. Sicut pontifex suspēdit decreta cōcessa ecclesie, ⁊ ecclesiasticis personis cum quibus mitius est agēdum.c.j.de dolo ⁊ cōtu.xv.q.ij.religiosum.ff. de religio.l.sunt persone. ergo verosimile est pōtificem velle statuisse in vniuersitatibus predictis, postꝙ hoc statuit in vniuersitatibus ecclesiasticis.

33 ℭ † Scđo pro hoc facit: quia vbicūqz est expressa ratio in dispositione aliqua, etiam strictissime intelligenda: tūc fit extensio ad causas similes quas identitas rationis pariter associat. glo. est in cle.j.in verbo, eligatur. de elec. quā sequitur ibi Jo. de imo. ⁊ ibi refert Anto. de but. ⁊ ita no.gl. ⁊ doct. in cle.j.in ver. collatiōe. de rerū permu. in. vj. ⁊ in cle.j.in gl.pen. de rerum permu. ⁊ in cle. auditor. in verbo beneficio. de rescri. ⁊ gl. in aut. vt hi qui obli. perhibēt res minorum. in prin. in ver. ad curationem. ⁊ ibi Ang. in ver. qñō an possidēs. ⁊ gl. in aut. minoris debitor. C. qui dari tu. pos. ⁊ Bar. in.l. liber. circa finē. j. qđ, quam ponit ibi. Bal. ⁊ Joā. de imo. in fi.ff. de here. di. insti. ⁊ Salyce. in.l.si serui nostri. C. de noxa.

34 ℭ † Et potissime vbicunqz fit extēsio ad personam siue ad casum qui sublata[a] significatione vocabuli poterat comprehendi sub expresso ꝑ no. per gl. in dicta clemen. auditor. ⁊ in dicta clemē.j. de elect. iunctis ibi no. per Pau. de probatio. s̄m Jo. de imo. in.l.si vero.§. de viro.ff. sol. mat. dum tractat de extensione circa correctoria: ⁊ ita etiam ipse dicit in cōsilio suo incipiēte, Petrus filij Antonij carol: probatur etiam in.l. filiū habeo.ff. ad macedo. ⁊ in.l. senatuscōsultus.ff. de ritu nup. iuxta.l. liberorū. et

35 l.iusta. de ver. sig. ⁊ in.l. qđ si nepotes. de testa. tute. † Sed ita est qđ sublata significatione, appellatione persone cōprehēditur etiam vniuersitas.l.metum.§. animaduertēdum. ⁊ ibi hoc no. Bal.ff. qđ met. cau. ⁊ ideo dicit Bal. in.d.l.metum. qđ si constituo te procuratorem cōtra homines, videor etiam te constituisse cōtra vniuersitatem ⁊ collegium vniuersale. ⁊ bal. in.l.quicunqz. in.iiij.col.C. de seruis fugi. vbi fortius dixit qđ statutum, in quo dicitur, quecunqz persona etiam comprehēdit vniuersitatē.

36 ℭ † Bal. in.c.j.in prin. de noua forma fide. dicit qđ si iuro me tibi fidelem cōtra omnē hominē, videor etiā tibi iurasse fidelitatem cōtra vniuersitatē: per dictam.l.metū. quia sublata significatione, appellatione persone cōprehenditur vniuersitas. videtur etiam tenere Jo. an. ⁊ doc. in.d.c.cum illis.§.j. de prebē. in.vj. et similiter castra, ⁊ ville potius accedunt rei priuate ꝙ reipublice, maxime proprie sumpto vocabulo. ⁊ no.gl. ⁊ Jac. de bel. in aut. de here. ⁊ fal. in princi. ⁊ sic possunt cōprehendi sub appellatione personarū priuatarum. ℭ Unde in ꝓposito ratio suspensionis immunitatum videt̄ fuisse expressa in dictis apostolicis literis: qꝛ ꝑ illas immunitates erant diminuti reditus camere, qđ ad onera incumbentia non suppetebant: sed ista ratio habet locū etiam in immunitatibus: ergo ad illos est referēda extensio. ℭ Item respon.

37 qđ † etiā vbi strictissima debet fieri interpretatio, tū fit extensio vbicunqz nō facta extēsio, resultaret absurdum. ita colligitur ex no. per gl. in.d.cle.j. de elec. quā ita declarat Jo. de imo. in.d.§. de viro. dum tractat de extēsione in correctorijs. arg.l. scire.§. aliud.ff. de exc. tuto. ⁊ not. Bar. in.l. omnes populi. in vj.q.prin.ff. de iusti. ⁊ iure. in versi. iuxta pmissa quero quid si in statuto est aliquod verbum ⁊c. ℭ Sed si non fieret extēsio suspēsionis ad immunitates dictorum castrorum, sequeretur absurdum qđ durius ageretur cum ecclesijs vel ecclesiasticis personis quā cū laicis, cōtra tex. in.d.c.j. de dolo ⁊ cōtu. cum concor. supra alle. facit.l. non solū.ff. de noxa. ⁊.l. seruus.ff. qđ

38 vi aut clam. ℭ † Fit etiā extēsio vbi agitur de fauore publice vtilitatis. vt no.l.j.§. exercitiū. ⁊ ibi no. Bar.ff. de insa. ⁊.l. cetera.§. sed si qs.ff. de leg.ij. inducēdo vt ibi ꝑ Joan. de imol. et Dy. in.c. odia. de reg. iur. in.vj. ⁊ Bar. in.l. quēadmodum. de agri. ⁊ censi. ⁊ per no. per gl. et Bar. in.l. si inter. in prin. in.ix. q. prime partis.ff. sol. mat. ⁊ Dy. in.l.cum quedā.ff. de libe. et posth. ℭ Sed hic agebatur de fauore reipublice, vt patet in dict. apostolicis literis: ergo dꝫ magis extēdi fauor reipublice dicte ciuitatis, quā fauor dictorū castrorū, tanꝙ minor. arg. l. priuilegia. cum ibi no.ff. de priuile. credi.l. queritur.ff. de statu homi. ⁊.c. qđ in dubijs. cū ibi not. per gl. fi. de cōse. eccle. vel alta. ℭ Quinimo dato qđ dicta suspēsio non comprehenderet vniuersitatem, ⁊ cōmunitates ꝑdictas tū cōmune Bononie obligaretur dicto cōductori ad interesse: ⁊ qꝛ intentio elicitur in pactis vel capitulis dicti campioni, continet̄ ꝙ nedū fuerint suspēsa decreta cōcessa priuatis personis, sed etiā cōmunitatib⁹. vnde si ibi sit cōtractus locationis

39 † tenetur locator ex capite nō prestite patiētie, iuxta.l. ex cōducto. in princi. ⁊.l. sed ad eos.§.j. ⁊.l. si fundus quē.ff. locati. siue fuit emptio. l. si nomē. cum.l. seq.ff. de act. vel here. vendi. ⁊ in.§.j.ff. de act. emp. ⁊.l.ea que commendandi.ff. de cōtrahē. emp. iunctis his que no. Bar. in.l. cotem ferro.§. qui maximos. in.v.q.ff. de publi. ⁊ idem moderni. ⁊ Pet. de ancha. in.c. propter sterilitatē. de loca. ℭ Ad nonū arg. ꝙ ꝑ generalē suspēsionem decretorū, ⁊ immunitatum non debet in dubio presumi Romanū pōtificem voluisse preiudicare illis quibus ex causa onerosa ꝑ priuilegiū transiens in contractum ius acquisitum erat: qꝛ in dispositione generali nō venit ꝙ auferatur ius alteri⁹. Respondeo ꝙ indubitāter patet principem voluisse auferre ius alteri quesitū: quia expresse suspēdit immunitates per quas iam alteri q̄sitū erat ius exemptionis sine dubio. ⁊ in tantum dr̄ esse quesitū ius per talem concessionem priuilegij ⁊ immunitatis qđ Guido de suza. de vectig. ⁊ cōmis. in ver. ratus, dicebat argu. illius litere ꝙ imperator non poterat reuocare priuilegiū per suū predecessorem concessum. allegabat etiā.l. qui a patre. de cōfir. tuto.l.j. ⁊.l. vēditrici. C. de reb. alie. non alie. ℭ Et sic̄r dicebat, ꝙ si ciuitas cōcessit, alicui priuilegiū, non potest illđ reuocare. Nec obstat scđm eum.l. si quis in princi. testa. de leg. iij. per quam.l. videtur qđ possit reuocare statuta sua: qꝛ respōdebat illud verū si non fiat iniuria in iure quesito. allegabat.l. is potest.ff. de reg. iur. ℭ Tamē inquātum ipse tenebat ꝙ nō possit reuocari tenet cōtrarium: maxime quādo reuocatio fit cū causa ⁊ cū subdito, vt plene ꝓbaui supra.[a] Et not. Bald. in.d.l. qui se patris. ita qđ pontifex in casu nostro derogauit iuri alteri iam quesito, vt ꝓbatur ex his que dicta sunt maxime in septimo, ⁊ decimo argumento vltime partis. ℭ Itē ad cōtrarium potest respōderi etiā qđ illud ꝓcedit vbi tractaretur de graui preiudicio inferēdo. secus si de modico, vt ꝓbaui in sexto articulo vltime partis. ℭ Ad decimū ⁊ vltimum argu. ꝙ stare debeat interpretationi dñi legati, ⁊ dñorum sexdecim reformatorū.c. ex parte vestra. de verb. sig. cū concor. Respondeo ꝙ locus esset interpretationi predicte, quotiescunqz occurreret aliqua digna dubitatio. secus vbi res esset certa. Ita voluit Jac. de are. ⁊ Bar. in.l. ille aut ille.§. cū in verbis. per illum tex.ff. de leg.iij. no. etiā Guil. de cu. ⁊ Bal. in.l. placet. in prin. C. de sacrosan. ecc. ⁊ Bald. in.l. que ex relatione. ad fin. C. de leg. ⁊ in.l.j.C. de rela. ℭ Facit qđ no. Bal. in.l. ancille. in prin. per illū tex. C. de fur. ⁊ Jo. de imo. in.d.l. si sic stipulatus.ff. de ver. ob. ⁊ in terminis no. Barto. in.l. executore. in prin.ff. de app. in ver. quero scđo iuxta quā interpretationē ⁊c. in fine dicte q̄onis, vt in specie no. Bal. in.l. volūtatis. C. de fideicō. in versi. quero si statutū ciuitatis ⁊c. ⁊ certū est de iure ꝙ dictus Titius nō tenetur seruare decreta immunitatū, tū inspectis capitulis cāpionis ⁊ instrō cōditionis, tum etiā inspectis literis Romani pōtificis: ergo nō est locus interpretationi. ⁊ ita breuiter in fauorem dicti Titij cōcludendum arbitror. Alex.

[a] ℭ Lata.j. lib. vij. cōsi. xl. col. fi. Bal. Pau. aut. itē quecunqz. C. de sacrosan. eccle. Bald. in rub. C. ad trebell. Ancha. repet. c.j. col. xciiij. de cōsti. ro. cōsi. cccc. consil. ccccxxvj.

## Consilium.CCXVII.

Uide.s.li.j.consi.l. quod hic duplabatur.

## Epitome.

1 ☞ Clausula, si tibi cōstiterit, vel, si ita repereris in rescripto, facit cōditionem. secus in clausula, si est dignus vel idoneus. ⁊ processus precipitanter factus est nullus.

## Consilium.CCXVIII.

IIsis verbis dicti Grinoldi, et literis apostolicis ⁊ processu epi rhegini, ⁊ alijs de quib⁹ in themate fit mentio. ℭ Puto de iure cōcludendum,

quo ad inquirendū. l. dinus. et ibi Bart. in. iij. q. ff. de custo. reo. not. Sal. in. l. ea quidez. C. de accu. ¶ Itē adducuntur quidā testes pro indicijs curie: vt Mattheus Bartholo. q non probat: quia non dicit quod Antonius rapuerit dominicam, nec vllam facit mentionē de Antonio. ¶ Lazarina testis nō probat, quia cum nō deponat quod fuerit pñs facto principali. i. raptui: lz dicat quod audiuerit antea Antonium predictum dicere quod volebat dominicā rapere et sic deponit de preiudicio. 5 † Indicium autem tale ad hoc vt dicatur probatum, requiritur quod probetur per duos a testes vt est gl. no. et ibi docto. in. l. fi. C. famil. er. et not. Inn. i. c. sicut. de simo. et Bal. in. l. j. §. Cornelio. ff. de questio. et in. l. admonendi. circa. xij. col. de iureiu. et ang. in. l. fi. ff. quod met. causa. ista autez mulier nullum habet contestez quo ad istud iudicium contra Ant. ergo non sufficit pro indicio. ¶ Thomas Jacobi alius testis etiam nihil probat contra Anto. de raptu, quia non deponit se vidisse Ant. rapere dictam mulierem, sed soluz quod audiuit a matre 6 dicte dominice quod Antonius rapuerat † et testimonium de auditu non valet, vt in. l. testium. et ibi no. C. de test. et no. in. l. ij. §. item Labeo. de aqua plu. arcend. et in. c. tam literis. de testib. ¶ Nec predictis obstat si dicatur quod illa tortura fuit facta authoritate magnifici tunc vexilliferi iustitie et quorundam ex dominis Antianis, et nō authoritate, vel ex consensu magnifici domini potestatis seu eius curie. ¶ Quia respon. primo, qr statutum sub rubrica de Tondolo et tormento, dicit quod nullus possit subijci alicui generi tormentorum per dominum capitaneuz populi per potestatem Bonon. vel aliquem de ipsorum, vel alicuius ipsorum curia vel familia, vel aliquem aliarum officialez ciuitatis vel comitatus Bono. nisi seruatis his que in dicto statuto continentur, et aliter illa confessio tunc facta vel alia secuta cōfessio sit inanis, vt in se. statuto allegato. s. ergo dato quod authoritate domini vexiliferi processerit illa tortura. tamen statutum hoc disponit in quocunque gerente officium aliquod in ciuitate bononie: et sic comprehēdit etiā istum casum. ¶ Secundo respondeo quod probatuz est per testes. s. per Joānem petronij, et Antoniū Jacobi, quod dictus Potestas etiam assistebat illi torture, et dicebat Antonio in tortura quod deberet dicere veritatem: et quod fuit tortus, per milites ipsius domini Potestatis, qui sunt de familia sua. vnde cū dñs Potestas et eius milites non tenerentur cōsentire, nec parere domino vexilifero iustitie et tribus dominis Antianis secum existentibus tum quia non representat totum collegium dominorum Antianorum: saltem quia non erant due partes: nec maior pars ex eis, iuxta. l. nominationum. C. de decurio. li. x. et in. l. curiales. de predijs curialiū. eo. li. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. l. quod maior. ff. ad munici. tum etiam quia potestas et alij eius officiales in his que sunt contra formam statutorum ciuitatis, vt erat istud, non tenentur parere dominis Antianis: vt in statuto de arbitrio dñorum Antianorum con 7 tinetur †, quotiescunqz aliquis est presens actui, quem posset contradicendo impedire, si est presens, et tacens, videtur cōsentire. l. fideiussor. §. pater. et ibi nota. ff. de pignor. et l. Caius. cum gl. ff. de pigno. actio. in. l. sepe. ff. de re iudi. et in. l. Titia cum testamento. §. Lucia. cum gl. ff. de leg. ij. ¶ Ergo cum dñs Potestas cōtradicendo et prohibendo suos milites et officiales torquere potuisset impedire dictum actum torture fieri ab illis de familia ipsius potestatis, qui tenentur sibi obedire in his que concernunt officium domini Potestatis. l. liberorum. §. excusatur. cum ibi not. per Angel. ff. de his qui no. infa. et in. l. iniuriarum. §. si quis quod decreto. ff. de iniur. nam vt dicit Barto. in tracta. represaliarum, in. ij. q. vj. questionis principalis officia 8 les. † Potestatis, qui non sunt deputati ad consulendum, vt notarijs, milites, et beroarij: et isti tenentur obedire quia sine dedecore non possunt resistere. alle. l. j. §. officium. C. vt omnes tā 9 ciuiles. ¶ † Preterea illud quod faciunt familiares Potestatis scientis, videtur factum de voluntate Potestatis, ita dicit Barto. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. in. x. q. ff. de operis no. nun. qui pro hoc allegat tex. in. l. constitutis. de testi. et idem no. Bar. in. l. j. §. idem Labeo. ff. quod vi aut clam, et probatur ex not. per gl. in. c. cum ad sedē. de restitu. spol. et j. q. iij. in. c. quia presulatus. in. vj. et dñs Potestas sciuit. prohibere potuerat familiares vel officiales suos, vt dixi. ¶ Bene facit qd no. Bart. in. l. j. in capi. si rector prouincie. ¶ Predicta confirmātur per 10 tex. no. in. l. quoniā iudices. C. de ap. pro quē ibi no. bar. † qr quādo rector vel aliquis magistratus facit aliquid iniuste, debent sui officiales sibi resistere: alias ipsi tenentur, vt ibi dicit text. et clare bar. in dicto tractatu represaliarū. in. ij. q. sexte questionis principalis, vbi hoc dicit esse veruz in officialibus, qui etiaz habeant cōsulere. nō autē sunt nudi executores. ¶ Sed do. Potestas cum suis iudicibus hz iurisdictionem contra officiales dñorum Antianorū, et aliorū qui sunt de regimine: et non est nudus executor facti, imo hz cuz suis iudicibus procedere de iure: ergo debuit resistere dictis dominis Antianis et protestari, alias videtur cōsensisse. d. l. qm. et no. Bar. in. d. l. locis prime allegatis. [illegible] predicta per id qd no. Bar. et alij in. l. si ob turpez. post me[illegible] et Bal. in. l. ij. C. quod me[illegible] et Bald. in. l. nouissima[illegible] auth. et in. l. qui aliena. §. fi. ff. de acqu. he. et in. l. j. C. de cōdi. ob tur. cau. 11 vbi i effectu † volūt qr si metu alicuius potētis tyrāni feci aliquas promissionez, demum ex interuallo solui illud qr promisi. qr per tales solutionem non vr ratificata pcedens promissio metu facta, si tpe solutionis durabat eadē cā metus. i. eadem ptās et authoritas terrēdi me. secus si nō durabat, vt qr amplius ille tyrānus nō esset in pristino dñio. d. l. ij. C. qd met. cā. et pbat in. d. l. quod me. cā. et ibi Inn. ¶ Sed ita est qd tpe quo post torturaz facte fuerūt oēs dicte confessiones, adhuc dictus. d. Vexilifer erat in magistratu suo, et per qñs in eadem potestate terrendi, sicut in primo, ergo nō pōt dici quod deficiat cā metus. ¶ Et dicit Cy. in. d. l. ij. ad fi. ff. qd metus cā. et Bal. in. d. l. nouissima. qd si semel officialis mihi metum intulit, adhuc dico eū timere: licet nō sim in eius conspectu: si eo tpe adhuc est in offō. arg. l. si per impressionem. C. qd met. cā. Et hoc reputat not. dignū Bal. in d. l. nouissima. ¶ Ergo sufficit qd tpe dictarum confessionum d. Vexilifer esset in magistratu. ¶ Nec etiam pdictis obstat si diceretur quod in tormētis Anto. non fuit cōfessus se rapuisse causā carnaliter cognoscendi, et habendi in vxorem dictam. sed hoc solū confessus est postea extra torturam. ergo sufficit arg. de quo. s. qr rū. qr statutum sub rub. de cōfessionibus reorum. annullat indistincte tam confessionem factam in tormentis qz postea secutā, ergo cum ista sit postea secuta, sequit qr est nulla. ¶ Secundo rū deo qd est eadem, rō in alia cōfessione aliam qualitatez delicti continente, sicut est in eadem confessione repetita post torturam. nam rō quare perseuērātia eiusdē confessionis post torturā illegitime factam nō vz, est: qr reus perterritus ex tormentis iniuste illatis, semper verosilr debet timere ne iudex de nouo iniuste torqueat. l. si cui. §. ijsdez. ff. de accusa. et in regula, semel malus. sed ista ratio militat etiam in alia confessione super alia qualitate delicti, ergo debet esse eadem iuris dispositio. l. illud. ff. ad. l. aqui. c. translato. de constit. ¶ Tertio rū. qd ille cōfessiones oēs sequentes post torturam, cōtinentes etiam illud quod fuerat cōfessus Antoñ. in tormentis, scilicet 12 raptum mulieris, et eam duxisse † nam solus Anto. carnaliter cognoscendo sine raptu vel traductione mulieris. Item solus actus carnaliter cognoscendi, sine traductione mulieris vel rab ptu non punitur per statutum b positum sub rubr. de pena priuati carceris. alia etiam apparebit responsio ad hoc per ea que dicam infra circa intellectum statuti predicti de pena priuati carceris. ¶ Nec etiaz predictis obstat si dicatur quod in actis dicitur dictas vltimas confessiones factas post torturam: fuisse sponte et sine metu factas: quia ad hoc respondet Angel. et Joā. imo. in. d. l. qui in alienam. §. Celsus. de acqui. her. vbi volunt quod quando fuit tortus non legitime et confessus est in tormētis, quod confessio facta ex post facto non debeat scribi per notarium facta sponte et sine metu et retuli supra non dicaz quod ex hoc nūcius debeat puniri de falso: imo excusatur per rationes quas ponit Bart. in. l. j. §. si quis vltro. ff. de questio. et Bal. in. l. j. in. vij. col. C. de confes. et in. l. j. in. viij. col. C. ne ex delictis defunctor. ¶ Ad predicta facit quod habetur in. l. doli. 13 ver. diuersum. ff. de noua. et quod ibi no. bar. vbi habetur † mulier sicut decipitur quando intercedit pro alio, et propterea per senatusconsultū velleianū sibi subuenitur: et ita: et quādo ipsa renūtiat velleiano, dicitur decipi: ppterea nō valet ita in pposito timor qui erat in cōfessione, et impediebat confessionem valere inest etiam in illis verbis Antonij dicentis se spōte, et sine metu confiteri. et propterea sibi nō preiudicāt illa verba. ¶ Bene facit quod no. gl. et doct. in. l. si intra. C. de in integ. rest. mi. et in l. si iudex circumuento. ff. de mino. et in. l. interdum. ff. de condit. 14 inde. sicut alibi videmus, qd vitiatur protestatio contra facto. c. cuz M. ferrariēsis. de cōsti. c. solicitudinē. de ap. l. cuz in plures. §. locator horrei. ff. locati. ¶ Preterea dictum statutū sub rubrica de cōfessionibus reoruz, indistincte annullat dictas confessiones, nō attento an sponte an metu facte fuerint, et ista vr meo iudicio inconuincibilis defensio dicti inquisiti. ¶ Posito aūt qr dicte cōfessiones valuissent, dico qr dictus ant. nullo modo venit puniendus pena mortis. Nō ob. statutum sub ru. de pena personam aliquā desponsantis etc. dum imponit penam mortis extrahenti vel subducenti mulierem inuitam de domo propria vel habitationis ascendentis sui, sine volūtate dicti ascendentis: qr rū. qr illa pena mortis punitur qñ mulier per viz extraheret: secus si mulier volēs fuisset: qr tunc imponit solū pena mi

na mille librarum,applicāda dicto ascendenti mulieris, vt plenius in dicto statuto continetur sed Ant.non confitetur extra torturā subduxisse vel rapuisse illā mulierē per vim ɔtra voluntatem mulieris:imo dicit se fecisse de voluntate mulieris ergo nō habet locum pena capitalis:cum cōtrarium non sit probatum per no.per doc.maxime Salyc.in.l.j.C.de confes.in.v.col. Cy.ibi in.xiij.q.cum suis cōcordan.attento maxime.qd per illa verba.s.de voluntate mulieris zc.non excluditur dolus Antonij:naz etiam iste actus punitur a statuto, vt dixi:pena mille librarum. ¶ Quinimo dato quod incumberet dicto Anto. onus probandi predicta fuisse de voluntate mulieris, dico esse probatū.hoc colligit ex his que notabiliter voluit Barto.z
15 Ang.in.l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.vbi q̄rit,† pono,iudex inquisiuit ɔ aliquez de furto comparet dñs rei subtracte: z dicit iudici factum fuisse eo volente:an per hoc ille liberetur:z refert quod Ja.but.tenuit q̄ sic p plures rationes ibi relatas p eū.Bar.autē cōcludit post multa istud esse verum,si apparent alia indicia q̄ illud fuerat factū de voluntate dñi. vt qr appareat qd erat suus consanguineus vel amicus:z res erat parua z ɔsueuerat talia concedere,z similia indicia.ar.l.cū probatio. cū ibi no.ff.de proba.z.l.quero.in fi.ff.de edi.edic. ¶ Ad idē q̄ no.bal.in.l.j.in vl.col.C.cōmunia de le.in ver.pone testator zc.
16 vbi dixit† q̄ si testator vulnerat⁹ exculpauit aliquem, asserens
a q̄ talis nō fuit ille qui euz percussit,talis exculpatio [a] iuuat in tm̄ q̄ ille exculpatus nō posset torqueri ex indicijs existētibus cōtra se:qr habet indiciū innocētie p se allegat.l.paulus.§.j.de bo.li.si tū liqde cōstaret de crīe p euz cōmisso, puniet.l.ij.cū ibi no.ff.ad Sillania.z idē voluit Bal.in.l.transigere.in pe.col.C. de trās.z in.l.falsus.in.ij.oppo.C.de fur. ¶ Ergo cū dominica suo iuramēto affirmauerit pdicta fuisse commissa de voluntate sua,z cōcurrant ad hoc alia indicia ergo dr factum esse de vo-
b luntate [b] mulieris:nā cōcurrit vrgētissimū indiciū qd colligitur ex attestatione Stephani Petronij deponētis qd antequam Ant.iret p dñica,dicta dñica imposuit ipsi testi q̄ diceret antonio q̄ deberet ire pro ea:qr ipsa intendebat hēre in Ant.sicut pater suus promiserat:z q̄ dictā ambasiatam fecit Ant.quia rñ.q̄ intēdebat habere in vxorē,z quedaz dña Bartholomea etiā testificat q̄ antequā dñica discederet de domo patris, dixerat ei q̄ Anto.dixerat q̄ deberet ire p ea. ¶ Accedit z illa coniectura quia.d.Margarita,dña Bartholomea,dña Ant. z dictus Stephanus deponūt q̄ dicta Dñica multū amabat dictū Ant.z cupiebat eū habere in virum, z qd dixerat quod
17 nunquā haberet aliū virū quā dictū Ant.† vñ pter affectionē z amicitiā presumit quis cōsentire actui:cui alias in dubio psumeret cōtradicere,si nō extaret illa affectio vel amicitia.ita no.Ja.de ra.Pe.z Cy.in.l.inuitus.C.de procur.in fi.j.q.z idē ibi Bal.in.ij.co.z etiā Sal.z moderni.arg.l.si seruus cōmunis. ff.de dona.inter virum z vxorē.z Bal.in.d.l. ¶ Cōcurrit alia cōiectura,quod pater dicte mulieris, z eius fratres cum iuramēto in publico instrumento affirmauerant z recognouerant dicta dñicaz voluntarie iuisse cū dicto anto.z coniunctus presumitur scire facta cōiuncti.l.octaui.ff.vnde cognati.z.l.de tutela.cum ibi no.C.de resti.in integ. Et que notat Bar.z alij in
18 l.j.ff.si cer.pe.vnde hz locum illud qd dicitur† que singula non iuuant,multa prosunt.c.cum causam.de proba.l.rationes, z.l. instrumēta.C.de proba.z gl.not.in.l.ij.circa princ.ff.de exc.tu-ro.Et pro hoc quod stari debeat dicto z iuramento dicte mulieris z viri,facit qd no.glo.in.l.pe.C.de fideiusso.per quā dicit
19 Bal.in.l.j.in vl.col.C.de cōfes.in versic.modo fuit qō zc.† q̄ si iuuenis iuuēculaz cognouit,z accusantur ambo de stupro,ipsi añt cōfitent se añ cōtraxisse matrimoniū:quod ex hoc veniūt absoluendi.z dicit Bal.q̄ illa gl.nō est alibi.z idem not.Bal. in.l.lege.C.de col.deteg.z bal.in.l.quicūqz.in pe.col.C.de ser. fu.Et Ang.in.d.l.pe.nisi essent signa in oppositum.Sed licet diceremus apparere quod dñica fuerit rapta vel ducta, tamē nō cōstat qd fuerit contra voluntatē ipsius mulieris: imo potius cōstat de cōtrario.vt dixi supra:ergo quātum ad probandū hoc qd fuerit de volūtate mulieris ducta per anto.non extant signa in cōtrariū saltē legitime recepta. ¶ Non ob.etiam si dicat qd ex eodē statuto de penā personā aliquā despōsantis zc.imponat pena capitalis desponsanti aliquam mulierē sine consensu patris:qr rñdeo q̄ illud statutū non ob.qr loquitur quādo despōsauit mulierē inuitam:sed fuit dñica desponsata volens vt ipsamet attestatur cum iuramēto:z probent testes maxime Simon vgolinus,z do. Anto. ¶ Nec etiam ob. quod tale statutū quādo mulier volens desponsaretur sine voluntate patris imponit penam quantitatis dotis debite mulieri:z illa pena applicatur parti offense,qr dico quod talis pena non vēdicat sibi locum : quia mulier ista erat maior.xx.an. vt deponit do. Michael.do.Ant. Stephanus,z Joan.tam

borini,z statutū predictum excipit casum qñ mulier sponte de
20 sponsata sine consensu patris esset maior.xx.ann. ¶ † Alia ratione non valet talis pena imponenda:quia tale statutū ciuita-
c tis non valet [c],per quod aufertur mulieri libera facultas cōtrahēdi matrimoniū, attento qd de iure canonico filia potest cōtrahere matrimoniū sine consensu patris, vt nota.in terminis huius statuti Jo.and.z Dominicus de sancto Gemi.in.c.statutum.el.j.de here.lib.vj.Joan.an.in.c.ij.de secū.nup. z Ant. de but.in.c.j.de spon.z Joā.And.in addi.spe.in tit.de spon.in rub.z Bal.in.l.cōstitutioni.C.de instit.z substit.sub.cōdi.fa.z Ange.in.l.cōsulta.C.de testa.z Jacob.Butr.in.l.j.in fin.ff.de consti.prin.z Petr.de Ancha.in repeti.c.canonū statuta.de const.circa nouā chartam.z domi.Abbas in repe.ca. ecclesia sancte Marie.in.xiiij.col.de consti.quia matrimonium spectat ad ecclesiam.c.tuam.cum si.de ord.cogn.c.lator.qui si.sint leg. ergo super eo non valet statutū ciuitatis.capit. ecclesia sancte Marie.de consti.z sicut non posset statutum valere, si disponeret inualidando principale.i.matrimonium,ita non valet si disponat in imponendo penā taliter contrahenti matrimoniū vt probatur.in.l.Seius augeri⁹.z q̄ ibi not. doc.ff.ad.l.Falc.
21 ¶ † Et illud quod nō potest fieri per pactū q̄ est cōtra bonos mores,non potest fieri per statutuz,vt no.in rubr.C.de decret. decur.lib.x.z per Bart.i.l.omnes populi.in.ij.qō.principali. de iusti.z iur.z per doc.in.c.fi.de cōsuet.z per Bar.in.l. Titio centum.§.ij.ff.de cōdi.z demon.z per Bal.in.l.ij.C.que sit lō. consue.z in.l.pen.C.cōmi.vel epi.sed libertas matrimonij per pactum penale non potest impediri,z talem penā dicimus cōtra bonos mores.l.Titia in prin.ff.de ver.ob. z plene in.c. gēma,de spō.ergo nec per statutū debet posse impediri.z ista est magis cōmunis opi.que cōprobari pōt per alias rōnes reddi-
tas per do.in dictis locis. ¶ Postremo videndum restat, an dato qō dicte cōfessiones fuissent legitime facte, debeat Antonius puniri pena de qua in statuto sub rubrica de pena priua.carce.z dico qd nō.nam prima pars illius statuti punit pena capitali illum qui cepit,vel furto adduxerit,ducēdo eā z tenēdo occulte seu clādestine in aliquo loco vel carcere priuato.
22 † Nam illud gerundium [d] videlicet tenendo occulte zc.positū
d in statuto limitat z qualificat verbum cui adiungitur.l.j.cū ibi no.per Jac.bu.z Sal.C.de ijs qui latrones.z not.Joan.and. in addi.Spec.in ti.de libel.concep.§.iam nūc vidēdum.in princi.per.l.si qs maior.C.de sacrosan.z.l.vim facit.ff. de vi z vi ar. ¶ Sed ita est,qd non apparet neqz ex confessionibus, neque ex probationibus neqz ex tenore inquisitiones qd ista mulier fuerit detēta occulte in aliquo loco vel carcere priuato,ergo nō hz locum ista pars statuti. ¶ Bene facit hoc q̄ dicam infra proxime allegando Jo.an.in.c.j.de homi.in.vj. ¶ Nō ob.sequens pars statuti ibi dum dr,si vero non occultando, vel occulte,vel clandestine tenēdo,sed palaz z publice aliquam personam deceperit,z captam detineat.si quidem libidinis causa pena capitali puniatur zc. Qr rñdeo quod nō pōt dici posse se qui condemnationem ex capite huius statuti,quia neqz in inquisitione neqz in responsione sint deducte iste qualitates requisite in ista parte statuti requirētis inter cetera duo copulatiua.s.qui personaz ceperit palā z publice,z captam detineat. sed non est deductum in inquisitione quod palam z publice
32 Antonius ceperit dictam dñicam.† nam z videm⁹ quod iura magis aggrauant delictum factū palam z publice,quam clā, vt not.Cy.Jacob.butr.z Bald.in.l.nemo clericus.C.de sum. trini.z fide catho.z Bar.in.l.ij.§.generaliter.ff.vi bono.rapto. z patet in furto manifesto : quod grauius punitur quam furtum clam factum.§.penam.insti.de obli.que ex malefi.nasc.z ff.vi bono.rap.l.j.z patet in.d.l.nemo clericus.nam vt ibi dicit Jaco.bu.z Bald.grauius puniuntur que fiunt publice, quia sunt ad mala exempla, ergo non potest dici posse cōsequi condemnationem ex capite dicti statuti. ¶ Hoc probo p id quod notabiliter dicit Jo.andre.in.c.j.de homi.libr.vj.in no.vbi refert se alias euasisse quendam prelatū a pena illius.c.j. de ho. in.vj.vbi punientur illi qui fecerant aliquem Christianum occidit per assassinos.nam fuerat probatum qd prelatus quidaz fecerat occidi homines per assassinos:tamen qr in pbationib⁹ z articulis non erat deductum z verificatuz quod fecerit occidere homines Christianos:euasit a pena ibi descripta : qr debent in articulis z probationibus seruari ad vnguez verba legis vel statuti.allegat not.in.c.prelatus.de homi.in.vj.z quod no.in.c.j.§.sane.in glo.j.de statu re.libr.vj.z.in.c.ij.in princi.de vsur. z istud dictum reassumpsit z sequitur etiam Bald.in.l.si quis non dicam rapere.in.iij.col.C.de episco.z cle. ¶ Et idem in effectu de mente Bart.in.l.j. post princ.ff.ne quid in flumi.
42 publi.dum dixit no.quod † vbi profertur a lege aliquid cū aliqua qualitate,dz vtrūqz pbari,vt ibi.§.ait pretor.z in.l.pretor.

[a] ¶ Exculpatio. barto.in.l. si quis in graui.§.si quis moriens.ad filla. z ibi Jo.ign.hyppo.marsil.singul. xxij.z i prac.§.diligēter. nume.cc. adde alex.j.li. vi. consi.cxxiiij.ad fi. z lib.vij.cons.xxx. col.fi.vide tamen j.co.li.consi.xiiij.

[b] ¶ Voluntate.z. lib.ij.consil.xxiiij. nu.xv.

[c] ¶ [illegible]

[d] ¶ [illegible]

§.docere.ff.vi bono.rapto.ergo ratione dicte omisse qualitatis nõ potest dici intentatũ esse statutum in ꝓallegato ver.si vero. ¶ Quinimo ex inquisitione deprehenditur ꝙ nõ põt habere locũ iste ver.statuti.patet: qꝛ in inquisitione dr̃ quod illud fuit 25 de nocte: ꝛ † delicta que fiunt de nocte appellantur clandestina.ita dicit Bal.in.l.cum fratrẽ.in prin.C.de his quib.vt indi. allegat no.per gl.in.l.si cum exceptione.§.in hac.ff.quod met. cau.ꝛ idez dicit Ang.in.l.j.§.occisorum.ad Sillania.ꝛ hac ratione curia domini Potestatis omisit apponere in.d.inquisitione dictas qualitates.scilicet palaz ꝛ publice:quia istud obstare non poterat Anto.quod in inquisitione dicebatur quod fuerat de nocte. ¶ Denique dici potest etiam casum nostrum omissum esse a statuto,videlicet qñ aliquis cepisset claz aliquã personaz,ꝛ eam postea publice ꝛ palam detinuisset:nam si libidinis causa detinuisset,iste casus nõ est cõprehẽsus a statuto: qꝛ statutũ in principio prouidet qñ persona duceretur ꝛ teneretur occulte vel clandestine:in secunda vero parte prouidetur quãdo publice ꝛ palam caperetur,ꝛ detineretur libidinis causa:ergo casus omissus debet haberi ꝓ omisso.l.si extraneus.ff. de condic.ob tur.cau.l.commodissime.ff.de lib.ꝛ post.ꝛ remanet comprehensus sub statuto posito sub rubrica de pena personam aliquam alteri subiectam desponsantis,circa princip.in versi.si vero volentem. ¶ Itez rñ.ꝙ istud statutũ in versi.si vero non occultando.procedit quando principaliter libidinis cã fuisset capta ꝛ detẽta illa persona.secus quando non principa-26 liter libidinis causa:vt in casu nostro: † qꝛ dz attendi qd principaliter agitur:ꝛ non illud quod fit non principaliter sed accessorie.vel in consequentiã,seu secũdario:ꝛ actus dĳudicatur ex principali proposito.l.si quis nec in causam.in princi.ꝛ.l.rogasti.in princ.ff.si cer.pe.l.q exceptionẽ.in prin.cum ibi not.ff. de cõdi.inde.ꝛ.l.j.ff.de re.permu.vnde dicit Bal.in.d.l.rogasti.pone statutum dicit quod nihil possit prouideri in fauorem bannitorũ,modo sit q̃dã reformatio,ꝙ qcunqꝫ ceperit exbannitum habeat decem.contingit ꝙ vnus exbãnitus cepit aliũ: an debeat habere pretium:ꝛ videbatur quod non:quia in fauorem illius banniti capientis nihil poterat prouideri:ꝛ quia reformatio illa fuit facta in odiũ bannitorũ.Contrarium decidit Bal.qꝛ illa reformatio nõ dr̃ facta principaliter in fauorez banitorũ:licet secũdario ex accidenti conferat cõmodũ bannito capienti per.d.l.qui exceptionẽ.ꝛ ꝓ alias rõnes ibi redditas per eũ. ¶ Ad idẽ qd no.Bart.in.l.si is qui.§.ꝙ si seruus.ff.de acqui.re.do.vbi dicit ꝙ ꝑ illũ text.dũ ipse esset Pisis officialis determinauit vnã questionem.statutũ dicebat ꝙ quicũqꝫ duxerit bannitũ pena capitali haberet quinquaginta a cõi.modo quidã potestas cõitatũ duxit quedã qui fuerat fur atus vnam bendaz paruam,sed postea fuerũt reperta plura furta in eo,ex quibus erat bannitus.ille qui cepit eum volebat quinquaginta libras.fuit determinatum quod non deberet habere,quia principaliter non ceperat eum tanquã bannitũ.ꝑ illũ text.fuerunt notata per Bart.in.l.gero.ff.de infa.ꝛ in.l.si quis in grain.§.vtrũ.cum si.ff.ad Sil. ¶ Ad propositum optime facit ꝙ 27 no.bal.in.l.j.§.i.ff.de iusti.ꝛ iur.vbi dicit † ꝙ si statutũ imponit certã penã turbantibus statutum ciuitatis,intelligitur qñ qs fecit aliquem actum principaliter ad turbandũ statutum ciuitatis.secus si commisisset aliquod delictũ ex quo secũdario resultaret turbatio status ciuitatis.allegat tex.in.l.si quis ingenuã. §.in ciuilibus.ff.de capti.ꝛ postli.reuer. ¶ Dicit etiam Bal.ꝛ Ang.in.d.l.j.§.j.ff.de iust.ꝛ iu.per id quod ibi no.gl.i ver.singu-28 lorum.† quod verba simpliciter prolata debẽt intelligi principaliter,nõ secundario.vnde si testis cui est legatuz aliquid in testamẽto,deponat super facto testamenti ꝛ interrrogatus an ad eũ pertineat cõmodum,ꝛ rñdeat ꝙ nõ intelligitur de cõmodo principali ꝛ nõ secundario:ꝛ ideo erit bonus testis.l.qui testamento.in prin.ff.de test.insti.eod.titu.§.legatarius. ¶ Ad hoc facit qd not.Guil.de cu.in.l.j.§.vnde queritur.alias est in.§. 29 nõ autem.ff.de exercito.vbi per illum tex.dicũt,† ꝙ si statutuz prohibet quod aliquis emat frumẽtum in plates,nisi ꝙ suo victu[a] cõtingit ꝙ scholaris emit frumentũ ꝓ victu suo ꝓ toto anno in platea:demũ mutauit propositũ ꝛ vult recedere,ꝛ vẽdit illud frumẽtum.vtrũ puniatur:ꝛ certe nõ:qꝛ inspicitur principale propositũ.ꝛ istud est põderanduz ad qd dici posset:scꝫ quod Antonius ante desposãtionem cognouit Dominicã. ¶ Ad idem text.in.l.verum.ff.de fur.vbi si quis rapuerit seruam alienam,que erat meretrix vel eam celauerit,nõ tenetur furti:quia nõ rapuit nec subtraxit vt ancillaz lucraretur,sed libidinis causa. Quod autem principaliter fecerit Anto.ꝓdicta ex alia cã quã cã libidinis,patet:qꝛ precesserit tractatus sponsaliorum seu matrimonĳ:vt deponit dñs Michael,ꝛ etiaz Stephanus ꝛ ipsa 30 dominica,ꝛ maior pars alioꝝ testiũ. ¶ Ad hoc etiã tẽdit,† sed ita est quod ex tractatu precedẽti ꝓsumitur anim⁹ ꝛ mẽs in seq. ad hoc multa possunt adduci:sꝫ preceteris distinguitur illud quod inquit bal.in.l.multũ.C.si quis alteri vel sibi.in.ĳ.col.vbi dixit quod si inter te ꝛ Titiũ fuit tractatus de occidẽdo Seiũ ꝑ ipm Titiũ:ꝛ postea ipse Titius occidit dictuz Seium,ꝙ ꝓsumitur qd hoc fecerit animo exequendi illũ tractatũ,ꝛ ꝓsumitur ita fuisse ordinatum inter ipsos: quamuis testes dicãt nescire aliquid de finali ordinatione,pro hoc allegat.l.cum post.in princ.ff.de iure do.ꝛ q̃ no.Bar.in.l.qui in aliena.§.si is qui.ff.de acqui.he. ¶ Ad hoc facit qd habetur in.c.is qui,ꝛ in ca.veniens.el.ĳ.ꝛ 31 in.c.fi.de spõ.† vbi si facta fuerint sponsalia per verba de futuro inter duos,ꝛ postea inter ipsos subsequitur coitus,non intelligitur ille coitus factus cã stupri cõmittẽdi,sed cã matrimonĳ cõtrahẽdi ad qd tendebãt precedẽtia. ¶ Cõprobo ꝓdicta, qꝛ testes maxime Stephanus ꝛ Joã.tamburini,deponũt qd audiuerũt dictum Ant.dicentem,qd omnino intendebat habere istã dñicam in vxorẽ.vñ ex his que qs añ factũ dixit,ꝓsumitur animus suus in facto postea secuto,vt not.gl.ꝛ Bartol. in.l.fulcimus.§.quid autẽ sit latitare.ff.quib.ex cau.in pos.eat. ꝛ gl.in.l.apud Celsum.in princ.in glo.ĳ.ff.de doli excep.ꝛ not. Ja.but.ꝛ Bal.in.l.metum.C.quod met.cã ꝛ Bal.in.l.j.in.ĳ. col.C.de ser.fugi.cũ si. ¶ Accedit Declaratio confessionis dicti Antonĳ facta per procuratorẽ specialiter cõstitutũ,in qua declarauit dictam confessionẽ cõtinentẽ ꝙ animo cognoscẽdi carnaliter,ꝛ cõtrahendi matrimonium cepit eam:ꝙ principaliter facit causa cõtrahendi matrimoniũ secum,ꝛ secũdario vel subsequenter causa eam cognoscendi carnaliter,ꝛ de iure reus postquã respondit inquisitioni:potest etiam ex interuallo suaz cõfessionem interpretari,declarando seu exponendo eam dũmodo ex toto eam non per[i]mat.c.cum dilecti.de accusati.quẽ tex.ita allegat Bald.in.l.ĳ.in fi.C.de custo.reorũ. ¶ Sed ita est quod per talem interpretationem confessio ex toto nõ exprimitur,sed fit transitus de causa libidinis principaliter inducẽde ad delictum ad aliam causam libidinis. Itẽ quã facit differentiam dictum statutum. ¶ Fortius dixit Bal.in.c.j.§.itẽ si vasallus.el primo,in titul.de controuer.inuestit.in vsi.feud. 32 † quod si inquisitus confessus est se occidisse hominem,posset talem confessionem suam moderari ꝛ interpretari quod fecerit ad defensionem suam.allegat text.in.c.cum dilecti.ꝓallegato.hoc tamen vltimum dictum Bal.non pono ita absolute pro constanti. ¶ Vltimo non ob.alia particula dicti statuti,in qua dicitur.Si vero alia de causa quam cã libidinis.puniatur pena librarum trecentarum si fuerit de ciuitate vel comitatu Bonon.quam tamen minorare potest dominus potestas arbitrio suo secundum formaz dicti statuti:quia respon.quod ista pars statuti loquitur in eo qui palam ꝛ publice ceperit aliquam personam ꝛ captam detinuisset,vt patet ex precedenti versiculo in quo determinatur ꝛ qualificatur delictum,de quo in seq.parte statuti fit mentio:vt ex eius inspectione clare patet.Sed ita est ꝙ nos nõ sumus in eo qui palaz ꝛ publice ceperit vt detineat, vt probaui supra. ¶ Posset etiam dici quod ista pars statuti. in versiculo si non alia ꝛc.cum loquatur generaliter in quacũque persona.Statutum vero sub rubr.de pena,personam aliquã alteri subiectam despõsantis,loquatur specialiter de causa desponsationis.ꝛ etiam loquatur specialius respectu persone,quia loquitur in specie de personis mulierum,ꝛ etiã specialius prouidet distinguendo inter inuitũ ꝛ volentẽ. Ergo istud statutum tanquã magis speciale est attendẽdum.l.sanctio legũ.ff.de penis.l.senatus.cũ ibi plene not.ff.de accusa.ꝓcedens tñ responsio videtur esse tutior. ¶ Ex quibus omnibus concludẽdo dictũ Antonium esse absoluendũ omnino stante inualiditate dictarũ cõfessionũ:ꝛ dato qd dici posset confessiones illas posse sustineri,qd tamẽ nõ est de iure verum:dico nũc dictũ Ant.esse cõdemnãdum in pena mille librarũ tantũ applicanda patri dicte Dominice ex forma statuti sub rubrica de pena personam aliquã alteri subiectã desponsantis. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse.ideo ita dico ꝛ cõsulo Alexã.bo.

[a] ¶ Scholaris. Hyppo.marsi.nota.lxxxvi.d.Andre.tiraq.in cõsu.picto.in rubri.retracta.nu.lxxvĳ.

## Summarium.

1 ¶ Non vz citatio ad domũ,nisi facta perquisitione persone.
2 Judicis verba intelliguntur secundum mentem iuris.
3 Presumitur pro verbis iudicis non apparitoris.
7 Relatio nuncĳ referentis se fecisse,vt.s.in mandatis,valet.
8 Nuncius si tantum refert se citasse ad domum,non valet eius relatio nisi dicat,solite habitationis.
10 Processus etiam possessorĳ non valet sine litis contestatione.
12 Sñia lata i possessorio põt dici nulla,licet ñ possit appellari.n.15.
13 Sententiam nullam si quis dicat,ꝛ si qua est appellet, videtur eque principalrter deduci nullitas.

# Consilium.II.

Consideratis his de quibus in themate fit mentio, ⁊ omissis non necessariis, puto dictum processum fuisse nullum. ¶ Et in primis ex capite prime citationis, a quo omnes reliqui processus dependent. nam in prima citatione locumtenens Potestatis regij, qui illam commisit fieri in commissione dixit quod committebat dictos fratres de curato citari personaliter vel ad domum eorum solite habitationis 1 † . que verba iure recipiunt hanc interpretationem. vt nuncius debeat perquirere vt eos personaliter in ciuitate inueniat, ⁊ ipsis inuentis citet eos personaliter: ⁊ si non inueniuntur quod tunc talem primam citationem ad domum solite habitationis faciat. ita determinat Barto. ⁊ alij in.l.iiij.§.pretor.ff.de dam.infect.maxime in vers. sed quid si iudex commisit sic cites personaliter, vel ad domum ⁊c.l.scire oportet.§.oportet.el primo.ff.de excu.tut.iũcto.§.pretor.l.aut qui aliter.§.forte.ff.de lib.agno.⁊ in authent.de exhi.reis.§.si vero etiam quidam iurent. ¶ Et prima citatio facta non seruata forma perquisitionis persone nõ valeret: vt plene per Bartol.⁊ alios in.d.§.pretor.per iura supra allegata. 2 † vnde verba iudicis committentis alternatiue citationem per dicta verba.debent in dubio interpretari secundum mentem iuris [a] argument.c.causam.de rescri.in.l.si stipulatus.in princip.ff.de vsuris.⁊.l.gallus.§.quidam,recte.de liberis ⁊ posthumis. b Sed de iure prima citatio non potest fieri ad domum, nisi [b] prius facta perquisitione non sit repertus personaliter in ciuitate, vt.d.§.pretor.cum concord.ẜ.allegatis.⁊ cum predicta cõclusione Bartol.⁊ aliorum in.d.§.transeunt Anto.de Butri.⁊ domi.Abb.in cap.causam.de dolo ⁊ contu. ¶ Subdit tamen Bartol.⁊ alij in.d.§.pretor.notabiliter, quod licet predicta verba iudicis ambigua ita interpretentur, tamẽ non sic esset in verbis nũcij que oportet esse talia quod appareat ab eis perquisiuisse, an personaliter inuenire posset personam citandam: 3 quia † licet pro verbis iudicis presumatur quatenus natura verborum prolatorum est apta comprehendere: tamen non sic est in verbis nuncij: sicut etiam dicimus in teste qui dꝫ deponere non per oĩa ius: sed factum.l.j.cuꝫ ibi no.C.de vsu.l.sciendũ.cũ ibi no.per Bar.⁊ alios.ff.de ver.ob.⁊ ibi etiã Bar.in.d.l.sciendum.dicit idem esse in nũcio referente quod in teste. ¶ Sed in proposito nostro nuncius retulit sub hac forma videlicet se vigore predicto iuisse ad domum dictorum fratrum de curato, ⁊ ibidem ad dictam domum copiam subscripte citationis dimisisse, ⁊ relaxasse, ⁊ omnes ipsos citasse: prout superi⁹ habuit in mandatis: ⁊ etiã alia fecisse ad que tenebatur vigore dicte commissionis. ¶ Circa hanc relationem est bene aduertendum: qꝛ prima facie videretur ꝙ illa sic sufficiat. tamẽ si diligenter aduertatur apparebit cõtrarium stãte forma cõmissionis prout stat.⁊ stãte decisione bart.⁊ aliorũ proxime allegata in.d.§.pretor, qꝛ lꝫ dicta ꝯmissio facta alternatiue quod citaret personaliter, vel ad domũ absqꝫ eo qđ in cõmissione diceretur si non poteris inuenire personalr̃ in ciuitate, cites in domum, procedat ⁊ recipiat illa commissio iudicis interpretationem ⁊ declarationem a iure ꝙ debeat intelligi ẜm formam iuris.s.qđ cites personaliter, si eum in ciuitate poteris inuenire: si autẽ nõ poteris habere copiã, cum cites ad domũ, vt dixi nõ obstante ꝙ alternatiua regulariter dicitur parere incertitudineꝫ.l.ꝑtor.§.ꝙ autẽ.ff.de iniur.l.vbi autẽ nõ apparet.§.qui illud.ff.de verbo.oblig. Tamen secus est in relatione nuncij: quia oportet illam esse claram.⁊ de ea iudicamus prout de dispositione testis ita voluit Bar.⁊ alij in locis.ẜ.alleg. ¶ Sed ita est quod dict⁹ nuncius in dicta relatione non dicit se nõ inuenisse eos ꝑsonaliter: ⁊ ꝓpterea citasse ad domũ: 4 sꝫ dicit se citasse ad domum †. Et licet subdat quod citauit, ꝓut habuit in mandatis, ⁊ fecisse omnia alia ad que tenebatur: tñ hoc nõ sufficit: qꝛ ꝯmissio nuncij fuit simpliciter quod citaret ꝑsonaliter vel ad domuꝫ ergo si volum⁹ referre ꝙ citauit personaliter vel ad domũ q̃ [illegible]ba a nũcio ꝓlata non recipiũt illã interpretationẽ iuridicã q̃ recipiunt verba iudicis, vt est dictum: nec etiã releuant illa verba apposita in relatione, que sunt illa.vꝫ, ⁊ oĩa alia fecisse ad que tenebat̃ 5 qꝛ dico † ꝙ sicut qñ testis deponit suꝑ eo qđ est iuris non probat: nisi etiã non interrogatus reddat rationẽ dicti sui, adeo clare appareat qđ ipse testis notitiã habuit de eo ꝙ attestat̃.alias est iudex, ⁊ nõ testis, vt no.Inn.⁊ alij in.c.cum cãm.de testi.⁊ Cy.⁊ Bal.in.l.proprietatis.C.de ꝓba.⁊ Bart.⁊ alij scribẽtes in.l.solaꝫ.C.de testi.⁊ Bart.in tractatu de testi.⁊ spe.in tit.de testi.§.nũc tractãdũ.ver.quid ergo si qs petat.cũ si.⁊ idẽ est in relatione nuncij, vt no.Bar.⁊ alij in.d.§.ꝑtor.⁊ in.l.sciendum.

ergo attento in ꝓposito nostro quod illa cõmissio facta per locum tenentem, fuit facta per verba q̃ per se nõ erãt apta perfecte sed accipiebãt suppletionẽ ⁊ interpretationẽ a iure, vt declaratum est supra, si nuncius refert simpliciter se fecisse ea ad que tenebat̃, seu obligabatur vigore dicte cõmissionis ipse depõat per verba iuris qua tenetur seu obligatur esse.l.j.ff.de rẽ diui.instit.de oblig.in prin.declarat Bar.in.l.nõ solum.§.ꝙ obseruare.de iura.cal.circa vl.col.dum tractat de positiõe que est iuris 6 vbi dicit † ꝙ obligatio est eius depositũ, nõ ius disponẽs: debet ergo, specifice quam ipse nuncius ad que obligabatur, sed an per inquisierit citare illos dictos fratres vel nõ: ⁊ adeo ꝙ ꝑ verba sua appareret ꝙ ipse intellexit virtutem ipsius cõmissionis virtus ⁊ interpretatio iurisperiti intelligitur attento ꝙ fuit facta per verba que egent, suppletione iuris vt est declaratum, ¶ Et per hoc apparet nõ obstare ꝙ diceret̃, ꝙ cõtra ꝑdicta facit id 7 ꝙ no.Bal.in.l.properandũ.§.⁊ si qd.C.de iu.vbi dixit: † Põe ꝙ iudex dixit nũcio Cites Titiũ personaliter, si personaliter eũ inueneris: alioqui ad domũ solite habitationis: ⁊ nuncius refert se dixisse, ⁊ fecisse omnia que habuerit in mandatis nec declarat an citauerit personaliter vel ad domuꝫ.dicit Bal. ꝙ presumitur potius citasse euꝫ domi quam personaliter: quia citatus personaliter nõ comparendo, esse in verbo dolo: sed citatus ad domum, esset in culpa. vnde potius dꝫ presumi culpa quam dolus: qꝛ debemus presumere in minorẽ partem.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.l.si preses.ff.de penis. Nam posito ꝙ illud dictũ Bal.esset verũ, non obstat: qꝛ in casu Bal.commissio iudicis fuit clara, ⁊ per verba que absque iuris interpretatione faciliter intelligebãtur: qꝛ iudex expressit ꝙ eum citaret personaliter, si eum inueniret, alias ad domuꝫ solite habitationis. merito quando nuncius referret se fecisse ꝙ habuit in mãdatis, nõ potest esse dubium ꝙ nuncius nõ intellexerit effectũ verborum iudicis, sed in casu nostro commissio iudicis sine iuris interpretatione vel suppletione non poterat a nuncio recte intelligi: quia iudex nõ dixit quod citaret ad domũ q̃ verba ꝑ suppletionem iuris intelliguntur: cites personalr̃ si poteris ei⁹ copiam habere: alias aũt ad domũ: merito oportebat quod nũcius referret per talia verba factũ quod appareat eũ intellexisse vim dicte cõmissionis cũ suppletione ⁊ interpretatione inter predicta, ꝙ quidẽ non apparet ex sua relatione, per quã appareat eum potius iudicare quam attestari, vel simpliciter ipsuꝫ factum referre. ¶ Alia ratione posset etiaꝫ fortasse dici dictã citationeꝫ esse nullã: qꝛ, vt dixit Bar.in.d.§.pretor.in versi.sed 8 quid dꝫ nuncius referre, quẽ oẽs ibi sequunt̃, † nuncius qñ refert se citasse ad domuꝫ, dꝫ subiungere hec verba vꝫ, solite habitationis. Si autem sine dictis verbis referat se citasse ad domum nõ valet dato ꝙ dicat se nõ inuenisse ꝑsonaliter. ꝑ dic.§.pretor.in.l.j.§.j.ff.de li.ag.ita etiaꝫ disponit statutũ Regij, vbi facta fuit citatio.s.quod si non inueniat̃ personaliter citetur ad domũ habitationis. sed dictus nuncius in dicta relatione dicit se vigore cõmissionis iuisse ad domũ dictoruꝫ fratrũ de curato. Et idem ad domum copiam supradicte citationis dimisisse: ⁊ omnis ipsos citasse ⁊c.vt.ẜ.recitaui. nõ aũt addit in relatione se citasse ad domũ habitationis ipsorum fratruꝫ. Potest etiaꝫ esse ꝙ eos citauit ad domuꝫ ipsorũ fratrũ: ⁊ tñ nõ erat domus habitationis ipsorum, vt in effectu voluit Barto.⁊ alij in d.§.j.hoc vltimum tamen nõ ita pono ꝓ constanti. ¶ Et si aliqua qualitas in dicta citatione deficeret his que referũtur per statutũ Regiũ esset etiã ex isto capite dicta citatio nulla ipso iure vt dictũ statutũ disponit. nã † quo ad dictã citationẽ, que regij cõmissa ⁊ facta fuit, debet attendi statutũ Regium, vt.l.iij.ad fi.ff.de testi.⁊.l.si fundus.ff.de euic.l.ij.C.quemadmo.te.ape.⁊.l.j.⁊ ibi no.Cy.post glo.C.de emãci.lib.⁊ Cyn.⁊ Bar.⁊ alij in.l.cunctos populos.C.de sum trini.⁊ spe.in tit.de ferijs.in.ij.parte.§.j.ver sed pone ꝙ in loco.⁊ canoniste in.c.qđ clericis.de fo.cõp.⁊ in rubr.extra de consue.cũ si. ¶ Insuper alia euidẽti rõne apparet, qđ processus est nullus.⁊ snĩa est nulla. 10 † nam de substãtia iudicij regulariter est litis cõtestatio, adeo ꝙ eius omissio vitiat.no.gl.⁊ doc.in.l.prolatam.C.de senten.⁊ in.c.de causis.de offic.deleg.et.c.nos in quẽquã.ij.q.j.sꝫ in proposito nostro fuit ꝓcessum ad diffinitiuã snĩam lit.non cõtest. ergo snĩa et ꝓcessus reddunt̃ nulli.cũ eñ nunquaꝫ dicto libello agẽtiũ fuerit rñsum ꝑ reos cõuentos: non posset dici ꝙ lis fuerit cõtestata.l.rem nõ nouã.C.de iudi.l.j.cum ibi no.de lit.cõte.et.c.vnico, extra eo.ti. ¶ Et dato quod i dicto iudicio fuerit intentatũ possessoriũ recuperãde.s.qđ remedium.c.redintegrãda.iij.q.j.vel aliud remediũ equipollens: 11 † tamẽ etiam in tali possessorio requiritur litis cõtestatio vt possit deuenire ad diffinitiua, quãdo dirigitur cõtra certã personã, vt in casu nostro fi.C.si ꝑ vim vel alio modo.et est bonus casus in capi.ij.et ibi notant docto.extra, vt lite non contestata. Et text.in.l.pro-



a ¶ Iuris.ẜ.lib.v.cõs.xlvj.num.iij.Bal.paul.l.i.C.de nego.gest.bal.l.j.in fi.C.de fru.⁊ li.impẽ.l.iij.col.j.C.si penden.appell.mors. Anchara.cons.vj.in fi.pau.cõ.cclxx.co.j.li.ij.Rom.cõs.cccxx.colũ.iij.And.tir.in consu.picto.§.ix.gl.ij.nu.xliiij.

b ¶ Nisi.in hoc regno obseruamus ꝙ valet citatio ad domicilium sine alia perquisitione persone saluo quod non proceditur ad sentẽtiaꝫ cõtumacie nisi sit salteꝫ vna citatio facta ad ꝑsonaꝫ: vel nisi constet ꝙ peruenit ad notitiam citati vt quãdo semel vel per ꝓcuratorem super hoc cõparuit in iudicio. [illegible].

perandū. in principio. in vers. sup possessione. iūcto ver. post lit. cōtesta. C. de iudi. ꝛ no. doc. ꝛ Jo. an. ꝛ alij in c. cōsultationib⁹. de offic. dele. ꝛ Bart. ꝛ late in. l. naturaliter. §. nihilcōe. in. iij. q. ff. de acqui. pos. ꝛ gloss. ꝛ Barto. in. l. j. C. si de momenta. possess. fuerit appellatū. Et Bart. ꝛ Ang. in. l. fi. C. qui legitimam personam. Et Bal. in. d. l. fi. C. si per vim vel alio modo. ꝛ in disputatione sua inci. accusatus de vi turbatiua, circa. xviij. col. ꝛ Angel. in. l. prima. §. annum. post gloss. ff. de itine. actuque priua. ꝛ Sali. in dicta. l. fina. vbi dicit quod excepto Guil. de cu. doc. cōmuniter sequūtur quod in possessorio ꝛ remedio dicti. c. redintegrāda. requirat litis contestatio. firmat expresse Archi. in. d. c. redintegrāda. vbi etiam refert ita tenuisse Gofr. in. c. §. de offic. iudi. ꝛ aliquid ponit Bald. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iure. vbi etiam allegat not. per Archid. in. d. c. redintegranda. ꝛ per Bal. in repetitio. l. incerti. xiij. q. C. de interdic. ¶ Debuisset igitur alia via contra dictos fratres de curato seruari si fuerunt cōtumaces: quia debuit procedi in contumaciā, non ad diffinitiuā sniam cōdemnatoriā, vt factū est; sed ad missionem in possessionē ex primo, ꝛ postea ex scdo decreto interueniēte adiudicatiōe, vt per doctores in locis supra allegatis, fm ea q̄ notant in. l. si finita. §. Julia, cum sim. ff. de dam. infe. ¶ Sed talē viā pcedēdi non sunt amplexi dicti agētes: ideo viā, quā ipse elegerunt scilicet perueniēdi ad diffinitiuam illa sibi pateat. l. si mulier. §. fi. ff. quod metus cau. ꝛ istud fundamentum meo iudicio est tutissimum ꝛ clarū pro nullitate dicte sentētie. ꝛ ideo dominus consultor requisitus ad consulendū per dictum dominum Potestatem tēpore late snie, debuisset solum cōsulere an esset probatū taliter qd inspectis pbationib⁹ ꝙ agētes in re integrāda ad possessionē, ꝛ quod cōmittebat respondere super ordine procedendi: quia super eo non erat requisitus. animaduertit om-

12 nimo pcessu nō posse sustinere, ita patet ex iā dictis. ¶ † Quātum autē ad dubiū quo queritur, an possit dici de nullitate dicte sententie late in possessorio de iure ciuili, ꝛ an nō possit appellari iuxta. l. vnicā. C. si de momēta. posses. fuerit app. de quo statim dicitur: tamē nō reperitur prohibitum dici de nullitate ꝛ sic sumus in regula, que habet ꝙ de nullitate cuiuslibet sententie regulariter dici posset. de. l. j. post prin. ff. de fe. l. j. ff. que sentē sine appella. rescind. l. si expressim. ff. de appella. in cle. j. de re iudica. ꝛ vult expresse Bald. in. d. l. vnica. C. si de momenta. possess. fue. appellatum. in penul. col. ꝛ. l. j. circa primam col. C. ne liceat tertio prouo. qd licet simpliciter appellatus non posset incidenter dicere de nullitate: quia appellatio etiā tacite comprehendit nullitatē. l. quedā mulier. C. famil. erci. ꝛ in. l. Carmelia pia. ff. de iure patro. ꝛ plene in. l. j. C. quādo prouo. non est necesse. tamē principaliter agendo de nullitate poterit dici nulla sen-

13 tentia lata in possessorio. allegat clem. j. de re iudic. ¶ † Sed de vno posset esse dubiū, vꝫ quid si appellatum esset ꝫ quod magis cōmuniter fit. s. per hec verba, dico sententiam nullam, ꝛ si qua est, appello: an tunc pcedat talis dictio nullitatis? ꝛ reperio quod solus Salice. in. d. l. vnica. C. si de momēta. pos. fuerit appella. tenuit ꝙ nō in casibus in quibus nō potest appellari: quia in hoc casu nō videtur dictum principaliter de nullitate: sed incidenter, ꝛ nō seorsum ab appellatione. ¶ Et dicit se ita tenuisse. in. l. j. C. quādo prouo. non est necesse. vbi voluit quādo quis compareret post latā sententiā, ꝛ dicit: dico sententiam nullā: ꝛ si qua est, appello. videoꝛ deducere appellationem principaliter, ꝛ nullitatē incidenter. ꝛ ita dicit esse de mente gl. in. d. l. j. in fi. C. quādo prouo. quam dicit forte nō reperiri alibi. ¶ Et secundū eum non obstat si diceretur, quod imo iste principiat a nullitate, ꝛ simpliciter, ꝛ pure: ꝛ sic illā principalē ꝛ non incidenter videtur facere; quia respondet quod non sic principiat: quia ex ordine intellectus ꝛ tacita iuris dispositiōe hoc innuit in. d. lege quedam mulier. ꝛ. d. l. Carmelia. nō dubio. ꝛ ideo non exprimit vt est expressum: ideo vitiat. l. non recte. C. de fideius. ¶ Sed hoc est aduertendum: quia difficultas ꝛ veritas huius passus consistit in hoc scilicet an sit verum quod nullitas dicatur incidenter deducta. quando quis dicat sententiam nullam ꝛ si qua est appello. in quo Ang. in. d. l. si expressim. ff. de appel. dicit quod dū ipse haberet talē questionem de facto Florētie, fuit consultū ꝛ iudicatum quod nullitas non dicitur venire incidenter, sed principaliter, [a] ꝛ falsum diceret gl. in. d. l. j. C. quādo prouo. ꝛ tamen dicit Ang. quod ipse non audet recedere ab illa gl. Jaco. but. in. d. l. j. C. quando prouo. non est necesse. etiā tenet contra illam glo. ꝛ vult quod iudicatur principaliter nullitas. idem videtur tenere Bar. in. d. l. si expressim. circa. iij. col. in versi. videndum est, an ex quibus casibus ꝛc. in quantum dixit quod quādo facta fuit mentio nullitatis in appellatione venit nullitas incidenter: ꝛ sic vult ꝙ vbi de illa fuit facta mentio in appellatione, ꝛ tunc venit principaliter. Et Jo. de Jmol. in d. l. si expressim. in. iiij. ꝛ. v. col. hoc expresse tenet, ꝛ dicit ꝙ bart. ibi ita videtur tenere. ꝛ quod ista pars sit verior probatur secūdum Jo. de imo. ꝛ moderniores ibi: quia ista sunt diuersa ꝛ separata scilicet nullitas ꝛ iniquitas, ꝛ ideo videtur quod ex quo vtroqꝫ petitur, ꝛ eque principaliter intelligatur deductum. nā vbi duo extrema copulantur: per copulam videntur ambo exprimi principaliter, per id qd legitur ꝛ no. in. l. si cer. ff. de fun. instru. ꝛ. l. j. in fi. cum. l. seq. ꝛ cum ibi nota. p Bartol. ff. de pec. leg. ꝛ qd no. Bart. in. l. Titie textores. ff. de leg. j. ¶ Pro hoc etiam facit: qꝛ vbi est aliqua dispositio, q̄ de sui natura aliquid includebat si illud a disponente excludit, amplius non inducitur, vt in tex. in simili. in. l. cum ex filio. §. j. ff. de vulga. ꝛ pup. cū ibi notat. ꝛ ideo lꝫ in appellatione tacite includat nullitas quādo de ea non est facta mētio. d. l. Carmelia: nō includit qn̄ incidēter venit ad ipsam appellationem. Pro hoc vide superi⁹ dicta p Jo. de imo. qꝛ qn̄ expresse dicit de nullitate, solum appellat in casu quo snīa sit aliqua, ergo nō pōt dici ꝙ in dicto casu veniat nullitas incidenter ad appellationē ex quo non vult appellare in quātū snīa est nulla, ꝛ rn̄det ad ratiōnē allegatam per

14 Sal. qꝛ † lꝫ exp̄ssio eorū, q̄ tacite insunt: nihil operat illud verū qn̄ fit expressio eo modo quo tacite inerat. secus est qn̄ alio modo exprimat quam inesset. l. si ita legatū. §. illi si nollet. ff. de legat. primo. l. tertia. §. filius. ff. de libe. ꝛ posthu. Sed isto casu exprimitur alio modo quod insit: quia inerat incidenter: ꝛ nunc exprimitur principaliter ipsa nullitas in appellatione: ideo nimirum si aliud operatur. ¶ Non obstat dum Salycetus dicit quod licet non exprimatur nullitas, sed simpliciter appelletur: intelligitur ex ordine intellectus dicere nullam sentētiam: ꝛ demum iniquam, quia secundum Jo. de imo. in. d. l. si expressim. hoc non est verum appellando ꝛ nihil dicendo de ipsa nullitate videt appellans per prius dicere nil esse iudicatum ratione iniquitatis, ꝛ successiue etiam non esse bene iudicatum, qꝛ contra ius. ꝛ sic per hoc dicere sententiam nullam. vt colligi potest est tex. d. l. Carmelia pia. ꝛ. l. quedā mulier. ¶ Quinimo ꝫ Jo. de imo. in. d. l. si expressim. non posse dici ꝙ mens gl. in. d. l. j. C. quando prouo. non est necesse. fuerit velle dicere cum semper nullitas sit incidēs quādo est appellatū, ꝛ causa appellationis sit principalis, etiam si in appellatione fuerit dictum: dico sententiam nullam: ꝛ si qua est, appello. sed potius fuit mēs gl. velle dicere quod iudex pronūcians appellationē non tenere, videtur confirmare primam sentētiam nullam, maxime si appellans dixit: dico sentētiam nullam: ꝛ si qua est, appello. quia etiā si simpliciter appelletur, ꝛ nihil dicat de nullitate causa appellationis est principalis, ꝛ nihilominus venit incidenter causa nullitatis. Et ideo non sine ministerio in gl. p̄dicta est adiecta dictio maxime. Hanc opinionem ꝙ intelligitur deducta nullitas principaliter quando dictum est, dico sententiam nullam ꝛ si qua est, appello. approbat Bald. in addi. Spec. in ti. de appel. in. xlij. coll. versicu. statutum. ꝛ dicit quod in causa appellationis debeat mitti decimum ꝛc. ꝛ An. de But. in. c. dilecto. de appella. ꝛ ibi Do. Abb. in penu. col. tenet idem. ¶ Et certe hec pars videtur verior, ꝛ communiter: tamē ad oppositiones euitandas commendarem quod si appellans modo predicto appellauit dicens: dico sententiam nullā: ꝛ si qua est, appello: faciat scripturā per quam interpretetur ꝛ declaret suam appellationem ꝛ nullitatis actionem, ꝛ declarando quod sue intentionis fuit iure deducere nullitatem principaliter, iniquitatem autem si sententia esset aliqua potest enim declarare talē suam intentionem appellans vt libellans. l. si quis cum intentione. cū ibi not. ff. de iudi. ꝛ no. in. l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei vendi. ꝛ versic. dicitur quod in appellatione expresse nullitatis deducitur principaliter, ꝛ sic reddit dubitatio sopi-

15 ta. ¶ † Quantum autem est ad illud quod queritur, an potuerit appellari in terris imperij a dicta sententia lata super dicto possessorio, communior opinio dicit quod non, per. d. l. vnicam. cum ibi no. ꝛ plene in. l. ij. ff. de appel. reci. cum cōcor. tamen dicit singulariter Bal. in. l. post sniam, in. ij. colum. C. de senten. ꝛ interlocu. omnium iudi. quod licet non possit appellari a sententia lata in possessorio, nihilominus si iudex a quo detulit appellationi, poterit appellans obtinere per ibi allegata per eum igitur si iudex predictus detulit appellationi, vel eam admisit quod idem est. c. cum appellationibus friuolis. §. j. de appella. in. vj. c. sepe. de appella. in antiquis poterit respectu iniquitatis sententie probata iniustitia obtinere appellans.

¶ Tamē puto sibi fauorabili⁹ esse dicere de nullitate, ꝛ super illa insistere stantibus his que supradicta sunt, ꝛ sic innouata pendente appellatione iudex suo officio reducit in pristinum statum. l. chirographus. §. j. ff. de administrat. tuto. l. j. ff. nil innouari appel. pen. c. bone. de appel. ita iudex nullitatis eo tempore, quo pronunciat sententiam fuisse nullam, potest reuocare omnia attenta pretextu sententie nulle: ita inquit Bartol. se putare

[a] ¶ Pricipaliter. Jas. l. j. col. iij. d in fi. ꝛ in. l. titie textor. §. j. de le. j. deci. ca. dilecto. infi. de appe. Nico. Eueral. in locis legal. lit. a natura copule. col. iij. Frā. rip. c. ij. co. x. de rescri. licet Saly. sequatur lāfran. repe. c. quoniam contra falsaz. ver. interlocutorie et appel.

putare in prealleg.l.i.in vlti.col.C.qñ prouo.non est necesse.ꝑ l.absentem.C.de accu.⁊ per.c.ex insinuatione.de procurato.cū ibi not.per Inn.⁊ hoc expresse ibi firmat Jo.de imo. vbi reputat hoc esse notādū.s.in.d.c.ex insinuatione.⁊ no.Inno.in.c.cū olim.in glo.in ver.canoniste.circa prin.de dolo ⁊ cōtu.vt saltē adiecta victoria sup nullitate,dꝫ retractari iā facta executione sentētie nulle,⁊ per Inn.in.c.cū in iure.de offi.dele. ⁊ per Bal. in.l.tale pactum.§.qui prouocauit.in.xij.q.in repe.ff.de pact.⁊ in auth.que supplicatio.C.de preci.impe.offe.bene facit.l.si cū nulla.ff.de re iud.⁊ quod no.doct.in.l.iiij.§.condemnatum.eo. titu.Alex.

# Summarium.

1 ☞Actio de euictione quē tꝫ,eum agētem repellit exceptio.
3 Alienatio rei subiecte restitutioni ignorāter facta valet.
4 Ignorantia censetur iusta ex quacunqꝫ causa.
5 Filius non presumitur scire testamentum patris.
6 Alienare potest filius,vsqꝫ ad vires legitime trebellianice.

# Consilium.III.

Viso ꝓcessu cause principalis inter Romanum quondā filium,⁊ heredem pro tertia parte Antonij de valdis,⁊ Amorestum Mattheum ⁊ Antonium fratres ⁊ filios quondam Valdi filij quondam ser Antonij tanquam heredes ser Antonij pro vna alia parte agentem,⁊ Romanum de valdis se defendentem, occasione septem petiarum terre, quas possidet dictus Romanus,que fuerunt de bonis ser Antonij, ⁊ que vt dicuntur erant subiecte restitutioni fideicommissi contenti in testamento dicti ser Antonij prout latius narrat̄ in libello dictorū agentium,pro quibus dicitur esse latā sententiā ꝯ reum,qui in effectu nullas defensiones fecit,⁊ a dicta sententia appellauit. ¶ Et omnibus recte consideratis, dico quod stantibus his que infra narrabūtur,⁊ illis verificatis in causa appellationis prout facillimum dicitur verificare posse:partes iudicis erant in pronunciando male iudicatum,⁊ bene appellatum,⁊ absoluendum esse Romanum a dicta petitione.¶ Et considero primo quod inter ceteras petias terre petitas est vna petia terre aratorie carriorum vndecim posita in fundo meliamini,vbi dicitur si lignati iuxta sextagnante,⁊ viam que fuit vendita pro Lanzeloto de valdis partre dicti Romani,⁊ cuius ser Lanzeloti.d.Romanus est heres vniuersalis,⁊ fuit vendita per dictos Gerardū ⁊ valdum filios quondam dicti ser Antonij,⁊ etiā ꝑ Antoniū filium quondam Bartholomei filij secundi dicti ser Anto.vt cōstat in instrumento rogato per notarium.vñ ꝓbato ꝙ dicta petia est illamet que fuit vendita ser Lanzeloto,⁊ ꝙ Romanus est heres,⁊ filius ser Lanzeloti,⁊ quod Mattheus amoretus,⁊ Antonius fratres ⁊ filij quondā dicti Valdi agētes in presenti iudicio fuerunt heredes dicti Valdi sui patris:

1 clarissimum est ꝙ ipsi agētes non possunt obtinere†:q2 quē ď euictiōe tenet actio,eundē agentē repellit exceptio.l.vendicātē. ff.de euictionibus.⁊ nemo pōt venire cōtra contractū suū, aut illius cuius ipse est heres.l.post mortem.ff.de adop.l.cū a matre.C.de rei vēd.l.ij.C.si qd in fraud.patr.¶ Sed.d.Gerardꝰ ⁊ heredes dicti Valdi tenerentur de euictione dicto Romano: quia Gerardus ⁊ do.Valdus vendiderunt dictā rem ser Lāzeloto,cuius Romanus est heres:ergo ei obstat exceptio, quem de euictione tꝫ actio ⁊c.nec possunt venire contra contractum suū,cuius sunt heredes predicti Mattheus amoretus ⁊ Antonius non possunt obtinere,predicti agentes pro dicta petia terre in quibus dico obtinere non posse prefatos agentes,cū presertim dictus Romanus emit dictas sex petias ab Antonio vt quondā Bartholomei filij dicti ser Antonij de valdis testatoris,ꝯstat duobꝰ instrumentis rogatis per ser Antoniū quondā ser Joānis de pilliciarijs.¶ Et presuppono quod ꝓbetur identitas rerū,id est ꝙ dicte sex petie terre petite comprehendantur in rebus descriptis in dictis duobus instrumētis,

2 prout mihi in facto presupponitur.† Nam attento quod Romanꝰ in dicta bona que emit nullā habuit,nec habuisse presumitur scientiam;quia in facto alieno presumitur ignorantia. l. fi.ff.pro suo.l.quod vulgo.ff.pro emptore.⁊ ita etiā asseruit Romanus respōdendo positionibus actoris.⁊ etiā attēto ꝙ dictꝰ Antonius Bartholomei presumitur habere ignorātiā cōtentorū in testō aui,cuius fuit heres nō īmediate,sed mediāte ꝑsona Bartholomei patris dicti Antonij,qui Bartholomeꝰ gessit se pro herede ser Antonij pr̄is,vt narrat̄ in libello agentiū. Et constat ꝙ ille qui efficit̄ heres ex testō mediāte facto alterīꝰ presumitur ignorasse cōtenta in testō,vt no.Bar.⁊ alij in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de ver.obl.in.iiij.q.versus finē.ibi dū allegat.l.fi.ff.pro suo.⁊ illud qđ no.in.l.si res obligata.ff.de legat.j.

3 ¶ Sed ita est† ꝙ vbi res vniuersaliter ⁊ in gñe sunt subiecte restitutioni fideicōmissarie,valet particularis alienatio facta de aliquibus de dictis rebus,qñ fit ab ignorante fideicommissū ⁊ pretium venit tātum in restitutione fideicōmis.vt est tex.singularis in.l.fi.ff.de leg.ij.per quem ibi ita cōiter cōcludūt Dy. Cy.Bart.⁊ alij scribentes,⁊ not.Ray.in auf.res que.in princ. C.cōmunia de le.vbi refert Dy.etiā ita dixisse.Et ita no.Bar. ⁊ Saly.in.l.fi.§.sin aūt sub cōditione.alias est in.§.sed q2.C.cōmunia de leg.istud etiā voluit Ange.in.d.l.fin.§.sed q2 nostra. C.cōia de leg.vbi etiam dicit ꝙ dꝫ esse cautus aduocatus actoris,vt semper deducat[a] scientiam alienātis:alias succumberet ꝭm eū.facit.l.verius.cum si.ff.de ꝓba.sed dicti agentes nedū nō probauerunt sꝫ nec allegarūt scientiā dicti Antonij alienātis.¶ Nec obstat si friuole diceretur ꝙ tex.in.d.l.fi.§.fi.ff.de le. ij.debet intelligi qñ illa ignorātia ꝓcessit a facto testatoris,qui ab intestato instituit vxorē heredē,⁊ in codicillis grauauit eā de restituendo hereditatē per fideicommissum alteri post mortem ipsius vxoris.Nam si ignorans fideicommissum sibi in codicillis iniunctū,alienauit fundū cōprehensum in fideicommisso,valet alienatio:nec pōt retractari postea per fideicommissariū:sed solū pōt petere fideicōmissarius pretiū ab heredibus dicte vxoris.

4 ¶ † Quia respōdeo, ⁊ dico ꝙ ratio propter quam ibi iuriscōsultus se fundat:est gñalis:ptꝫ ibi dū dicit text. Respondi propter iustā ignorantiā tam mulieris quam emptoris heredem mulieris,vt fundus apud emptorem remaneat fideicommissario pretiū dare debere.Cum ergo ibi text.fundat generaliter rationē sue decisionis in ignorantia,sequitur quod ibi est ignorantia iusta.habet etiā locum alia ratio quia ex ratione legis colligitur mens legis.l.cum mulier.⁊ ibi no.Barto. solu. matri.⁊ ita generaliter,indistincte in habente iustam[b] ignorantiā,intelligitur cōiter ille tex.per doct.in locis.s̄.alleg.cum quibus transeunt etiā Fulg.⁊ Pau.de castr.in prealleg.l.fin.§.sed q2.ideo autē tex.in.d.l.fin.in fi.ponderauit ꝙ testator in codicillis fecerat substitutionem fideicōmissariam:q2 si per tale fideicōmissum fuisset in testamēto vxor instituta cum esset heres extranea,non potuisset pretendere ignorantiā illius fideicōmissi, q2 extraneus post aditā hereditatē sibi delatā ex testō,presumitur habere scientiam contentorum in testō, vt no.in.l. cum his.ff. de libe.leg. ⁊ in.l.qdam ita.§.si quis filium.ff. ad treb.⁊ plene no.Bar.in.d.§.duo fratres.i.iij.q. nō aūt presumit̄ scire cōtenta ī codicillis.l.non est ferendus.ff. de tran. ⁊ in.l. si seruū.§. si de illo.ff.de ver.ob.⁊ istud est qđ voluit dicere Bal.in d.auf.res que.in princi.dū tractat de intellectu dicte.l.fi.§. fi. ¶ Poterit etiā ꝓcurator Romani quo ad primā petiā terre predictam venditam patri Romani per dictos Gerardū: Valdum ⁊ Antonium allegare ignorātiā dictorū Gerardi,⁊ Valdi,qui presumūt ignorasse fideicommissum cōtētū in testō

5 paterno: † quia filius in potestate cū sit illico suus patri, non presumitur habere scientiam contentoꝝ in testamēto paterno, l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.⁊ no.Barto.in.d.§.duo fratres.in.iij.q.¶ Et sic allegat̄ ꝙ dictus Gabriel tempore mortis patris erat in patria potestate prout presumitur nisi cōtrarium probetur,vt probat tex.in.l.si emancipati.in verbo, probatum.C.de codicillis.quem tex.ad hoc ibi ponderat Raph. Fulg.⁊ ptꝫ ex.l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.⁊ no.Ang.in.l.sed si de sua,per ibi no.ꝑ gl,ff, de acqui,here. ⁊ allegat procurator quod pater dicti ser Romani ignorauit dictum fideicommissum,prout de iure presumitur,d.l.fi.ff.pro

6 suo.⁊.l.quoniam sororem.C.de iur.delibe.¶ † Constat etiam vltra predicta fundamenta ꝙ dictꝰ Antonius filius quondā potuit alienare quantum est pro legitima debita dicto Bartholomeo:⁊ obtēta sibi Antonio tāquā heredi dicti sui patris quam habere debuit ꝓcurator:⁊ sine aliquo onere.l.quoniā in prioribus.⁊.l.ex tribꝰ.cū ibi notatis.C. de inoff. testa. Et ideo comendo ꝙ capituletur ⁊ probetur ꝙ dictus Antoniꝰ fuit heres dicti Bartholomei sui patris, ⁊ etiā esset vtile capitulare de viribus:⁊ de valore dicte hereditatis, ⁊ dictarum petiarū terre:⁊ sic appareret in quātum ascendere potuerit legitima.d, Bar. ¶ Potuit etiam dictus Antonius Bartholomei alienare dicta bona ꝓ quarta trebellianica sibi debita occasione fideicom.q2 qñ fideicommissum est conditionale:prout in casu nostro potest detrahi nedum legitima:sed etiam trebellianica ꝭm cōclusiones approbatas,vt in.c.raynutius.de test.⁊ plene no.in.l.quāquā.C.ad legē falcidiā.⁊ in infinitis locis vulgaribus,⁊ bona alienata debent in quartam trebellianicā impu-

a ¶ Deducat.Et ꝓbat.ī li.v.ꝯs.clxxxvj.nu.v.⁊ in fi.

b ¶ Iustū. Anto. corse. in fin.versi. alienatio.⁊ oēs fere hoc tenent.ampliat Alex.s̄.li.ij. ꝯsi.clxxxiiij.in fi. ⁊ male vt ibi dixi limitat Pau. ꝯsi. xciiij.clarū est in iure.li. ij. in subsidiū vt si venditor non esset soluēdo idē Ale. l.marcellus.§.res q̄.col.ij. ⁊.iiij.⁊ ibi Jas.co. j.ī fi.C.cōia de le. Jo.bertr.trac.gabel.in.iij.par.viij. ꝑtis ꝑnci.q.xxxij Bert.ꝯs.xxiij. ex. themate. col. xv. n,lxvij.lib.j.adde Cor.cōs.ccxxxiij. li.iij.cons, cxxxiij, li.iiij. Jas.l.eiꝰ.§. fi.col.ij. si cer.pet, deciꝰ.ꝯs.ccxxxvj. co.v.[illegible]

tari.l.marcell⁹.§.res que.ꝛ ibi plene not.ff.ad rteb.ꝛ in.l.filium
7 quem habentem.C.fami.ercis. ¶ † Item etiā constat quod di
cta bona potuissent alienari pro restitutione dotis dicti Bar-
tholomei,vel dicti Antonij eius filij pro cōstituendis dotibus
filiabus eorū:aut pro alimentis,si legitima portio debita iure
nature dicto Bartholomeo nō sufficiebat ad predicta:vt sunt
cōmunes cōclusiones doctorum in prealleg.auth.res que.ꝛ in
corpore vnde sumitur.ꝛ ista saltem ad abundentem cautelam
possunt deduci ꝛ probari si ita veritas se habeat. ¶ Alioqꝫ insup
fundamēto ostenditur,quod nō possunt obtinere dicti agētes
quia ipsi ꝛ bene se narrāt esse heredes in effectu dicti ser Anto-
nij,pro duabus tantum partibus ex tribus partibus,pro reli-
qua vero parte,pro qua heres dictus Bartholomeus ꝛ succes-
siue dictus Antonius eius filius dicunt non esse factā restitu-
tionem fideicommissi re vel verbo dictis agētibus:ergo in eos
non sunt translate actiones ex vna parte illa tertia, cum non
trāseat.nisi facta restitutione re vel verbo.l.facta.in pri.ꝛ.l.resti
tuta.ff.ad treb.l.j.ff.de fideic.here.pe. ¶ Posset etiam referri in
dubiū,an dictū fideicōmissum sortiatur effectum:q2 testator in
testamento instituit tres suos filios,ser Bartholomeū,Gerar
dū,ꝛ Valdum,ꝛ fecit substitutionem hoc modo:videlicet ꝙ si
aliquis dictorū filiorū qñcūqꝫ decederet sine filijs masculis, ꝛ
descendentibus,alios superuenientes eorum liberos masculo
rum descendentes sibi substituit:ꝛ sic voluit hereditatem suaꝫ
deuenire in lineā masculinā ꝛc.ista sunt in effectu verba testato
ris.ꝛ clarū est,ꝛ non euenit casus qđ aliquis istorū filiorum no
minatorū ī testamēto decesserit sine filijs. posito aūt ꝙ testator
ꝑ illa alia ỽba videlicet,ꝛ sic voluit hereditatē suā deuenire sem
8 per ꝑ lineā masculinā,videret † voluisse grauare per fideicōmis-
sum filios filiorūꝫ decedētes sine liberis,nō videretur quod ta
le fideicōmissum valeret:q2 ex quo testator nihil reliquit filijs fi
a liorūꝫ [a] nō videtur ꝙ eos grauare potuerit:lꝫ abintestato succe
dāt patribus suis.l.si sic.§.j.ff.de leg.iij.ꝛ.l.ab eo.C.de fideicō.
Et istam opinionē tenuerūt nōnulli doctores magne authori-
tatis. ¶ Uerum q2 Bar.ꝛ quidā alij tenuerunt contrariū pro-
pter qđ redditur passus ille dubius,vt per Barto.ꝛ alios.ff.de
vulg.ꝛ pupil.in.l. centurio.in ver. quero vlterius quid si testa-
tor dixerit sine filijs eorum filij.ꝛ ibi.d.l.si sic.ꝛ Bal.ꝛ Salv.in
l.precibus.circa penul.colū.C.de impub.ꝛ alijs substi.ꝛ Bald.
in.l.vnica.§.pro secundo.C.de cadu.tollen.ꝛ in.d.l.ab eo.ꝛ per
Bart.in consi.vij.incip. Andreas ꝛc. Non puto disputationeꝫ
hic esse necessariam,attento ꝙ ꝑ alia media clare constat de vi
ctoria dicti romani,vt supradicta ostensum satis extitit. ¶ Nō
omittat etiā procurator Romani capitulare ꝛ probare etiam
possessionem Romani ꝑ annos.x.aū aliquam interruptionem
prescriptionis,ꝛ allegetur titulus ꝛ bona fides Romani,ꝛ pre
scriptio longi tēporis,hoc dico etiā ad excludendos agētes si
dicere vellent ꝙ ipsi tanꝙ heredes pro dictis duabus partib⁹
dicti ser Antonij habent iure proprio in dictis sex petijs terre
pro duabus partibus ex tribus:ꝙuis putādum sit ꝙ dicti fra
tres seu dictus Antonius Bartholomei.ꝛ dicti Gerardus et
Valdus debuerūt dicta bnna hereditaria diuidere.ꝛ in parteꝫ
obuenerit dicte petie terre dicto Antonio vel eius patri:ꝛ de
hac diuisione apparet satis esse qđ possedisset dictus Antoni⁹
vel eius pater pro diuiso dictas petias terre per spatium,x.an
norum scientibus ꝛ patientibus dictis Geraldo ꝛ Valdo, ad
b hoc vt induceretur probatio diuisionis,vt not.glo, [b] singulari-
ter,ꝛ magis communiter approbata in.l.pe.C.eo.tit.commu.
diuidun.Alex.de imo.

¶ Fil iorū.s.lib.j. consi.cv.nu.iiij.
b ¶ Gio.s.l.ij.cōs. xcij.
c ¶ Qualitercūqꝫ. Alex.l.j.col.penso.m.i.j.lib.vj.cōclij.num.v. Bal. Imo.ꝛ alij.d.l.si domus.§. de euictiōe. Soc.l.qdā relegat⁹.colū.ij.8 re.du.Cur.iunior cōsi.j.nu.ij. Lud. de gozadi.consil. j.nu.xix.
d ¶ Utilitateꝫ. Lꝫ ꝛ adhuc in penaꝫ admitti dicat Ia co.de are.i.d.auſ. qui res [illegible] serua mus omnino pre tiū restituendū eo ipso ꝙ cōtū est cū habente legitimā administrationē.

# Summarium.

2 ☞ Qualitercunqꝫ verbum,facit locūm esse euictioni.
4 Ecclesia nō restituit receptū pretiū alienationis nulle, nisi con
stet in rem eius versam.ꝛ nu.8.
6 Administrator hospitalis non potest res eius pro se emere.

# Consilium, IIII.

VIso processu inter Ioā
nem de bigatijs agentem,ꝛ vniuersitateꝫ hoīm san
cte Marie de massa defendentem. ¶ Res admo-
dum est euidens ex multiplici capite ad fauorem vniuersitatis
vt mihi ideo videtur.non expedit multis medijs comprobare
ideo paucioribus absoluaꝫ id quod dicturus sum:agit namqꝫ
Ioannes contra dictam vniuersitatem de euictione domus,
quam a dicta vniuersitate pro pretio librarum cētum emerat:
ꝛ petit condemnari vniuersitatem ad dandum ꝛ soluendū ipsi
Ioanni dictam domū tanquam sibi euictam a iudice ablataꝫ
vel ad dandū sibi pretium libraruꝫ cētum,ꝛ a'ias libras centū
ꝑ suis damnis ꝛ interesse.vnde videndum est an cōpetat dicto
Ioanni ius agendi de euictione nisi quādo per sententiaꝫ res
1 est euicta ꝛ facta executio in ipsa re.† ꝛ sic non sufficit sententiā
esse latam super euictione,nisi etiam facta sit executio.tex.est in
l.habere licere.ff.de euic.ꝛ.l.si quis seruum. in princip. cum ibi
not.ff.de actio.emp.ꝛ.l.qui rem.C.de euictio.ꝛ nota.gloss. ma-
gna in.l.at qui natura.§.cum me absente.ꝛ ibi Bar.ff.de neg.
gest.Sed posito quod per sententiaꝫ euicta fuisset domus pre
dicta dicto Ioanni,de quo infra proxime dicetur.cum nō ap-
pareat in processu factam fuisse executionem dicte sentētie,seu
Ioannam desijsse possidere virtute dicte euictionis:ergo si nō
apparet.non cōpetit actio de euictione:nec q2 sibi res vendita
non fuisset dicte vniuersitatis.tū non tenetur vniuersitas etiaꝫ
actio ex empto dicto emptori:nisi vniuersitas sciens rē esse a-
lienam dolose vēdidisset domū emptori ignoranti rem esse alie
nam.textus est in.l.seruus quem.§.fin.ff.de actio.emp. ¶ Et
per hoc apparet quod non oportet insistere an de euictionē a-
gere possit dictus Ioannes,eo quia sibi in dicto instrumento
venditionis fuit promissum de euictione quomodocūqꝫ ꝛ qua
litercunqꝫ res euinceretur:propter que verba voluit glos.not.
in.l.cum pena.ff.de arbi.ꝛ Bal.ꝛ Ioan.de imo.in.l. si domus.
§.de euictione.ff.de leg.i.ꝛ Bald.in.l.si dictum.§.si compromi
2 sero.in lectura antiqua.ff. de euictio. † quod licet regulariter si
emptor super lite sibi mota de re empta fecerit compromissum
sponte,ꝛ per sententiam arbitri fuerit sibi res euicta,non possit
agere de euictione:vt in.d.§.si compromisero.ꝛ plene nota.per
glo.in.c.fin.de emptio.ꝛ venditio.tamē vbi adiecta sunt illa ver
c ba,in promissione de euic.s.qualitercunqꝫ [c] vel quomodocūqꝫ
res euinceretur,pōt agi etiam re euicta per sententiam arbitri.
¶ Nam posito quod istud esset de iure verum,tamē in casu no
stro est superuacua ista dubitatio:q2 nō apparet quod emptor
habuerit necesse restituere domū vigore sententie, seu arbitra
menti pro dicta domo.ꝛ sic aut nulla sibi potest cōpetere actio.
l.si cum venditio.§.si secundus.ꝛ ibi Iaco.but.ff.de euicti.be-
ne facit.d.l.habere licere.maxime cum dictus Io.omnem suā
intentionem in libello fundet in ipsa euictione secuta, ꝛ ex ipsa
agat,ꝛ constat quod nunꝙ ex ea agi pōt nisi re euicta ꝛ restitu
ta,vt dictum est supra. ¶ Fortius dico quod etiam dato quod
dictus Ioan.aliquid soluisset in predicta domo virtute dicti
arbitramenti:tamen non constat ex ipso arbitramento inquā-
tum fuerit condemuatus Io.pro dicta domo non potest Io.
quantitatem aliquam pecunie limitate ꝛ precise petere. Nam
arbitratores condemnarunt Io.in libris centum dandis auto
ri aduersariorum suorum pro omni iure quod dictus tutor di-
cto nomine tutorio haberet , tam in domo predicta , quam in
vna petia terre,quam etiam in tota hereditate Iacobi curato-
ris:ꝛ condemnauit dictum tutorem ad dandum ꝛ reddenduꝫ
etiam pro dictis libris centum dicto Ioanni omnia iura ipsi
tutori cōpetentia in hereditate dicti Iacobi curatoris. Cum
ergo non appareat quantum fuerit condemnatus Ioānes ꝑ
illa petia terre,ꝛ quantum valeant iura illa hereditatis Iaco-
bi.que sibi cedenda erant:non potest in aliqua certa quantita
te obtinere Ioannes:quia debuit precise ꝛ clare probare quā-
tum fuerit sibi euictum ratione domus,vt no.gl.in.l.que liber-
tatis.§.fi.ff.de euic.Bene facit quod not.glo.l.si ex falsis.C.de
transac.in versi.venio ad secundam partem glo.ꝛc.Ange.in.l.
3 debitoribus.ff.de re iudica. ¶ † Pro hoc quia probatio debet
esse clara ꝛ concludens.alias non releuat.c.in presentia.de ꝓb.
l.pomponius scribit frumentum.§.fin.cum similibus. ff.de rei
vendicatio. sed de aliquo damno vel interesse non probauit
Ioannes:ergo etiam in alijs libris centum petitis pro dam-
nis vel interesse non pōt obtinere:quia super talibus sententia
debet ferri certa.l.ij.cum ibi no.C.de senten.que sine cert.quan
tita.ꝛ no.l.j.C.de sen.que pro eo qđ interest.ꝛ in.§.curare.insti-
4 tu.de actio. ¶ Confirmo predicta, † quia quoties contractus
venditionis factus super ecclesiastica vel alicuius pij loci non
valet tunc ecclesia vel pius locus non tenetur ad restitutioneꝫ
d pretij,si non apparet pretium esse cōuersum in eius vtilitatē. [d]
vt no.gl.ꝛ doct.in auſ.qui res iam dictas.C.de sacrosan. eccle.
ꝛ no.Iacob.but.Bald.ꝛ Salv.in.l.iubemus.§.sane.eod.tit.ꝛ
Pau.de leaza.in cle.ij.de reb.eccle.non alie.docto.in.c. ad au-
dientiam.ꝛ in.c.si quis presbyter.de rebus eccle.non alienan.ꝛ
Bal.in.l.si predium.C.de predio.mino. ¶ Quod autem fue-
rit conuersum in vtilitatem dicti pij loci sancte Marie, hoc
non est probatum saltem per duos testes concludenter hoc
deponentes:nec in hoc standum esset confessioni administra-
toris dicti pij loci, quamuis in contractu tales administra-
tores

tores confessi pecuniam esse conuersam in vtilitatem ipsius pii loci. & no. Archi. x. q. ii. in c. hoc ius porrectum. & Guil. de cu. et Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. & docto. maxime Anto. de but. & Jo. de imo. in c. j. de deposi. faciunt no. per Bar. & alios in l. ciuitas. ad fi. ff. si cer. peta. et bene facit lex si forte. cum ibi no. per Bartol. ff. de castren. pecu. & quod not. in l. si dona. C. de colla. & quod nota. Jo. an. in addi. Specu. in tit. de reb. eccle. nõ alie. sub rubrica. ¶ Quod autem dictus cõ-

5 tractus alienationis non valuerit, patet: † quia in alienatione rerum immobilium cuiuslibet hospitalis, vel alterius pii loci, requiruntur solennitates sicut in alienatione rerum ecclesiasticarum. no. Bald. in d. auth. hoc ius porrectum. per tex. §. nos igitur. in auth. de nõ alie. Expressius not. hoc Joan. andr. dominus Anto. de but. Jo. de imo. & do. Abb. moder. in c. nulli. de rebus eccle. nõ alie. & Paul. de leaza. et alii post eum. in cle. quia contingit. §. illud. de religio. domi. & no. Ange. in repe. l. j. C. de fide instru. et iure haste fisca. libr. x. in. xi. colum. ¶ Sz ita est q in dictis alienationibus requiritur consensus episcopi. xii. q. ii. abbatis. & no. doc. in c. j. de his que fiũt a prela. & Spec. in titulo de emptio. & venditio. §. nunc dicendum. de alienationibus rerum minorum. vsi. ceterũ. cum simi. ¶ Sed ita est qd episcopus cõsensit alienationes dictorum bonorum posse fieri per dominum Casinam capellanum vniuersitatis, & societatis dictorum: et per Massarium, ac etiam per consulem dicte vniuersitatis, quorum nomine predicta facta fuerat supplicatio episcopo pro obtinenda licentia, vt narratur in concessione dicte licentie. et quod fuerit concessa dictis omnibus simul patet maxime ex verbis licẽtie predicte ibi dum dicitur, de vestris ceterorumq; virorum dicte societatis probitate, prudentia, & legalitate confidentes. per que, verba dicit alibi Innocẽtius quod videtur electa industria persone, vt ipse not. in capi. fina. de offic. delega. Sed ita est quod in dicta venditione domus non interuenit consul, vt patet ex instrumento: ergo non seruata forma mendati, actus est nullus. c. si cui. de electio. libr. vi. c. cum dilecta. de rescrip. l. diligenter. ff. manda. ¶ Nec etiã obstaret, si diceret q dictus Joãnes tpe quo emit, esset cõsul.

6 dico quod ipse debuisset se abstinere ab emendo: quia † cum ad

a eum spectaret administratio,[a] & alienatio rerum pii loci, non poterat pro se emere, vt no. glo. Cyn. et omnes in auth. quibuscũq;. C. de sacrosan. eccle. et legitur & not. in cle. fi. de rebus eccle. non alie. cum concor. ibi in glo. et per Bal. in l. si cum ipse. C. de contrahen. emptio. ¶ Et per hoc etiam apparet nõ obstare id quod deponunt testes actoris ad pbandum qd de cõsuetudine est quod Massarius & consul faciunt dictas alienationes: quia vt dixi in alienatione, de qua tractatur, non interuenit consul. ¶ Quinimo etiam de tali consuetudine longi tẽporis. saltem p dictos testes concludenter deponentes, vt euidentissime colligitur ex inspectione, non interuenit consensus omnium dictorum hominum vel saltem maioris partis cũ vocatione duarum partium vt requiritur. c. cum omnes. cum ibi nota. de cõstit. c. j. de his que fi. a maio. par. capi. et ibi no. l. nulli. & l. plane. ff. qd cuius. vniuersi. nomi. & l. iii. ff. de decre. ab ordin. faciend. ¶ Et qd ista non fuerunt seruata, patet ex instrumento venditionis, iunctis responsionibus factis per dictum Joannem decimequarte, & decimequinte positionibus dicte vniuersitatis: nec concludenter contrarium deponunt testes

7 actoris. ¶ † Quinimo testes dicunt q licentia vendendi data fuit Massario & Consuli: ergo Massarius sine Consule non potuit actum gerere. c. causam matrimonii. de offic. delega. l. si vnus. §. fi. cum. l. sequen. ff. de arbi. l. pompo. ff. de re iudic. merito ergo ipsemet Joãnes respõdendo vltime positioni vniuersitatis, fatetur quod dicti homines dicte societatis occasione dicte venditionis non tenentur ipsi Joanni in aliquo. ¶ Et licet ipse conetur postea in processu reuocare dictam responsionem tanquam erroneam, & ad probationem vtatur instrumento dicte venditionis: tamẽ ex inspectione dicti instrumenti non apparet de errore: imo potius contrarium certe stanti-

8 bus defectibus de quibus supra. ¶ † Accedit quia quando res immobilis venditur ab aliquo pio loco seu ecclesia, vt ex venditione dicte rei aliquid vtile fiat p ipso pio loco non po-

b test emptor agere ex dicto contractu, nisi probet[b] quod pecunia fuerit conuersa in illam causam pro qua fuerat facta vẽditio: ita nota. Inno. & Anto. de butrio & alii in capitulo. j. de deposito. et Bal. & Salyce. in dicta authentica. hoc ius porrectũ. vel illud quod ibi habetur: sed non est sufficienter probatum quod pretium dicte domus fuerit conuersum in causas expressas in licentia episcopi: seu in instrumento dicte venditionis: ergo &c. Ex quibus concludo partes domini iudicantis esse in absoluendo procuratorem dicti Consulis, Massarii, & hominum dicte vniuersitatis, & victum victori in expensis condemnare, iuxta. l. properãdum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. capitu. finem litibus. cum ibi no. de dolo & contumacia. Alex. de imo.

# Casus & Epitome.

¶ Hieronymus Instituit Joannẽ filium suũ, cui sine filiis decedẽti substituit Bartholomeum & Petrum testatoris fratres et eorum filios in stirpes, quo casu adueniente voluit quod tota hereditas sua deueniat ad Bartholomeum & Petrum, vt dictum est. mõ Joãnes successit patri suo: deinde decessit Bartholomeus relictis Gasparino, & Gerardo filiis, decedit etiã Petrus relictis Cilia & Jacoba neptib[9] ex Andrea filio premortuo. Nouissime decessit Joãnes sine filiis, & dicti Gasparinus et Gerardus occupauerũt bona quondam Hieronymi. Queritur an Cilia & Jacoba possint ex substitutiõe petere dimidium dictorũ bonorum: & si sic, an dicti Gasparinus & Gerardus heredes Joãnis ab intestato possint deducere trebellianicam, & quod ius competat dictis neptibus stãte statuto quod deficiẽtibus ascendentibus filiis & nepotibus & fratrib[9] defuncte persone ab intestato, succedãt patrui carnales & eorũ filii in stirpem et non in capita. decidit Alexã. in fi. nume. xvii. quod in dicto statuto appellatione filiorum non veniũt nepotes, ne nimium corrigatur ius commune. Et sic dicte neptes nullum habent ius in successione intestati dicti Joãnis sz decidit nume. iii. quod dicte neptes possunt ex dicta fideicõmissaria substitutione, in qua appellatione filiorũ veniunt nepotes & neptes, petere dimidiam bonorum dicti Hieronymi testatoris sine vlla detractione trebellianice tanq̃ tacite per illa verba, tota hereditas, prohibite numero. xiii. Et recte loquitur nisi in hoc vltimo de tacita prohibitione trebellianice. L. M.

# Consilium. V.

Circa primum dubium videretur prima consideratione dicendum dictas Ciliam & Jacobam ad dictam substitutionem nõ admitti. Nam ex iuris disputatione, constat eas non venire, nam ius substitutionis quod residebat in persona Petri non trãsmittitur de iure ad heredem si decedat substitut[9] antequã eueniat casus substitutionis, prout accidit in proposito per mortem Petri decedẽtis adhuc Joãne superstite. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitimis. & l. qui liberis. §. hec verba. de vulga. & pupil. ¶ Constat etiam videri quod ex dispositiõe Hieronymi testatoris nõ sunt vocate dicta Cilia & Jacoba, quoniam substituit testator tantum Bartholomeum & Petrum,

1 & eorum filios, de nepotibus nullã mẽtionẽ fecit, † ergo appellatione filiorum non debent comprehendi nepotes in testamẽtis. l. quod si nepotes. de testa. tute. isti. qui dari tuto. possunt. §. fin. & expressius in. l. gallus. in princi. iuncto. §. instituens. de libe. & posthu. vbi institutio facta de filio non porrigitur ad nepotes. & not. Ray. & And. de pisis in l. liberorum. de ver. sign. & etiam ibi refert Bart. in. iii. col. & idem videtur etiam tenere Bald. & Imo. in. §. instituens. & respondent ad. l. lucius. ff. de hered. insti. que videtur facere contra, quod ideo ibi appellatione filiorum comprehẽdũtur nepotes, ne alias extraneus substitutus preferat agnationi defuncti, quod videtur esse de mẽte testatoris. l. cum accutissimi. C. de fideicõ. l. generaliter. §. cũ aũt. de insti. & substi. ¶ Et idem videtur tenuisse Franciscus Accur. vt refert Bald. in. d. §. instituẽs. vbi inquit quod Frã. Accursi. consultus super tali questione, Quidam instituerat fratrem suum heredem suum, & si decederet frater sine liberis, substituerat filios Jordani sibi heredes. Jordanus non habuit filios viuẽtes, sed nepotes, querebat an nepotes admitterentur ad successionem, & cõcludebat Franciscus accur. quod aut ista substitutio fit ab ascendente, & cõtinentur nepotes, secus si ab alio: facit rõ. d. l. cum acutissimi. sed ista substitutio nõ fuit facta ab ascẽdente dicti Petri, & dictarũ Cilie, & Jacobe,

2 ergo &c. ¶ † Pro ista etiam facit, quia secundũ cõmunẽ vsum loquendi appellatione filiorum, non intelliguntur nepotes, vt not. in. d. §. fin. insti. qui da. tuto. pos. & no. Jaco. but. in prima consti. ffõrũ. vt refert Anto. de but. in princ. Decretaliuz. in. j. col. et notat Bal. in repetitio. l. in suis. de liber. et posthumis. in fine. Cõmunis autem vsus loquendi in vltimis voluntatib[9], et in omnibus dispositionibus preualet. ¶ Sed premissis

a ¶ Administratio. Secus aũt in ipso principali plato. Pan. consi. xli. co. iii. lib. j. Cardina. consi. xxxiiii. in fi. Cur. in tract. feud. par. ii. q. vii. Adalri. zas. trac. feu. pa[illegible] st. v. Fran. rip. tra. de pest. fol. ciiii. Alc. de psum. reg. j. presum. xxix. num. v.

b ¶ [illegible]

a nõ obstantibus cõtrariam a sententiam de iure puto veriorem. Primo per tex.in.d.l.lucius.in versic.filios.iuncto verbo eius liberos.de hered.insti. Nec obstat responsio Bald.quod ideo illud sit ne videatur testator extraneos pretulisse descendentibus ex fratre:qꝛ hec responsio non vendicat sibi locum in pro-3 posito nostro,†nam in.d.l.lucius.ideo nepotes excludũt substitutum:qꝛ ibi eadem ratione.qua testator pretulit extraneis substitutum fratrem,ꝛ eius filios:eadem ratione videtur etiã voluisse preferre nepotes:sed ita est in ꝓposito,quia eadem ratione qua testator pretulit in dimidia Petrum ꝛ eius filios Bartholomeo ꝛ eius filiis,eadẽ ratione videt̃ pretulisse nepotes Petri in dicta dimidia:ꝛ hoc ratio ꝓbat̃ in.d.l.cum acutissimi.Et ibi expresse gl.ij.que dixit quod eadẽ ratione, qua testator pretulit filium fideicommissario,eadem ratione videt̃ 4 pretulisse alios descẽdentes ex filio. ¶†Et illud esset verum si fideicommissarius vel substitutus esset etiam de descẽdẽtibus testatoris,vel pariter cõiunctus vt in casu nostro:qꝛ adhuc ẽt locum habet illud quod dicitur in.l.cum acutissimi.glo.est que subtiliter hoc probat in.l.j.C.de dona.cau.mort.quam ad hoc inducit ꝛ reputat singularem Imo.ꝛ Ro.in.l.si cui.ff.de do.cau.et idem no.Iac.butri.in.l.iij.C.de inof.testa.ꝛ Bal.in.d.l.cum accutissimi.ꝛ est casus,licet ipsi non allegent in.l.cũ auus.de cõdi.ꝛ demonstrationi. ¶Unũ in ꝓposito nostro dato ꝙ p exclusionem Cilie ꝛ Iacobe totũ ius veniret consolidandum in filios Bartholomei,q erat frater testatoris:tamen eadẽ ratione qua pretulit testator in dimidia Petrum et eius filios Bartholomeo ꝛ eiꝰ filiis,eadem rõne videtur pretulisse ꝛ nepotes Petri vt probaui.Et sic responsio Bal.potius facit ꝓ ista pte inducendo,ꝛ fortificãdo,vt supra bene facit quod statim dicam secundum Petrũ ꝛ Andr.de pisis. ¶Nec ad hoc obstat si diceretur:testator in dimidia bene pretulit Petruꝫ et eius filios masculos,per quos conseruatur agnatio ꝛ familia, nõ per feminas.l.pronunciatio.§.familie.ff.de verbo.signifi.in stit.de legi.agn.succes.ergo nõ videt̃ ꝓtulisse neptes Bartholomeo,ꝛ eius filiis masculis:quia respondeo ꝛ aperte qꝺ nullo modo non obstat:quia testator pretulit Petrum ꝛ eius fi-5 lios†per que verba testator videtur sensisse non solum de masculis,sed etiam feminis,vt est casus.in.l.si ita sit scriptum filiabus.de leg.ij.in.l.si quis ita dederit.de testamen.tute.in.l.quis quis mihi.de verb.signifi.si enim noluisset comprehendi feminas dixisset filios masculos.l.j.§.finautem ad deficiẽtis.C.de cad.tol.c.ad audiẽtiã.de deci. ¶Istud idẽ videnť tenere quo ad propositum nostrum Pet.ꝛ And.de pisis,vt refert Cy.et 6 Bal.in.d.§.instituens.volentes†ꝙ vbi est facta mẽtio ab homine de filio,qñ alias sequeretur aliquid inhumanum ꝛ cõtra naturam eiꝰ quod alias esse non debet quod tunc appellatione filiorum veniunt nepotes,per.l.vxorem.§.cõcubine.de leg.iij.ꝛ.l.liberorum.versi.sed ꝛ papinianus.de verb.signi.sed non est dubium ꝙ inhumanum esset hãc inequalitatẽ seruari inter descendẽtes fratrum dicti testatoris pariter substitutorum:nã dicit tex.in.l.fina.C.quorum bonorũ,qꝺ lex nature defert suc-7 cessionem agnatis.†Et in dubio de mente testatoris esse ꝓsumitur,qꝺ inter successores suos sibi pariter coniunctos equalitas omnino seruetur,vt probatur in.l.fina.C.cõia vtriusq̃.indic. Iniquum ergo esset si per talem interpretationem auferret̃ dictis Iacobe ꝛ Cilie hereditas,vel successio quam lex nature talibus deferre ꝯsueuit.ꝛ in dubio testator videt̃ ꝼm iuris dispositionem voluisse testari,ꝛ ꝼm quod successio de iure ferebatur inter heredes suos,vt no.Bal.in.l.heredes mei.§.cum ita.ad trebel.probat̃ in.l.gallꝰ.§.quidam recte.de libe.ꝛ posthu.ꝼm vnam lecturã.et no.Bart.in.l.vt iurisiurãdi.§.si liberi.de ope.liberto. ¶Sꝫ de iure.d.Iacoba ꝛ Cilia vna cum filiis Bartholomei pariter admittebantur:quia Iacoba ꝛ Cilia succe-b dunt b in locum patris sui,qui erat par in gradu cum filiis.d. Bartholomei,vt in.l.j.§.sed ꝛ si quis.ff.de suis ꝛ legiti.institu.de heredi.ab intesta.§.cum filius.ꝛ auť.post fratres.de legiti.8 here. ¶†Preterea istam opinio.quod indistincte testator vocando per modum dispositionis filios videtur etiam comprehendere nepotes,tenuit Bart.in.d.l.liberorũ.in.iij.colũ.et in d.§.instituens.ꝛ ꝓ hoc etiam allegat.l.filii.ꝛ.l.iusta.de verborꝫ signi.ꝛ.l.ij.cũ gl.de verb.sign.vbi appellatione filij dicũtur nepotes cõtineri:ergo cur non dicendũ hoc habere locum in vltimis volũtatibus in qbus lata fit interpretatio.l.in testamentis.de regu.iur.c.cum dilecti.de donatio.cum dicta opi.Bart. cõcordat formaliter Anto.de butr.in capitu.in quibusdam.de penis.et Petr.de anch.in clemen.j.de bapti.ꝛ Imo.in.d.l.lucius.in fine prime colum. ¶Fortius dixit Imol.in.d.§.insti-9 tuens.qꝺ tenendo opinio.†quod appellatione filij in testamẽtis nõ comprehendatur nepos:tamẽ illud fallit quãdo dispositio facta de filio nõ est collata in tempus presens,sed in futurum euẽtum:verosimiliter erat dubium,an tunc extaret filius, an vero nepos,vel alij inferiores.nam tũc verosimile est testatorem late accepisse verbum,filiis,presertim cum verosimiliter per affectionem debeat presumi fuisse testatoris erga nepotes si extarẽt,filiis mortuis.ꝛ ita dixit se intelligere hoc casu.d.l.lucius. ¶Et ex hoc infert qꝺ si testator instituit fratrem suum, ꝛ si decederet sine filiis,substituit filios Sempronij decedentibus filiis Sẽpronij relictis nepotibꝰ ante causam substitutionis euenientem idem sit.ꝛ sic ibi in specie decidit formaliter casum nostrum. ¶Nunc ad allegata in cõtrarium respondeo,et primo nõ obst.text.in.l.si ex pluribꝰ;de suis ꝛ legi.quia fateor quod Iacoba ꝛ Cilia nõ admittantur ad substitutionem tanquã heredes Petri,sed tanq̃ neptes vocate expresse a testato-10 re,vt superius probaui. ¶†Nõ obst.l.quod si nepotes.de testa.tute.cum simi.quia respondeo prout respondet Bart.in.d.l.liberorum.et Ant.de but.in.d.c.in quibusdã.ꝛ Pet.de anch.in.d.cle.j.de bap.quod ideo ibi tutor datus filiis non videtur datus esse nepotibus:quia licet illa ꝓuisio ex parte filij contineret fauorẽ et commodũ:tamen ex parte tutoris,qui dat̃ inuitus,cõtinet grauamen ꝛ onus:ꝛ licet datio tutoris non extendatur ad nepotes,hoc est eis leue preiudicium:quia ꝓuidebitur eis de tutore legitimo vel datiuo:ꝛ istam solutionẽ etiam sensit gl.in.d.l.iusta. ¶Non obstat tex.in.d.l.gallus.in principio.iuncto.§.instituens.quia respondetur ꝼm Bart.ibi ꝙ illa lex loquit̃ qñ filiꝰ fuit institutus nominatim:vt instituo filiũ meũ tunc nõ dubiũ quod nõ continetur nepos.l.si quis ita.ꝛ ibi no.de testa.tute. ¶Quinimo text.potius facit pro opinione,quod appellatione filij ꝯtineatur nepos,dum ibi probatur qꝺ institutio facta de nepote cõprehendit pronepotẽ ꝼm vnũ intellectum,quẽ ibi prosequitur Bart. ¶Nõ obstant opiniones Pet.et And.de pisis ꝛ Imo.quia dato qꝺ ille opiniones vere essent,que nõ sunt,vt superius ostendi:tamen quantum ad casum nostrum opiniones eorũ inferunt,quod appellatione filij comprehendatur nepos in casibus quos supra retuli. ¶Postremo non obstat id quod dicebatur de communi vsu loquendi:quia respõdeo pluribus modis.ꝛ primo ex his que 11 dixit egregie Bal.in.l.lege.ad fin.C.de legi.here.vbi dicit†qꝺ de communi vsu loquendi vulgares appellãt illum nepotem, qui est filius fratris. ¶Unde ꝼm Bal.sermones prolatos in vulgari debemus interpretari secundum cõmunem vsum loquendi:sermones prolatos in literali sermone:debemus interpretari secundũ artem literarum:id est ꝼm cõmunem modum loquendi literaliter,nõ aũt secundũ cõmunem vsum loquendi vulgariter.allegat no.per Cy.in.l.si cum ante.de donatio.ante nup.sed ista verba de quorum interpretatione queritur sunt in latino scripta a notario:ergo nõ debent intelligi secundũ communem vsum loquendi. ¶Bene facit quod not.Barto.in.l.si quis filiabus.de testa.tut.ꝛ in.l.si quid eorũ.in princ.de leg.iij.ꝛ in.l.liberorum.in vltima col.de verb.signi.vbi voluit in proposito nostro,quod si hec dictio filius,vel liberi,reperitur scripta a notario in instrumẽto vel contractu in latino non debẽt interpretari secundum quod intelligunt idiote ꝛ vulgares:sed secũdum iuris interpretationem.allegat no.in.l.j.C.de vsuris, ꝛ in.§.vt scriptum.instit.de inuti.stipulatio.quia presumenduꝫ est quod notarius apposuerit verba,que secũdum iuris interpretationem adaptantur ad mentem ꝛ voluntatem testatoris vel contrahentium,secundum Bart.vbi.s.Idem est de mente Bal.in capit.j.in princip.de successio.feud. ¶Item respondeo quod ille communis vsus loquẽdi,ꝛ est,ꝛ potest esse qꝺ in aliquibus locis viget talis vsus loquendi,ꝛ in aliquibus non de omnibus aũt locis nõ potuit habere notitiam Accursius, qui in.d.§.si.insti.qui testa.tut.da.poss.dicit quod ita se habet 12 cõmunis vsus loquendi.†nam eorum que facti alieni ꝛ remoti sunt quilibet presumitur habere ignorantiam.c.j.de constit.in.vj.c.cum in tua.qui matrimo.accusa.poss. Preterea si ita esset,sequeretur quod pro constanti presupponẽdum esset vbiqꝫ vigere communem vsum loquendi:ergo frustra Barto.ꝛ docto.in.d.l.liberorum.ꝛ alij in.l.maximũ vitium.C.de liber.preter.cum infinis concordantiis disputant.an statuta ꝛ alie dispositiones facientes mentionem de filiis comprehendant nepotes,ꝛ sic superuacua esset hec examinatio:quia certum esset 13 qꝺ non†cum omnes dispositiones recipiant interpretationes a cõmuni vsu loquendi.l.labeo.et ibi Bart.de supel.le.l.librorum.§.quod tñ cassius.de leg.iij.c.ex literis.de sponsa.ꝛ tamẽ Barto.in.d.l.liberorũ.habuit memoriam de tali communi vsu loquendi,ꝛ intelligendi verba illa,filios talis,ꝛc.in latino prolata a notariis ꝛ peritis interpretabatur,ꝛ intelligebantur tẽpore testamẽti secundũ communẽ vsum loquendi,ꝛ añ ꝑ longum tempus de liberis primi gradus tantum secũdum quod 14 declarat Bar.in.d.l.labeo.nõ obstabit†dictis Iacobe ꝛ Cilie alias

a ¶Cõtrariam.Et bñ lꝫ.s.li.j.ꝯs.j.cõtrariũ ꝯsuluerit et male [illegible]

b ¶Succedũt.Erat qꝛ cũ non sint filie:sꝫ neptes nõ fratris sed patrui defuncti ioannis nullomõ ad eius successionẽ venire possunt:sꝫ excludunt̃ a filiis Bartholomei,q sunt ꝓximiores in gradu etiã si Ioãnes mortuꝰ fuisset añ patrẽ suũ:ꝛ ageretur de successione intestati Hieronymi qꝛ ꝓuilegiũ representationis in linea collaterali si est datũ nisi filiis aut filiabꝰ fratruꝫ ꝺfuncti tm̃:nõ autẽ nepotibꝰ tex.in nouel.cõsti.cxviij.§.id aut priuilegiũ vulgo.in auth.de her.ab intesta.§.si igit̃.versicu.hmõi ꝓuilegiuꝫ.Sꝫ hoc corrigit in fi.huiꝰ consi.[illegible]

14 ile alias allegatus vsus loquēdi. ¶ †Circa secundum dubiū presuppono quod non est locus detractioni Trebellianice, ꝑpter illa ꝟba apposita in testamento, videlicet voluit quod tota sua hereditas perueniret ad suprascriptos Bartholomeum a ꝛ Petrum. Nā illud verbū, tota [a] hereditas, excludit detractionē Trebellianice: quia ita ex verbis cōiecturatur fuisse de mente testatoris: vt not. Bart. in. l. centurio. de vulga. ꝛ pupil. dum tractat de effectu substitutionis cōpendiose facte ꝑ verba communia: arg. l. in testamento. C. de testamen. mil. ꝛ. l. iul. de leg. iij. in princi. Et cum hac opinio. cōcordat etiam Ang. ꝛ Imo. in. d. l. cēturio. ꝛ in. l. precibus. in vltima col. C. de impu be. ꝛ alijs substitutio. ꝛ Bal. in. d. l. precibus. in ver. procedo vlterius, ꝛc. vbi etiam ꝓ hoc allegat glos. optimam in. l. decem. ff. de fidei. lib. ꝛ in ver. tota. ꝛ sequitur Ang. in. d. l. decē. qui dixit ad hoc eā esse singularē. idem voluit velle Bal. in. l. fina. C. ad. l. fal. in ver. quid si heres ꝛc. ꝛ idē ibi sentit Cy. ¶ Pro quo bene facit text. in illa. l. fi. ad legē falcid. in versi. in te. ꝛ tex. in. l. ij. §. ad filiorum. C. qñ ꝛ qui. quar. pars debe. li. x. ꝛ. l. si post missionem. in ꝟbo, plena legata. ff. ad. l. fal. ꝛ in auþ. de here. ꝛ fal. §. si vero expressim. ver. non autem. Idem consuluit Barto. in consi. inci. in. q. proposita viso puncto ipsius. q. ꝛ diligenter inspecto. ꝛ cōsi. incipien. Bart. rufoli. ꝛ in consilio. incipien. b. fecit testamentum. et ita etiam cōsuluit Angel. in cōsi. cxxv. inci. hoc est testamentum Petri. ꝛ dicit de hoc esse tex. singularem in. d. l. decē. in fi. ¶ Bñ facit qđ no. Ang. in. l. damni. §. cum pa
15 rietē. de dam. infec. vbi dicit per illū tex. † ꝙ si maritus qui lucratꝰ partē dotis ex forma statuti, muliere predecedente in matrimonio sine liberis, ꝓmisit restituere heredibus mulieris dotem: qđ intelligitur ꝓmisisse secundū formā statuti scilicet detracta dicta parte. secus si ꝓmisisset totam reddere, quod etiā no. Imo. ibi, et in. l. si patronus. ff. de donatio. idē tenuit Rayne. in. l. post dotem. solu. matri. allegat no. per docto. in. d. l. fin. C. ad legem falcid. et ista videtur magis communis sententia. ¶ Nec obst. ꝙ nonnulli cōtrariū teneant se fundantes per. l. j. §. inde neratius. ꝛ. l. qui totam. ꝛ. l. ita bene. §. totam. ad trebel. ꝛ. l. luciꝰ. §. heres institutus. ꝛ. l. si heres ab eo. §. totam. ad treb. ꝛ. l. si quis ad declinandam. in princip. C. de episco. et cleri. quia respondeo ꝙ illa iura loquuntur ẜm dispositionem iuris antiqui: quo iure statuto ꝓhibere non poterat detractionem Tre-
16 bellianice. † sed hodie ẜm magis cōmunē opinio. prohibere [b]
b potest per authenticā, sed cum testator. C. ad. l. fal. et no. glo. in authen. de her. ꝛ fal. §. si ꝟo expressim. ꝛ gl. insti. de fideicō. her. §. sed quia. et Cy. in. d. auþ. sed cum testator. ꝛ idem tꝫ ibi Bal. Bar. et Ang. in. l. marcellus. in prin. ad treb. ꝑ tex. in. d. l. marcellus. in prin. in versi. quod autē. et idem tenet Bal. in. l. filium quem habētē. C. fami. erci. ꝛ Ang. in. d. §. si vero expressim. Sꝫ propterea qđ iste cui facta est substitutio, est filius testatoris, nolui cōsulere super hoc secundo dubio: qꝛ non potest tunc testator ꝓhibere detrahere Trebellianicam: licet alias prohibere possit, vt est solennis decisio Bald. in. l. iubemus. per illum
17 tex. C. ad trebel. † Item an dictum statutum cōprehendat nepotem, videtur in terminis decidere Bald. quod sic, in. l. in quibus. C. de secun. nup. ꝛ alij in varijs locis tamē cōtrarium teneo, attento ꝙ isto casu de iure cōmuni Cilia ꝛ Iacoba nō representant ꝑsonā patris sui: quia nunꝗ filius representat ꝑsonam patris, nisi quando venit ad successionem aui vel patrui. in auþ. de heredi. ab intestato. §. reliquum. in authen. post fratres. et ibi Bart. C. de suis ꝛ legiti. ꝛ statutū debet interpretari: vt quāto minus pōt, ledat ius commune ꝛc. vt in terminis nostris firmāt docto. maxime Imo. in. §. de viro. cum simili. in. l. si vero. ff. sol. matr. Et ita vt superius scriptum est dico ꝛ consulo ego Alex.

## Summarium.

1 Locus ꝛ tēpus in libello exprimi debent in interdicto, vñ vi. ꝛ secus in. c. redintegranda. quod non infamat. nu. 2.
3 Uirtus clausule non se restringens. nu. 7.
4 Cap. redintegranda. competit etiam laicis: ꝛ in eo satis est ꝓbare de antiquiore possessore. nu. 5.
6 Spoliatio ex possessiōe ꝓbatꝛ, nisi recēs possess. sit titulata. n. 9.
11 Spoliatorem spoliare non licet ex interuallo.
12 Spoliatus ante omnia restituendus. nu. 13.
14 Possessio ꝑ negligentē perditꝛ minori spatio decem annorum.
15 Possideri quando dicatur iure familiaritatis.
17 Remediū ca. redintegranda. an detꝛ cōtra titulo possidentem.
19 Emphyteuta per non solutionem ipso iure priuatur.
20 Sententia non requiritur nisi ad executionem.
22 Citatio non requiritur in actu pendente a mera voluntate.

## Consilium. VI.

Circa promissum inter generosam dominam Rengardā filiaꝫ olim nobilis viri Philippi Matthei de accomāducijs de vrbino agentē: ꝛ magnificam dominam Elizabetam filiā quondam nobilis viri domini Guidopauli de accomanducijs predictis ꝛ vxorē magnifici comitis Ugolini de bandis se defendentem. Primo discutiendum est an libellus ꝛ petitio dicte domine Rengarde ꝓcedat nō obstantibus nōnullis in ꝯtrarium oppositis. ¶ Secundo principaliter erit videndum: posito ꝙ libellus ꝓcedat. An in meritis cause opportune fundata sit intentio agentis, adeo qđ nō obstantibus probationibus partis, debeat ꝓcedi ad condemnationem iuxta formam cōtentorum in petitione agentis. ¶ Circa primū principale videndum est, an ꝓcedat libellus in possessorio recuperande: quamuis in eo non sit appositus mensis spoliationis. ¶ Secundo, an remedium inten
1 tatum competere possit agenti. ¶ †Quo ad primum videretur dicendum, quod libellus non procedat: quia videmus qđ iudicium quo agitur ad recuperādam possessionem, qua actor per vim se spoliatum esse dicit, appellatur famosum: quia efficitur infamis saltem infamia facti. l. honori. ꝛ. l. licet. ff. de obsequijs. ꝛ ibi notatur. l. j. §. interdictum hoc quia. ff. de vi ꝛ vi arma. ꝛ no. gl. in. l. neqꝫ. co. tit. et ideo tunc quando intentatur remedium famosum, etiam si ciuiliter agatur, requiritur expressio loci ꝛ temporis, sicut quando criminaliter agitur. l. item exigit. ff. de dolo. l. pretor edixit. in princip. ff. de iniurijs. et ibi Barto. dicit non referre: an ꝓducat infamiam iuris an facti. ꝛ in. c. tue. de ꝓcurator. et not. Barto. in. l. edita. C. de edendo. ꝛ in. l. ꝓcuratorem. ff. de obseq. ꝛ expresse in libello in quo intentatur interdictum vnde vi. notat Bart. in. l. j. §. siue autem. ff. de vi ꝛ vi armata. ¶ Tamen hoc non obstante, dico cōtrarium esse de iure verius: maxime ex infrascriptis. Et primo, qꝛ ex forma decreti omnibꝰ causis ꝓceditur summarie, ꝛ de plano sine strepitu ꝛ figura iudicij: quo casu omnis solennitas iuris positi intelligitur esse reiecta. legitur ꝛ notatur in clemen. sepe. de verbo. signifi. ꝛ no. Barto. in extrauagan. ad reprimendam. in versi. sine figura. cum simi. Sed quod requiratur insertio mēsis, est solēnitas inducta a iure positiuo, non a iure naturali vel gentiū, vt. l. liberorum. in princ. ff. de accu. ꝛ in. d. l. pretor edixit. ¶ Accedit ad huius cōfirmationem id quod in rescripto principis continetꝛ. Nam princeps committit iustitiaꝫ fieri summarie visa veritate. ꝛ dicit Ant. de but. in. c. ij. de iur. cal. ꝙ quando causa committitꝛ cognoscēda, ꝛ terminānda de veritate ꝛ equitate, ꝙ excludūtur solēnitates rigorose iuris positiui per illum text. ꝛ quid plus important dicta verba, quam quando committitur ꝙ causa cognoscatur summarie, ꝛ de plano, sine
2 strepitu ꝛ figura iudicij. ¶ †Secūdo respōdeo ꝙ non est intētatum interdictū vnde vi quod producit infamiā saltē facti, vt dixi, sed est intentatū remediuꝫ proditū ex canone redintegrāda. iij. q. j. ꝙ enumeratur iter remedia q̄ infamāt: imo cuꝫ dicatꝛ cōditio ex lege seu canone p̄dicto oriri: vt not. gl. ꝛ doc. in. d. c. cum ad sedē. in ꝟ. interdictū. de resti. spo. ꝛ Archi. in. d. c. redintegranda. ꝛ Anto. de but. in. c. solite. in fi. §. antiquos. de resti. spol. ꝛ ptꝫ in. l. j. cum ibi no. ff. de condi. ex. l. ꝛ cōditiones intentate nō ifamāt. l. cessat. ff. de actio. ꝛ oblig. ergo nec ista cōditio
Circa primum dubium quo queritur,vtrum per ingressum religionis ordi nis obseruantie beati Francisci,per professionem 1 factam intra.xxv.annum,dicatur † adimpleta conditio sub- a stitutionis facte dictis filijs concludo^a qd sic quia cum ambo filij predicti nullus ex se superstitib⁹ filijs legitimis z naturali bus intra dictam etatem.xxv.annorum professionem fecerunt in religione predicta:dicitur verificata illa conditio , videlicet si omnes morerētur sine filijs legitimis z naturalib⁹ itra.xxv. annum:quia cum per omnia quo ad dispositionem z succes- sionem bonorum quorū tales fratres minores sunt incapaces b habeat eundem ^b effectum talis mors ciuilis,quem habet na turalis,iudicam⁹ de illa,put de morte naturali.l.deo nobis. C.de episc.z cleri.l.adeo.§.publicatione.ff.pro socio.z no.in.l. ex ea parte.§.insulam.maxime per doct.ff.de ver.ob.z in.l.j.§. fin.ff.de bon.pos.cōtra tab.z ita cōcludit Bar.z Bal.in.l.cum pater.§.hereditatem.el.j.ff.de leg.ij.z Bar.in suo tractatu mi- noricarum.in.iiij.parte,in versiculo.isti etiam heredes institu ti.ita etiam concludit Pau.de leaza.in dispu.sua incipi.sub- stitutus zc.¶ Constat enim q quo ad succedendū in heredi- tate,vel bonis in quibus fuerāt a dicto Nicolao instituti here ditate,vel bonis in quibus fuerant a dictis bonis tam dicti filij post pfessionē in dicta religione minorū factā,q̄ etiā eorū ecclesia fuerūt,z sunt inhabiles z incapaces.vt in.c.exijt q se minat.§.porro.de verb.signi.z in cle.exiui.§.cupiētes.eo.tit.et ideo sic pfessi dicunt mortui mūdo.xvi.q.j.placuit.el.ij.ij.qd. vij.nullus.z in.d.l.Deo nobis.istam cōclusionē etiam in ppo sito firmat Ang.in.l.ex facto.ff.ad Treb.vbi p hoc allegat.d. l.ex facto.§.si quis rogatus.el.ij.ver.sed si seruus pene.cū gl. in verbo sed cū decedit.in fin.z l.intercidit.ff.de cōdi.z demō. 2 vbi † per damnationē in metallū,per quā quis efficit seruus pene,z sic omnino pro mortuo habet quo ad effectū substitu- tionis facte in hr̄ditate,verificat illa cōditio,scilicet si decesse rit zc.¶ Itē quo ad casum nostrū.s.in ingrediēte religionem mendicātiū,tenet Jo.de Jmo.z Pau.de ca.in lectura Bono niēsi.in.d.§.quis rogat⁹.el.ij.atteto qd tales pfessi sunt inca- paces bonorū etiā in cōmuni per iura supra allegata.¶ Pro hac cōclusione etiā bñ facit tex.in.l.Statius.§.Cornelio feli- ci.ff.de iure fis.ibi dum dicit,q grauat⁹ potuit interim res ac- quirere zc.a cōtrario sensu q̄ ratio cessat in pdictis mendican tib⁹,qui nec in singulari,nec in cōmuni acqrere possunt secus autē in his qui pfitent religionē eorū,qui in cōmum sunt ca- paces bonorū in cōmuni per dictū.§.Cornelio felici.z ibi not. Bar.z Bal.in.d.§.hereditatē.per illū tex.q̄ propter id tunc nō operat eūdē effectū mors ciuilis,quem operat mors natu- ralis,ideo nō pcedūt a pari,vt ibi,z in.d.l.ex ea.§.in insulā.cū ibi no.z in.c.susceptū.de rescrip.in.vj.cū sili.¶ Bñ faciūt no. p Bar.Bal.z modernos magis cōiter in.l.j.§.ff.de testa.z per Bar.in dicto trac.z in aut.si qua mulier.z ibi Bal.C.de sacro san.eccle.z Bar.in.l.sed si mors.ff.de dona.inter vi.p doc.in.c. 3 in presentia.de pba.dñ concludūt † qd si testator qui testamē tum condidit profitetur religionem fratrum Minorum,qui non sunt capaces bonorū:etiā in cōi confirmatur statim ei⁹ testm̄ absq expectatiōe mortis naturalis,eo q mors ciuilis hic operatur eundē effectū,quē mors naturalis,vt tradit ibi plenius.¶ Et licet Joan.de imo.in.d.§.hereditatem.dixerit q in q̄stione nostra opi.Bar.z sequaciū ibi faciat vnū.s.quia mors naturalis videtur posse aliquid operari.s.respectu dila- tiōis plus q̄ mors ciuilis.z ideo vr̄ q debeat expectari mors naturalis.z ppterea relinquit cogitandum.respondeo.tamen ipse non negat quin vera sit opinio Bar.quam ipsemet etiam postea secutus est in.d.§.ex facto.z in.d.§.si quis rogat⁹.z li- cet nō respōdeat ad argumentum adductū in cōtrariū,tamen potest respōderi per id qd habetur in.d.§.in insulā.procedit in promissione collata in tps mortis principaliter adiecta causa differēde solutionis prout in dubio presumitur.l.eum qui.al's Jabolenus.cum ibi no.ff.de annu.lega.z no.in.l.qui Rome. in prin.ff.de verb.ob.Unde cū maiorem dilationē operet ex- pectatiōe mortis naturalis,q̄ expectatione mortis ciuil.ideo nō sufficit ibi mors ciuilis.¶ Fuit eñ ibi facta pmissio p hec verba,cū morieris.q̄ principaliter denotant tps.l.si Titio.in prin.ff.quādo dies leg.ced.Sz in pposito nostro testator non adiecit tps causa differēde restitutionis hereditatis,sz adiecit cōditionē,si decederēt sine filijs:q volüit hereditatē peruenī- re in descendentes,iuxta.l.Luci⁹.la vlti.cum ibi.no.ff.de here. insti.¶ Unde,quia quantum ad istum effectum idem operā- tur dicta mors ciuilis sicut naturalis,debet ergo esse idem ius a in vna pront in alia,vt probatur in iurib⁹ supra allegatis.non enim proficua est grauato expectatio mortis naturalis casu nostro,cum bona retineat sicut est in casu dicti.§.in insulam.z ideo vbi concurreret ratio dicti.§.in insulam.posset habere lo- cum illa opinio.¶ Preterea cum ista sit cōmunis opi.docto. non est in iudicando ab ea recedendū,vt traditur in locis vul- 4 garibus.¶ † Nec obst.si diceretur quod dicti filij Nicolai non dicunt decessisse sine filijs cum ingressi fuerint religionem,qui ingressus idem operari cōsueuit ac si grauatus decessisset cum liberis vt in.§.sed hoc psenti.in aut.de sanc.episcopis.z in.d. c.in presentia.q omissa lōga disputatione,que fit in illa mate ria an dictū fuerit simpliciter,si fili⁹ meus decesserit sine filijs, substituo Titiū.z tūc filio ingrediente monasteriū,excludit substitutus.vt in.d.§.sed hoc presenti.aut dictū fuit sine filijs legitimis z naturalibus.prout fuit in casu nostro.z tūc secun- c dum Joā.^c an.in.c.Raynaldus.de testa.admittat substitut⁹ propter mentē testantis,que per predicta verba satis aperte colligitur futile considerare naturalitatem.z ideo cum verba sint clara,cessat omnino interpretatio:nōnulli vero tenuerūt cōtrariū.¶ Que disputatio hic nō est necessaria:q illa varie- tas opinionum procedere posset,vbi ingressi fuissent monaste rium quod in communi esset capax bonorum.sed quando in- grediuntur monasterium:quod in commum nō est capax bo- norū.vt in casu nostro:tunc communis est opi.quod admitta b tur substitutus:quia tex.in.d.§.sed hoc presenti.loquit in mo- nasterio capace bonorū,ad qd transibāt bona:z sic resultabat c fauor monasterij que ratio hic cedat,nō enim debet extēdi ca- sus positus in.d.§.sed hoc presenti.ad alium casum q̄ ad ca- sum ibi expressum,vt inquit glo.fin.in.d.c.in presentia.in fin. z hoc in proposito nostro expresse tenet Anto.de but.in.d.c. in presentia.de proba.post medium.in versicu.iij.an possit in- gressus zc.z Jo.de Jmo.in.l.lucius.la vlti.ff.de here.insti.vbi etiā refert Bal.ibi ita sentire.z Jo.de Jmo.in.l.si ita quis.§. is cui.ff.de leg.ij.z dicit ibi q ita intert ex rationib⁹ ibi allega tis per Bar.¶ Ita etiā est de mēte Baldi in aut.nisi rogati. C.ad trebel.circa primā col.in ver.in text.ibi venerabilem lo- cum zc.z expressius voluit Bal.in.d.c.in presentia.in quinta 5 col.in ver.sed qd si monasteriū zc.vbi querit,† qd si monaste- riū nō valt bona in casu in quo ingredienti monasteriū fuerat dicta substitu.io si decederet sine filijs zc.an excluderet substi- tutus per dictū ingressum religiōis.z cōcludit qd nō:q duo sunt necessaria vt excludat substitut⁹,s.qd ille cui factā est sub- stitutio in[gr]ediat monasteriū.scōo q i monasteriū trāseāt bo na:z iō [talis] religio mendicātiū nō excluderet substitutū,q nō hr̄ loco hr̄dis,cū heres esse nō possit.Pro hoc adducit i si-

¶ Concludo hoc est de indubitabi- li p no.Alex.cōsil. cxxi.adde cōr.cōs. cclviij.lib.iij.lz Z- riū cōsuluit,z ma le,Ang.cōs.lxxx. inci.Jo.suū.j.sed qd si isti filij z he- redes instituti nō ingrediant dictā [religionē] sed decedāt relictis liberis [...] eā pfessis:ancha. consil.cccxcvj.in vnū.tenet defice- re cōditionē.que eēt magna āplia- tio ad.l.filiusfa.§. cū qs.de leg.j.sed eā falsam puto q cōditio intelligit de habilibus [...]

¶ Eundē.Alex.li.ij. cōs.cxxix.nu.4. ¶ Joā.z bene [...]

mili, tex. in l. si post morte. §. liberi. ff. de bon. poss. cōtrata. τ l. j. §. si pater emancipatus. ff. de coniun. cum eman. libe. ¶ Istam partem etiam approbat Pau. de cast. in d. aut. nisi rogati. vbi querit quid si ille cui facta est substitutio predicta ingrediatur monasterium mendicantiū, qui non habēt bona in cōmuni, et sic ad monasteriū nō transeunt bona, licet transeat persona. et dicit se putare quod tunc non habeat locū dispositio dicte authenti. que sumpta est ex d. §. sed τ hoc presenti. Nam ſm eum postq̄ non fauemus loco religioso, nō debemus nocere substituto. ¶ Et istud approbat in religione fratrum minorū, sed de aliis mendicantibus, vt sunt p̄dicatores, τ eremitani est maius dubium: quia licet sint mēdicantes tamē nō ita sicut minores, imo asserūt se posse capere τ vendere, licet nō retinere. τ dicunt se habere hoc ex constitutionibus papalibus, de quo ibi aliquid per eum. Sed quātū ad dictos predicatores, τ eremitanos omitto: quia nō pertinet ad casum nostrū: apparet igit̄ hanc esse communem opinionem. τ merito damnanda est opinio. Ang. qui aliter senserit, τ cōmuni sententie est adherendū saltem in iudicando, vt est dictum. ¶ Et istam opin. etiā confirmo per id quod no. Bar. in l. filiusfa. §. cum quis. de leg. j. et
6 Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi dicunt † quod si quis decessit cum filio, qui sit de ordine minorum, qui nō possunt habere aliquid etiā in cōmuni, dicitur decedere sine liberis. argu. d. l. ex facto. §. ex facto. τ l. si necem. §. si deportatus. ff. de bo. liber. τ l. j. §. si. ff. de bo. pos. 5 tab. bene facit etiā pro ista parte tex. in d. c. in presentia. in verbo, sine liberis. iuncto text. ibi dū dicit q: tamē non erat intelligendum sine herede decessisse illum, q sibi monasterium instituit τc. τ sic patet quod loquitur in monasterio capace bonorum. ¶ Circa secundū dubium, quo queritur nunqd dicti Augustinus τ Petrus possint agere ad consequendū relictum iure institutionis factum dicte Nicole, dandum τ soluendū cum peruenerit ad nuptias pro parte eos tangente τ sic nunquid dicta Nicola trāsmiserit dictum relictū in totū, vel saltem vsq̄ ad legitimā ad dictum Salganū eius heredē: visis statutis sub rubrica q̄ mulier dotata nō succedat stantibus masculis. τ sub rubri. quod mulier dotata ad successionē vel diuisionē nō veniat cum fratre. cum quadam additione incipiente in primis cū statutum. sub rub.
7 quod mulier dotata ad successionem vel diuisionē τc. † mihi videtur breuiter concludendū dictos Augustinū τ Petrum pro ratis, pro quibus sunt heredes dicti Salgani sui patris posse ex persona patris agere ad consequendum dictum relictum saltem pro rata legitime debite Nicole in bonis patris, vbi relictum excessisset legitimam. moueor: q: de iure cōmuni omne grauamen τ omnis dilatio reĳcitur de legitima debita filio τ filie. l. quoniam in prioribus. τ l. scimus. §. cū autē. C. de inoffi. testa. τ illam transmittit. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bo. l. §̄. C. ad l. falci. vnica. §. cū igitur. C. de cadu. tollen. iuncta. d. l. quoniam in prioribus, bene faciunt not. per Saly. in l. scimus. in princ. C. de inoffi. testa. ¶ Solum est videndū an obstatuta predicta τ mihi videtur si bene consideretur quod non habeant obstare. Nam primum statutū sub rubrica quod mulier dotata nō succedat extantibus masculis loquitur in successione bonorū matris vel linee materne, si bene inspiciatur nigrum dicti statuti ibi dum dicit, matri sue ab intestato non
8 succedat τc. † τ posito quod rubrica [a] esset gñalior nigro, vt
a plerunq̄ cōtingit, etiā in iure cōmuni, vt patet in rubri. C. de relig. τ sum. fune. τ ibi gl. insti. de oblig. que ex deli. na. τ ibi gl. in prin. in versi. ex maleficio. τ in rubri. C. de sponsa. τ ibi glo. in ver. Proxenetis. τ no. glo. in aut. de incest. nup. in princip. in ver. illicitas. τ in l. j. C. de capi. ciui. cēn. eximen. lib. xj. iūcta gl. τ ibi per Bar. in l. j. τ ibi doct. ff. si cer. pet. cum simili. tamē hoc non habet obstare: quia in rubri. predicta non est declaratum quando intelligatur filia esse dotata. τ illud declaratur in nigro in quo dicitur q̄ mulier intelligitur dotata ab aliquo, qñ ab illo maritus seu quicūq̄ pro marito dotem seu aliquid nomine dotis confessus fuerit recepisse, vel recipiet, seu receperit, τ cui dotem promisit seu promittet restituere pro vxore. Unde ad intelligentiā rubrice sumitur argumentū ex nigro, vt in dicta. l. j. ff. si certum peta. nam quia pretor sub illo titu. edixit de pignore τ commodato τ simi. ideo p̄posita est generaliter rubri. de reb. cred. ¶ Et dicit expresse. Anto. de butr. in proemio decretaliū, quod nigrum declarat rubrū imo secundū eum, quando nigrum contradiceret rubro magis standum est nigro q̄ rubro, tanquā magis deliberato. τ allegat no. per gl. magnam in aut. ad hec. C. de vsur. ita etiam dicit Alberi. de rosa. in d. l. j. ff. si cer. pet. τ ibi etiam Saly. qui pro hoc allegat gl. in rubri. C. de preben. sala. lib. x. iuncta. l. j. illius ti. ¶ Itē quia nigrum est posterius, ideo debet illud magis attendi. capi. j. de constit. in vj. secundum Alb. in d. l. j. ¶ Et sicut per rubricam declaratur qñq̄ nigrum, vt not. gl. in l. j. in versic. pretorio. τ ibi not. Bal. C. ne liceat in vna eadēq̄ causa tertio prouocare. τ no. glo. ij. in c. j. de offi. deleg. in vj. τ glo. ij. in c. tibi. de rescrip. e. lib. τ Ioan. and. in addi. Spec. in tit. de dispu. τ allegat. §. fin. in fin. ff. de here. insti. τ Ang. in authen. de incest. nup. in princ. ita pari ratione debet per nigrum induci declaratio
9 rubrice. † Nam τ per sequētia declarantur precedentia, τ ecōtra. l. si seruus pluriū. §. si. τ l. filiabus. in princi. ff. de lega. j. intelligi ergo debet dicta rubrica de filia dotata, scilicet accipiendo dotatā prout dicit̄ ibi in nigro, scilicet quando maritus est confessus recepisse, vel recepit dotē. sed in p̄posito nostro nulla confessio vel receptio dotis facta est a marito, ergo nō sumꝰ in casu statuti. ¶ Et per hoc apparet nō obstare id quod no.
b Bar. [b] in l. Titio centū. §. titio genero. ff. de condi. τ demon.
10 vbi cōcludit † quod statutum dicēs, quod filia dotata a patre non succedat patri, nec possit aliquid dicere cōtra testamentū patris, habebit locum etiam in filia pupilla. cui solummodo pater etiam in testamēto reliquerat centū pro dote, id q̄d habetur in l. qui pupillam. τ ibi Bart. ff. de adulte. τ in l. non est matrimonium, τ ibi not. etiā Barto. ff. de ritu nup. τ per not. per glo. in l. cum plures. §. pen. ff. de admini. tuto. τ quia dicta verba statuti loquentis de filia dotata intelligūtur de filia in qua pater actum dotandi exercuit: quantum in eo fuit. l. mulier. l. penul. ff. de condi. insti. τ l. Stichus se heredi. de statu libe. τ ita etiam not. Bal. in l. non sine. C. de bonis que libe. quia respondeo quod ibi in statuto nō erat declaratum aliter quomodo filia intelligat̄ dotata, vt proxime dictū fuit τ prefata Nicola nō fuit dotata prout statutum exigit. ¶ Plus dixit Bal. in d. l. sancimus. C. de nup. quod posito q̄ dicta filia cui in testō relicta est certa quantitas pro dote diceretur dotata:
c tamē si interim anteq̄ nubat decedat [c] trāsmittat ad heredes suos: quia alias remaneret omnino indotata τ sine vlla legiti-
11 ma. ¶ † Quinimo secundū Ioā. de Imo. in d. §. Titio genero. etiā quādo statutū aliter nō declaret quomodo accipiatur dotata, non potest intelligi de ea in qua pater solum legando exercuit actum dotandi. cū non possit dos proprie esse sine matrimonio. l. j. C. de dona. ante nup. τ statutum predictum: quod est cōtra ius commune debet p̄prie τ stricte intelligi nō aliter. ff. de lega. ij. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. l. cōstitutionibus. ff. ad municipales. nisi aliter probaret̄ esse ex communi vsu loquendi illius loci. ¶ Et ita etiaz tenet Rapha. Fulgo. in d. l. non sine referens se ita consuluisse apud Ueronā, τ dicit q̄ ita est de mente dictorum antiquorū, τ subdit quod gl. in d. l. cū plures. §. si. non dr̄ contrariū: τ ita etiam tenuit ipse in d. l. nō est matrimonium. Paul. de cast. etiaz in d. §. Titio genero. cō-
12 cordat opiniones, dicens † q̄ aut statutū dr̄ quod extantibꝰ masculis filia femina non succedat: sed dotet̄: τ tunc procedat opiñ. Bart. scilicet q̄ si filia decedat anteq̄ nubat, nihil transmittat, τ non sit locus dotationi: nec tūc dos relicta a patre intelligit̄ relicta pro legitima: quia ei nulla legitima debebat: q: legitima erat olim quarta, τ hodie tertia eius q̄d filius vel filia debuisset habere abintestato. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. testa. l. cū queritur. τ l. parētibus. τ in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. sed filia a successione intestati est exclusa: ergo hic nō cadit legitima. ¶ Aut statutum dicit q̄ filia dotata nō succedat prout est in casu nostro, τ procedit opi. Bal. τ sequaciū: quia tunc filia cui pater in testamento centum reliquit pro dote, cū nubet prout fuit in casu nostro, si decedat anteq̄ nubat trāsmittit ad heredes suos: q: videtur ei relictū pro legitima seu loco legitime. τ sic tāq̄ purum statim peti posset, per d. l. quoniam in priorib. de inoffi. testa. q: ista filia nō censet̄ dotata: q: anteq̄ eueniat conditio, id est anteq̄ nubat non potest dici dotata. argu. l. cedere. ff. de verbo. significa. sicut filius qui est institutus sub conditiōe nō censetur institutus: imo olim tanq̄ preteritus dicebat testamentum nullum. l. suus quoq̄. in princip. ff. de heredi. instit. l. s pater. C. de insti. τ substi. sub cōdi. fac. τ ibi notat̄. si ita est ergo secundū eū nō excludit̄ per statutū a successione tanq̄ dotata τ p̄ ɔsequēs debet̄ sibi legitima que debet̄ pure. alias autem dicit ipse, resultaret magna iniquitas: quia statutum eaz excludit propter dotez: τ sic vult q̄ dotē habet, arg. l. qui volebat. ff. de here. insti. τ tamen cōtingere posset q̄ nec dotē haberet, vt si contingat q̄ decedat antequā nubat, vel si nō vult nubere, sed cōtinētiā in domo seruare. τ dicit q̄ hec est ipsa ve-
d ritas: ita etiam cōsuluit ipse [d] in cōsilio incipien. super primo puncto. τ cōsi. incipien. super eo de quo querit̄ clara τ indubitata τc. ¶ Et istam distinctionem etiam facit Rapha. cuma. i. d. §. Titio genero. qui dicit q̄ debet distingui an statutū dicat q̄ filia femina nō succedat extantibus masculis, sed dotet̄ an vero dicat q̄ filia dotata nō succedat, τ isto scđo casu dicit quod nō

---

a ¶ Rubrica. 3. li. ij. cōsi. cxc. nu. 5.

b ¶ Bar. quē sequitur Ias. i rub. sol. matri. co. ij. co. iiij. consi. xj. col. j. cōsi. ccxxxvij. nu. 2. li. j. Alcia. lib. j. pag. vij. de verb. signi. frā. cre. no. iij. cor. cōsi. cxxiiij. lib. ij. τ male dicendū vt sequitur. nu. 11 [illegible]

c ¶ Decedat. post mortem tamē patris vt ibi loquit̄ Barto. τ bene facque dixi. 3. lib. ij. cōsi. cix. idē Pet. de anch. ɔsil. cccxxiij. ita omnia adde. j. lib. v. consil. lxxxij. in prin.

d ¶ Ipse. s. Paul. cōsil. cccxxiij. super primo. col. ij. lib. j. consil. vj. super eo. [illegible]

a qd nō dicit[a] dotata filia, cui pater centum in testamento reliquit pro dote, nisi aliter de cōmuni vsu loquēdi cōstaret, ꝛ pbatur, licet ipse nō alleget qꝛ dotatio dicitur quādo ꝛ ipsa dos
13 traditur. † Unde cōtractus dotis dicitur cōtractus qui re pficitur. ꝛ si nō incipiat a traditione, sed a pmissione, nō appellatur cōtract⁹ dotis, sed appellatur promissio que nō esset cōtractus nominatus, vt probat Barto. in. l. iurisgentium. in. si. principiū. ff. de pactis. per. l. ad exactionem. ꝛ ibi Bal. C. de do. promis. ꝛ. l. legem. ꝛ ibi Saly. C. de pactis. ¶ Et dicit Raph. cu. in. d. §. Titio genero. ꝙ iura allegata per Bar. nō dicūt id ad quod allegātur per eū scilicet. d. l. nō est matrimoniū. cū simili. ¶ Et posito scdm eū ꝙ verū esset ꝙ deberet dici dotata illa cui pater in testamento reliquit: tamē adhuc dicit esse tenēdum quod tale relictum sit purū: quia succedit loco legitime: ꝛ sic debet sapere eius naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. ꝛ argu. l. emptor. §. ancillam. ff. de rei vendi. ꝛ. l. penu. ff. de col. do. ꝫ de legitima deducit omne grauamen, ꝛ omnis dilatio: ergo ita dꝫ esse in pposito scdm eū. ¶ Bene facit ad casum nostrum id quod notat Joan. Andr. in addi. Specu. in tit. de statu monacho. super rubrica. ꝛ per Alber. de rosa. in. ij. parte statutorū questione. ciiij. incipiēte, adhuc super eodem themate ꝛc. ad fi. dicte questionis. Huic cōclusioni etiā bene conuenit id quod notabiliter decidit Bal. in. l. si plures. C. de condi. inser. in. x. col. in versi. iuxta predicta formatur ta-
14 lis questio ꝛc. vbi queritur, † statuto cauet ꝙ filia dotata a patre non succedat, modo cōtingit ꝙ Titius decessit relicta posthuma in vtero, vel ea relicta infante ita ꝙ eam dotare non potuit. vtrum fratres qui sunt heredes vniuersales dotando excludant eam. arguit ad partes. ꝛ finaliter concludit, ꝙ filia nō excludetur: quia iste est casus omissus a statuto, ꝛ sic remanet in dispositione iuris communis. ꝛ cū eo transit Petrus de anchara. in repeti. c. canonum statuta. de consti. in versi. pone statuto cauet ꝙ filia dotata ꝛc. Et sic apparet quod Bal. ꝛ Pet. de ancha. volūt ꝙ dictum statutum loquēs de filia dotata intelligatur de filia cui dos sit tradita: quia alias nō esset verum dicere ꝙ pater eam infantem vel in vtero existētem dotare nō potuisset: quia imo posset dotari relinquendo in testamēto dotem. ¶ Sed certe hec disputatio quo ad dictum primū statutum non videtur necessaria, attēto quod secundū formā illius statuti ista nō dicitur fuisse dotata: ꝛ propterea etiam nō expedit insistere circa id quod voluit Bal. in. d. l. non sine. in fin. dū voluit quod stante statuto ꝙ filia dotata nō succedat, ꝛ cōtingat ꝙ pater filie infanti dotē reliquit, ipsa anteꝙ nuberet decessit. nā secūdū eum ibi cū defecerit cōditio filia censet pterita ꝛ pot rūpere testamētū tanꝙ preterita. l. fi. ff. de cōdi. insti. que, opi. nō videtur pcedere hodie cum talis conditio reijciatur p d. l. quoniam in priorib⁹. ꝛ per no. in. d. l. si pater. per doc. ꝛ ideo reprehenditur per raph. in. d. §. Titio genero. ꝛ ipsemet Bal. melius locut⁹ est in. d. l. sancimus. C. de nup. ¶ Preterea dictum statutum excludit filiam dotatam quādiu supersint filij masculi: ꝛ tempore mortis Nicolae iam fratres defecerant extra re: quia erāt professi in dicta religione propter quod habeātur pro mortuis, vt dixi in primo dubio. ¶ Non obst. etiam aliud sequens statutum sub rubri. qd mulier dotata ad successionem vel diuisionē nō veniat cū fratre: quia dictum statutum etiam loquitur de illa muliere que fuerit dotata, ꝛ dotē recepisset de bonis cōibus, ꝛ sic copulatiue requirit, ꝙ fuerit dotata ꝛ dotem recepisset de bonis cōmunib⁹, q̄ haberet cū fratre vel fratrib⁹: ꝛ sic vtrunqꝫ requirit. l. si heredi plures. ff. de condi. insti. l. si is qui ducenta. §. vtrū. de reb. dub. ꝛ ponderandum est illud ver-
15 bum, † receperit. quia denotat actualem traditionem, vt dicit Barto. ꝛ alij docto. in multis locis, ꝛ maxime in. l. ij. §. fina. ff. si cer. pet. per. l. j. §. si mutuam. ff. si quid in frau. patro. cum simi. ¶ Non ob. etiam duꝫ in dicto statuto subiungit, salua in hoc testamentaria dispositiōe patris vel matris. qꝛ respondeo qd intentio statuti est, ꝙ nulla mulier que fuerit dotata, ꝛ dotem receperit de bonis cōmunibus, que habebat cum fratre possit venire ad successionē, vel diuisionem, vel cōmunem aliquam bonorum ꝛ rerum omnium, que penes fratrem vel fratres remanserunt salua in hoc testamentaria dispositione patris vel
16 matris ꝛc. † quasi dicat, ꝙ si tamen mulieri que recepisset dotē predictam esset etiā aliquid insuper relictum a patre vel a matre in testamento nō excludat per statutum a tali relicto: quia voluerunt statuentes derogare libere facultati testandi. arg. l. pactū. C. de pac. ꝛ. l. si patronus nos valuerit. ff. de bo. liber. ꝛ. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. cū ibi no. p Bar. in fi. j. col. cū suis cōcord. ꝛ ita etiā debet interpretari dictum statutum cū sic micus ledat ius cōe ꝛ ius tertij. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus. de cōsue. ꝛ per dicta verba non intelligitur statutū tribuere maius robur testamento patris vel ma-

tris, ꝙ se haberet: per no. per Ang. post Jac. but. in. l. omnes. C. de prescrip. xxx. ann. ꝛ in. l. fi. in prin. C. de tēp. ap. ¶ Nō obstat etiā additio facta ad dictū proximū statutum: qꝛ illa additio emanauit ad tollendum dubium, quando intelligatur dotata mulier de bonis communibus: eo qꝛ quidam dicebant qd si mulier erat dotata a patre suo nō intelligebat dotata de bonis cōmunib⁹: ꝛ ideo statuerunt ad dictā dubitationē submouendā, declarādo ꝙ mulier dotata de bonis paternis tempore vite patris sui intelligat fuisse dotata de bonis cōmunibus, q̄ haberet cū fratre. cū igitur nō fuerit dotata in vita patris dicta Nicola, vt loquitur dicta additio statuti, sequitur ꝙ nō sum⁹ in casu statuti. Pro hoc benefacit qd voluit Bart. in cōsil. lxxvj. incipien. pater filio suo emancipato donauit ꝛc. vbi
17 concludit † ꝙ si pater donauit filio suo emācipato omnia bona presentia ꝛ futura saluis ꝛ reseruatis dicto patri omnibus fructibus ꝛ redditibus dictorum bonorū in vita dicti patris de quibus liceat in vita sua disponere pro libito sue volūtatis nō videtur sibi reseruasse potestatem disponendi in vltima voluntate, sed inter viuos: qꝛ ita importāt illa verba, in vita sua. nam si appellaremus testamentum dispositionē in vita, male tradita esset magistralis doctrina glossarū, ꝛ doct. que habet qd quedam est dispositio inter viuos: quedā in vltima voluntate. pro hoc etiam adducit cū glo. C. de testamen. tute. Item quia omnis dispositio iudicatur secundum tēpus in quo confertur. l. quod sponse. C. de dona. ante nup. l. in tēpus. ff. de heredi. instit. l. in fuga. C. ad legē Faui. de plagia. ergo dispositio testamenti, que confertur post mortem, debet iudicari tanꝙ sit de actibus post mortem, nō autē de actibus in vita. Pro hoc etiam adducit rationes quas breuitatis causa omitto. ¶ Cū igitur Nicola non habuerit dotem, sed solum in testamento sibi relicta fuerit, non dicitur fuisse dotata de bonis paternis
18 in vita pr̄is, vt est casus pulsus in dicta additione. ¶ † Preterea dicta additio statuti veniens ad interpretationē ꝛ declarationē dicti antiqui statuti, debet intelligi in casibus in qui-
b bus loquitur statutum interpretatum,[b] ꝛ ſm modificationem ꝛ dispositionem statuti interpretati ꝛ declarati in authenti. de filijs ante dota. instru. nat. §. fin. ꝛ not. Archidiacon. in capitu. dispendia. in versicu. si contrafecerit. in fi. de rescript. in. vj. et est glo. nota. iuncto textu in clemen. statutum. in ver. consuetudine. de elec. quam ibi ad hoc reputat no. Anto. de butr. ꝛ Joā. de imo. ꝛ per illam etiā dicit ibi Lapus abbas, ꝙ si aliqua additio sit facta in statuto antiquo, illa intelliget repetita in statuto declarante: sed statutum antiquum ad cuius additionem facta est dicta declaratio, loqtur in muliere dotata cū interuētu actualis receptionis dotis, vt deduxi. s. ergo ita dꝫ intelligi dicta noua additio, que ad statutū predictū declarandum
19 emanauit. ¶ † Super tertio dubio quo queritur an dicta Nicola transmiserit relictum ei factū per patrē suum post mortē masculorū predictorū intra. xxv. annū arbitrio cōmissariorū, qui tamen nunꝙ arbitrati sunt, ꝛ quorum aliqui sunt mortui. inter quos est dictus Salgan⁹. ꝛ in hoc breuissime cōcludo ꝙ trāsmisit: quia dictū relictū dicitur fuisse purum, nō conditionale, attēto ꝙ declaratio quātitatis fuit cōmissa arbitrio commissariorum. tex. est in. l. j. ver. sed cum ita. ff. de leg. ij. ꝛ ibi not.
20 ¶ † Et cum fuerit facta cōmissio per verbum videbit, quod est verbum importans arbitrium boni viri. l. fideicommissa. §. quanꝙ. ff. de leg. iij. ꝛ dicti executores nō fuerint vnꝙ arbitrati, ꝛ elapsus sit neduꝫ annus, ꝫ ꝙplurimi anni iuxta. l. fi. §. sed ꝛ si quis. C. cōia de leg. ꝛ no. per Bar. in. d. l. j. de leg. ij. recurrendum est ad bonum virū. i. ad iudicem q habebit arbitrari ꝛ taxare partem bonorū, habito respectu ad vires patrimonij. d. l. j. ꝛ ad numerum fratrum. l. si filie. ff. de lega. ij. ꝛ habito respectu etiā ad qualitatem, seu quantitatem alterius relicti sibi facti, ꝛ qualitatem persone. l. cum vnus. §. cum ibi not. ꝛ. l. pen. ff. de ali. ꝛ ciba. lega. ¶ † Circa quartum dubiū quo queritur,
21 nūquid dicta Nicola q̄ superuixit post mortē ciuilē masculorū potuerit agere ad hereditatē matris p pte sua, siue vigore redintegrationis, siue qꝛ nō dotata scdm formā statutorū predictorū: ꝛ in hoc respōdeo ꝙ agere potuit: qꝛ de iure cōi admittebat p pte sua vna cū masculis. l. maximū vitiū. C. de lib. prete. l. lege. xij. tabularū. C. de legi. here. nec sibi obstabūt statuta de qb⁹ s. mētionē habuit: qꝛ illa statuta loquūtur ꝛ intelligūt de filia dotata tali mō ꝛ forma ꝙ non verificantur in dicta Nicola,
22 que dotē nō recepit ſm qd statuta ipsa exigūt. ¶ † Preterea dictū statutū sub rubrica: mulier ꝙ dotata nō succedat, excludit filiā dotatā a pr̄e a successiōe hr̄ditatis materne, ꝙdiu supsit filius mascul⁹: ergo facta pfessiōe dictorū masculorū in religiōe minorū obseruātie, p quā habent in pposito p mortuis, vt dictū fuit in primo dubio, seqtur ꝙ nihil obstāt Nicole pdicte quomin⁹ agere potuerit, vt plene cōcludit Bar. i. l. fi. ff. ad

a ¶ Non dicit. ꝛ sic nisi sit nupta et actu dotata tpe delate successionis cessat statutū idē Bal. ɔſ. cxcvij. lib. iij. An. iser. c. j. de natur. succes. feu. col. v. ꝛ vj. in vsib. feud. vincē. hercula. dispu. inci. perusinus. char. xv. co. j. idē bar. ɔſ. xxxj. quidam decessit. Cōſ. cōſ. xcvj. col. pe. li. ij. ɔſ. lx. li. iij. ɔſ. ccc. li. iiij. Cur. senior. ɔſ. xxvij. in fin. deci. ɔſ. xxiiij. in fi. cōſi. dlxxxix. ɔſ. dclxxxiij. Alexan. hic ꝛ. s. lib. ij. consi. [illegible] ꝛ. j. eod. lib. cōſ. xlviij. j. lib. vj. ɔſ. cxxvij. col. iij. ꝛ bene. idē roma. ɔſ. cccxlij. vt decisionē late Alber. bru. tract. statu. statu. exclu. fem. ar. vj. q. iij. vj. adde Ale. ɔſ. cxxiiij. ɔ. cvij. ꝛ. xix. ɔſ. clxij. nu. ii. li. ij. ɔſ. ccxj. in fi. li. vij. hypp. marsi. sing. cccclxxxj.

b ¶ Interpretatū. tex. l. nihil. de coniung. cū emancip. li. gemi. d. c. dispēdia. col. j. c. lꝫ canon. col. j. c. auaritie. col. ij. de ele. in vj. Jas. l. post dotem. col. xvj. sol. matri.

a tertyl. & Bart.[a] in consi. suo incip. pater habēs filiū & filiā. & in consil. incip. Jaco. quodā Afredatij. & in cōsil. incip. proponit ꝙ pater &c. & Bal. in. c. j. in tit. episcopū vel abbatē. in vsi. feu. & in. l. cū vxori. C. quādo dies leg. ced. & in. l. si quis filiū. C. de inoffi. testa. & in. l. ij. C. de libe. prete. & ibi etiā Saly. et Bal. in. l. in quib᷒. & in auē. sed et si quis. in. vj. col. C. de secun. nup. & Bald. & Ang. in. l. gallus. §. & quid si tātū. ff. de libe. & posthu. & Bal. in. l. si quis posthumos. §. j. eo. tit. & Ange. & Joan. de Jmo. in l. ei qui soluēdo. ff. de heredi. instit. & Ang. in. §. si quis autē. in auē. de here. & fal. & in. l. & si pauciores. ff. si pars hereditatis petatur. per illū tex. quo dicit nō posse ad hoc allegari meliorē. & est cōmunis opinio quo ad casum nostrū: vt patet ex his que
23 traduntur in dictis locis. ¶ † Potuit enim statutum facere filios masculos ad tempus esse heredes: vt postea faceret eos desinere esse heredes, vt in auē. hoc amplius. C. de fideicō. & d. l. & si pauciores. & not. in. l. substitutione. ff. de vulga. & pupilla. Preterea dictū aliud statutum sub rubrica, ꝙ mulier dotata ad successionē, vel ad diuisionē nō venit cū fratre non excludit feminā quādo ex fratre vel fratrib᷒ nō remanserūt descendentes, pront est in casu nostro: quia nulli remanserūt descenden-
24 tes ex dictis fratribus. ¶ † Circa quintum dubiū quo querit, vtrū dicti Augustinus & Petrus possunt agere contra dictū Jacobum vt communiceter capitale quod reperitur posuisse in dictis societatibus, tanquā fuerit de pecunijs paternis cuz ipse nō haberet tunc aliqua bona, ac etiā ad lucrū quesituz ex dictis societatibus per dictū Jacobū, attento ꝙ tempore quo dictus Jacobus dictas societates cōtraxit propria bona non habebat. Puto ꝙ attēto ꝙ dictus Jacobus erat administrator traffici dicti Salgani, vna cum dicto Salgano eius patre, erat procurator generalis dicti Salgani, & non paruā quantitatem denariorū patris sui in manib᷒ habebat. & ꝙ dictas societates cōtraxit nomine proprio & patre ignorante, & ꝙ pecunias proprias nō habebat, presumātur esse pecunijs paternis ex cōiecturis predictis per not. gl. per Cy. & alios in. l. cū oportet. in prin. C. de bo. que libe. & Specu. in tit. de actore. §. j. versi. sed quid si dubiteē. & per Bal. in auē. ex testamento. C. de coll. in. vij. col. & in. l. iubemus. §. j. C. ad Treb. ¶ Et per cōsequens lucruz etiā inde perceptū tanꝙ perceptū ex pecunia paterna, et profectitia debetur heredibus dicti Salgani, & hoc pro rata lucri, que consueuit assignari pro capitali, iuxta nota. per Barto. & alios in. l. illud. C. de colla. & per Bart. in. l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & in. d. l. cum oportet. in prin. & ibi etiam Jaco. but. & not. Bart. in. l. si tibi decē. §. si pactus. ff. de pactis. et in suo tractatu de duobus fratribus. & consil. clxxxvj. incip. Lucciarellus. Bald. in dicta authenti. ex testamento. in. vij. col. & in. l. omnimodo. §. fin. C. de inoffi. testa. & in. c. j. de benefi. feud. & in. l. j. in. xij. questione. C. pro socio. & Bald. & Saly. in. l. certum. C. fami. ercifcun. Alexan. Jmolen.

a ¶ Bar. cōsi. xj. cōsi. ex. dec. th. ccccl[illegible]
b ¶ Exculpat᷒. §. eo. lib. cōsi. j. num. xvi[illegible]
c ¶ Integer. Hyppo. marsi. i prac. §. diligenter.
d ¶ Articulo. hoc verū & sequit Ber verū & seqr xix. nō trā. cōsi. clx[illegible]. col. j. est credēd. xvij. vi. li. j. cōsi. cxx. col. ij. li. so pcessu. col. ij. li. ij. iz multa si diuersum cōgerat hyp. marsi. in prac. §. diligēter. nu. cxviij. cū seq. & in rubr. de pba. §. xij. [illegible]
e ¶ Correxit. bertr. d. cōsi. cxxxvij. li. ij. nisi tū alijs idicijs aptis ɔcurrētib᷒, vt in casu de quo per marsil. singul. cccccxvj. teneas.

# Epitome.

¶ Assertio vulnerati vel morientis non sufficit ad torturam. & quid de occiso in rixa si nescitur a quo.

# Consilium. XIIII.

Ponderatis narratis in themate, ac dictis testiū receptorū pro habēda veritate perpetrati homicidij, vt dicitur in psona dicti
1 Bonifacij. ¶ † Videreē fortasse prima cōsideratione dicendū ꝙ dictus Jacobus frater dicti Bonifacij eum occiderit, per ea que attestantur Franciscus quondam Jacobi Joannes gauoni, Seminianus magistri Philippi, Antonius buius, peregrinus Andree, Ludouicus Joānis, & Jacobinus bottus testes recepti pro parte curie magnifici domini Potestatis Mutine, qui conantur omnes probare quod dictus Bonifacius, postquā fuit letaliter vulneratus & agens extremum vite sue dixit quandoqz verbo, quandoqz signis & nutu Jacobum fratrem suum fuisse illum qui vulnerauit eum, nō autem fuisse Orlandum. vnde videtur quod assertio dicti vulnerati in extremis constituti faciat saltem indicium sufficiens ad torturam contra dictum Jacobum, vt in specie determinat Ange. in lege si quis in graui. §. si quis ignorās. ff. ad Sylla. ¶ Pro quo etiam facit id quod not. Bal. in. l. j. ad fi. ff. communia de
2 leg. in vers. pone testator &c. vbi dixit † ꝙ si testator de offensa ibi illata exculpauit aliquem ɔtra quē laborabant indicia, nō putat ex illis indicijs amplius illum esse torquēdum quia ille

b exculpatus[b] a testatore offenso habet indiciū innocentie: pro se allegat. l. Paulus. §. primo. ff. de bon. liber. si tamen liquido constaret de crimine pnniret. l. secūda. ff. ad Sylla. Jta residet Bald. in dicta. l. j. ¶ Secundo ad idem facit quia videtur qđ rixa fuerit inter dictos tres scilicet Bonifacium. Jacobum, & Orlandum, & omnes tres vt fertur, reperiūtur vulnerati. Unde presumi debet, ꝙ dictus Bonifacius fuit vulneratus ab omnibus qui erant in rixa. per not. per Barto. in. l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sic. circa penultimam & vlti. colū. argu. legis item Mela. §. sed si plures. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad legē Aquil. ¶ Tamen premissis nō obstātibus sentio non esse probatum contra Jacobum tale quid propter quod possit condemnari, vel contra eum ad torturam procedi, vt etiam egregie tactum et copiose allegatum fuit per eximium dominum aduocatum dicti Jacobi. Quod enim non sit taliter probatū ꝙ possit cōdemnari constat: quia in causis criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores. l. sciāt. C. de proba. l. qui sententiam. C. de penis. & l. singuli. C. de accusationi. & hic nullus est testis qui viderit Jacobū vulnerare Bonifacium, aut qui viderit Jacobum aufugientem cum gladio sanguinolento in manibus quo casu posset dici homicidium manifestum ab eo cō missum, si alius in loco illo nō fuisset preter istum aufugientem, & illum vulneratum, iuxta not. per Joan. Andre. in addi. Specu. in titu. de proba. §. fin. super versi. xij. &c. & per Bartol. et Ange. in. l. secūda. ff. de fur. & Bald. in. l. neqz natales. & in. l. fin. ff. de here. instit. & Angel. in. l. fi. in princip. ff. qđ met. cau. et not. docto. in. c. tertio loco. de probatio. imo testes dicūt quod quando Jacobus aufugit visus est sine armis, & nullus dicit ꝙ habuerit arma sanguinolenta. ¶ Quod autem nullum sit
3 indicium sufficiens ad torturā probatur: † qr ad hoc vt dictuz vnius testis faciat indiciū ad torturam, requiritur quod talis
c testis sit integer,[c] vt not. Bartol. in. l. prima. §. item Cornelio. per illum text. ff. de questio. vnde videmus ꝙ testis inimicus non facit indicium ad torturam, saltem quando inimicitia est magna. l. prima. §. preterea. cum glo. & ibi Bart. ff. de questio. & per Bart. in. l. maritus. eodem titu. Modo in proposito cum non habeamus cōtra Jacobū nisi nudā assertionē dicti Bonifacij vulnerati, quomodo dici potest dictum eius esse sufficiens ad torturam: quia etiā si cum iuramento suo hoc dixisset non esset standum dicto eius, cum se faciat ei inimicum capitalez, & de propria persona deponat offensa: quo casu repellitur a indicando & testificando in tali causa. l. lex Cornelia. in princi. cū ibi no. per Bar. ff. de iniur. & in. l. prima. cum ibi not. per Bald. C. de rapto. virgi. l. nullus. ff. de testi. & l. omnib᷒. C. eodem titulo. ¶ Et testi inimico seu odioso non creditur, etiā
d si sit in mortis articulo[d] cōstitutus, vt not. Bal. de pace constan. in verbo vasalli. el primo. ¶ Et apparet ꝙ antea erat ex parte dicti Bonifacij odium capitale contra dictū Jacobum quia approbat per testes ꝙ dictus Bonifacius minat᷒ est de occidendo dictū Jacobū, vt probat presertim dominus Fōtana, & Mattheus ferri nūci᷒ publicus † & ex minis de occi-
4 dendo presumiē odium capitale, & inimicitia capitalis, vt dixit glos. not. in. l. licet. ff. de arbi. & no. Bal. in. l. metum. C. quod met. cau. quantominus debet fidem vllā facere simplex assertio dicti Bonifacij nullo eius interueniēte iuramēto. l. solam. cum glos. & l. iurisiurandi. C. de testi. Pro hoc etiam bene facit tex. in. d. §. si quis moriēs. vbi tex. dicit nō esse credendn domino vulnerato, si moriēs dixit se a seruis suis fuisse vulneratū: & vt dixit glos. not. in. l. mater. C. de calū. si qua presumptio resultat ex dicta assertione moriētis vulnerati est vilis presumptio sufficiens solum ad excusandum a calumnia & temeritate heredū dicti vulnerati, qui propter dictam assertionē motus est ad accusandum illum qui fuit diffamatus a dicto vulnerato moriente. & illam glos. ibi sequūtur cōmuniter doct. ¶ Et precise dicit Angel. in. d. l. mater. in fi. per illam glos. quod illa assertio moriētis non erit sufficiens indicium ad torturam: &
5 patet: quia si faciet leuem presumptionem, † clarū est ꝙ leuis presumptio non sufficit ad torturā. d. l. maritus. & d. l. j. §. idem cornelio. & ibi Bart. & not. Bar. in. l. fi. in vlti. col. ff. de questi. & alij docto. in. l. fi. C. de quest. cū simi. Et ideo patet ꝙ Ange. in
e d. l. mater. melius & grauius loquēs correxit[e] illud quod ipse dixerat in dicto. §. si quis moriēs. vbi sine lege & ratiōe locut᷒
6 fuerat: quia ibi nihil allegat. ¶ † Nec obstat id qđ no. Bald. i. l. prima. C. cōmunia de leg. qr respōdeo ꝙ illa assertio vulnerati tanꝙ vilis suspicio prodest solum ad euadendam penam calumnie ei qui pretextu dicte assertionis accusasset. & ita loquitur tex. in. d. l. Paulus. sed non nocet vt tormētū seu pena imponatur. Et ista distinctio probatur in. l. ij. ff. ad Sylla. in dicto. d. §. si quis moriens. & ibi hoc not. glo. & docto. aliud enim esse debet vbi agiē de liberatione, aliud vbi agiē de pena imponenda.

ponenda.l.absentem.& l.si preses.ff.de penis.& l.Arrianus.de actio.& oblig.& dicit Ang.in.d.§.si quis moriēs.semel vidisse q a quodam moriente vnus mercator Perusinus fuerat diffamatus de furto,& postea inuētū est furtū ab alio factū fuisse. ¶ Nico.de neapo.etiam in.d.§.moriēs.dicit assertio illius morientis dicētis se fuisse vulneratum a Titio nō nocet Titio per dictū.§.si quis moriens.sed bene potest pdesse heredi ipsius vulnerati in releuando a suspicione calumnie si accusauit ipsum Titium,& nō probauit qr dicta assertio quo ad hoc facit leuem suspicionem.allegat.d.l.mater.cum glo. ¶ 7 † Non obstant etiam ea que habentur in.d.l.item mela.cum simi.qr respōdeo q illud procedit quando apparet q omnes percusserunt:& ignorat cuius ictu ille percussus perierit. Sed si erant plures,& constat q nō omnes percusserunt sed vnus tantum vulnerauit vt in casu nostro. Nam Bonifacius,vt verbo fert habet vnum vulnus tantum,& nō constat quis illud intulerit scilicet an Jacobus an Orlādus.& tūc nullus tenet de occiso. ita determinat glo.no.in.d.l.item Mela.§.sed si plures.in verbo percusserit.arg.l.absentem.ff.de penis.& illam glo.secutus est Dy.[a] consulendo per.l.in tempus.§.j.ff.de heredi.insti.& l.si fuerit.ff.de reb.dub.& l.duo sunt Titij.ff.de testa.tute.et dictū cōsiliū refert & sequit Petrus de ancha.in cōsil.suo.ccxvj. incipi.nos Bartholomeus de Saliceto. Quod consiliū fuit communiter editum & approbatum a Bartholomeo de salice to,& Gaspare de calderinis & a Petr.de ancha.pro hoc etiam allegat glo.xxxiij.q.vlti.in.c.si.& in.c.significasti.el.ij.de homi. vbi volunt dicte glo.q aliud sit secundum leges,& aliud fm canones:quasi velint dicere q in lege promotionis propter incertitudinem delinquentis omnes repelluntur a pmotione secundum ius canonicum:vt in.d.c.si.secus vbi agitur de aliena pena fm ius ciuile corporaliter imponenda. ¶ Nec ob.id qd not.glo.in.d.l.si in rixa.inquantum dixit q si non apparet cuius ictu decesserit omnes tenētur:quia prefati docto.in dicto consilio.ccxvj.pluribus modis respondent ad illam glo.et inter ceteras responsiones dicunt q illa gl.iuncto tex.loquitur quādo cōstat omnes vulnerasse sed incertū erat quis letaliter vulnerauerit.secus quando constat vnū vel duos vulnerasse & vltra vnū vel duos predictos aliqs alius interfuerit,& nō constat quis fuerit qui percusserit prout in casu nostro. ¶ Et subdunt ipsi in dicto cōsilio q quando nō cōstat quis fuerit principalis in vulnerando,nō potest procedi ad cōdemnationem contra aliquos vt auxiliantes,allegant not.per Bar.in.l.si is qui rem.§.si tu mihi Titium.in si.per illum tex.ff.de furtis.et respōdet ad.d.§.sed si plures.q ibi loquit quādo ciuiliter agitur.preterea etiam potest responderi eodē modo quo responsum est ad not.per glo.in.d.l.si in rixa. ¶ Et ita etiā ad predicta respondet Tancre.de Corneto in cōpendiosa sua rubrica viij.questione.iij.incipiente queritur tertio duo vel tres accusantur q occiderunt Titiū &c.& approbat conclusionē quā.s. firmaui per nota.in dicto.§.sed si plures. ¶ Et ita etiā determinat Angel.in.l.quoniam multa facinora.C.ad legē Juliā de vi.& Bal.in dicto.§.sed si plures.& in.l.iij.§.cognoscit.ff.de officio pref.vigi.& Albericus de rosate in tertia par.statu.q. lx.incip.item queritur quinq erant &c.ita etiā voluit Petr. de anchara.Jo.de Jmol.& Domini.in.c.cupiētes.§.ceterum. de electioni.in.vj.vbi dicūt q glo.ibi in vbo culpabiles.facit 8 † q si plures fuerint in rixa cū proposito vulnerādi Titiū qui in illa rixa fuit vulneratus vno vulnere tantū & nō constabat a quo qd omnes debeāt absolui.[b] & refert ibi Petrus de anchara.se ita cōsuluisse & alij prefati docto.ibi sequunt. ¶ Ubi autem essemus in casu quo esset probatū qd omnes qui erant in rixa percussissent sed ignorabat quis fuerit ille qui occiderit,seu qui vulnus letale intulit.& hic est casus aliqualiter dubius in quo adhuc Dy.in dicto consilio tenuit qd omnes nō teneant de occiso saltem inspecta dispositione statutorū Jtalie & consuetudinis generalis secundum quam non tenetur de occiso ille qui habuit propositū occidendi nisi actu occiderit. et monetur per.d.§.sed si plures.in verbo quasi. Barto.tamen in hoc in.d.l.si rixa.conatur reprehendere Dy.tamen non bene videtur respondere ad.§.sed si plures.in verbo quasi.dum dicit q sicut dictio quasi,ibi primo loco posita est expressiua veritatis,ita debet intelligi qd sit alia dictio quasi,ibi secūdo loco posita.nam recte istud non sequitur vt patet in.l.si pater. §.qui duos.in glos.que incipit,hec duo &c.ff.de adop.attento quod primus casus positus in.d.§.sed si plures.est satis diuersus a secundo.cū in primo esset certum quis occiderit non autem in secundo,& ideo Cyn.in.d.l.quoniam multa facinora.in vltima qōne refert contra dictam decisionē quam facit Bartolus fuisse determinatum Mutine per Albertum papiensem.& ita etiam cōtra decisionem Bartoli determinat Albertus de gādino in tractatu maleficiorum sub rubrica,qua querit vtrum si plures percusserūt aliquem.qui inde mortuus est, et nescitur quis intulerit vulnus mortale,teneātur omnes de occiso.& etiā Oldra.in dicta lege si in rixa.quem refert Petr. de anchara.in.d.cōsi.sed circa illū articulum nō insisto,scilicet quando cōstaret qd omnes cōtra quos inquireretur percussissent,sed ignoraretur quis occidisset,seu vulnus mortale intulisset:qr non est casus noster. ¶ Ad defensionem dicti Jacobi iuuandum etiā bene facit:qr 9 † probatū est de bona vita,pacifica conditione sua per quā minuunt indicia si qua dici possent militare cōtra eum.l.iij.§.sed si ex improuiso.& ibi not.Bart.in l.nō omnes.§.a Barbaris.ff.de re mili.& no.Albertus de gandino in dicto suo tractatu maleficiorū in rubrica de indicijs indubitatis,ex quibus pcedat ad torturā circa fin.& Bald.in.l. si.in vlti.col.C.de pbatio.& in.l.j.C.locati.& in.l.ea quidē.circa antepenul.col.de accu.& Ang.in.d.l.mili. ¶ Preterea apparet q Jacobus est vulneratus,& est pbatū q dictus Bonifacius minatus est de occidēdo Jacobū,& dicendo dicto Jacobo dum esset in cōtentione dictarum pecuniarum,q illi denarij essent mali denarij pro aliquo.& q dictus Bonifa.erat valde colericus,& male dispositionis,& quod illa die homicidij Bonifacius cum filio suo erat armatus cum armis inhastatis:ergo presumptio seu indiciū est,q Bonifacius fuerit ille qui percusserit Jacobū,vt not.Specu.in titu.de presumptio. §.j.ver.sed pone.P.minatus &c.& Bar.in.l.si.ff.de questio.in penul.vel vlti.col.& Bal.in.l.metū.C.qd metus cau.post Cyn. et docto.maxime Joan.de Jmol.in.l.fina.ff.de heredi.instit. cum simi.Et ideo posito q aliquod esset indicium,q dictus Jacobus vulnerasset Bonifacium,est potius presumendū q hoc fecerit eo qr fuisset prius percussus per dictū Bonifaciū. ¶ Et sunt etiā plures deponentes saltem per publicā vocem et famā,q Bonifacius fuit ille qui primo fecit insultū,vt attestatur Petrus augerij,Petrus quondā cechi dorius,Joannes,& Frāciscus de mōte habitator ville montalti. 10 † Sed ita est q si percutio insultantē me videor ad defensionem[c] meam facere.l.ij.& ibi hoc no.Bald.C.ad.l.Cornel.de sic.vbi etiā pro hoc allegat notata in.c.significasti.el.ij.de homi.& in clemen.j. eo.tit.& in.l.sed si qcūqz.& ibi no.Bar.ff.ad.l.Aqui.& no.Bal. in.l.multis.C.de lib.cau.& in.l.& si certus.§.si vnus.ff.ad Silla. ¶ Bene faciūt no.per Bal.in repetit.l.j.C.vnde vi.in.vj.col. in ver.sed pone quidā insultus fecit &c.vbi querit:pone quod quis fecit insultū contra me sine aliquo genere armorū volens mihi dare vnā maxillatam manu vacua,ego ne hoc accideret percussi eum gladio & mortuus est:queritur vtrum debeā puniri.& dicit videri prima facie quod sic:quia hic nulla est congruentia neq proportio,sed super excessus nimius ac contra & vltra terminos defensiōis:tamē cōcludit q aut cōstat quod poteram me aliter defendere,& debeo puniri.quia non seruaui formā defensionis,sed assumpsi vindictā:aut constat q nō poteram aliter euadere maxillatā quin cum vituperio percuteret.& tunc licite feci.nam fm eum si hoc licitum est propter res defendēdas.d.l.j.C.vnde vi.& l.fin.ff.de sica.cū ibi notatis. & l.itaq.ff.ad legē Aquili.& c.si perfodiens.de homicidi.ergo multo fortius propter personā & corpus quod est nobilius l.in seruorū.in fine.ff.de penis.aut dubitatur:& tunc in dubio presumitur quod alia via defensionis patuerit inter pares.sed non fuissent pares,vt quia aggrediens fuisset robustior,vel robustus,et aggressus fuisset senex,tunc propter inequalitatem virium presumitur,quod aggressus non potuerit aliter se defendere.alle.no.per glo.magnam in.d.l.j.C.vnde vi.& ita etiā no.Pet.de ancha.in.d.cle.j.de homicid. ¶ Sed mihi presupponitur q Jacobus est valde senex & debilis,& q bonifacius erat iunior & robustior.Ergo stātibus predictis indicia videntur vrgere,qd posito q aliquid fecerit Jacob9 id fecerit ad defensionē. ¶ Et innocentia dicti Jacobi etiā videt iuuari ex eo qd dicit dña Flora.testis dicit q audiens ipsa rumorē accessit, & vidit Bonifaciū,& duos eius filios ibi armatos,& etiā Orlādum sedentem in terra.& q Jac.aufugit sine armis.qūo em cadere pōt in mente alicuius sane mentis,q Jac.qui erat valde senex,& impotēs ausus fuisset insultū cū armis facere ꝯ Bonifaciū fratrem suum existētibus ibi ppe filijs Bonifacij armatis.Ex quib9 oib9 cōcludo nō esse pcedēdū ad aliquā torturā cōtra dictū Jac.& multominus ad cōdēnationē pro dicto homicidio. Alexander de tartagnis de Jmo.

a ¶ Dy.cōsi.xlj.cōtinetur.
b ¶ Absolui.Falsum
c ¶ Defensionem. S.li.j.consi.lxxv. nu.iiij.

## Epitome.

¶ Testimonio vnius non integri non est quis torquendus nec damnandus.

# Consilium. XV.

Viso processu inquisitionis formate per curiam pretoris ciuitatis Lucene contra angelum gau. hebreum. Et visis etiam his que eleganter & copiose allegata sunt in iure, primo per clarissimum iuris vtriusque doctorem dominum [a] Bartholomeum sozinũ, dudum acutissimũ discipulum meũ, & additione & confirmatione reddita per celeberrimum iuris vtriusque doctorem dominum Baldum de bartolinis. ¶ Sentio partes pretoris predicti & eius curie esse in absoluẽdo dictum hebreum a contentis in inquisitione. Et primo: quia Hebreus respondendo inquisitioni negauit cõtenta in ea esse vera: & in contrariũ non est nisi vnus testis, scilicet Michael bonuzelli, qui fuit ille inter quẽ & Hebreum predictũ versa fuit illa contentio super pignore cuius occasione dicit Hebreũ ꝓtulisse verba de quibus in inquisitione fit mentio. 1 † & cõstat ꝙ testis vnus quacunque fulgeat dignitate nõ facit plenã ꝓbationẽ ad cõdemnandum. c. cũ a bonis. & c. in omni. de testi. l. iurisiurãdi. C. de testi. & potissime in criminalibus, in quibus probationes debẽt esse luce meridiana clariores, l. sciãt. C. de probatio. l. absentem. ff. de penis. 2 ¶ † Et attẽto qõ est pauper: quia non habet vltra quinquaginta aureos in bonis ad rationẽ solidorũ. xxxvj. vt ipse asserit propter quod in causis criminalibus censet pauper. l. non nulli. ff. de accusatio. & itelligit illa lex de aureis, quorum septuaginta duo faciũt librã auri. l. quoties. C. de suscepto. & arca. lib. x. & not. glo. in. l. fin. in principio. C. communia de lega. & Cyn. in. l. si quis pro redemptione. C. de dona. & Ioã. andr. in addi. Specu. in tit. de instru. edi. §. porro. in fi. & declarat Bald. in. l. illud. ad fi. C. de sacrosan. eccle. & Saly. in. l. super chirographarijs. C. si cer. pet. 3 ¶ † Et testis pauper etiã in causa ciuili dicitur, quãdo non habet tantum in bonis, quãtũ est valor [b] cause, vt est gl. nota. in. §. si vero absunt in ver. substantiã. & ibi no. Ange. in aut. de heredi. & fal. Cõstat autẽ qõ in causa criminali pauper nõ est idoneus testis. ita notabiliter cõcludit Ioan. Andre. Anto. de but. & Ioã. de Imo. in. c. si qui. de testi. per id quod habet. iiij. qõne. iij. in. §. si testes. in ver. item testiũ. facit. l. iij. in principio. ff. de testi. Et tantomagis in casu nostro debet iudex arbitrari eum non esse idoneum & integrũ testem ꝓpter id quod cũ iuramẽto suo in iudicio deposuit Gasparinus, qui fuit ille qui querelã instituit contra dictũ Angelum. Nam dicit qõ dictus Michael dixit ipsi Gasparino va accusa Angelo che ha dicto nõ lo poterebe far dominedio che io lhauesse scanbiata, che io testimonaria se mandasse mille vite. ecce qõ Michael predictus ꝙ auidus & animosus erat ad testificãdum. 4 † vnde suspectus est, qui se ingerit. l. omnia. iuxta prin. ff. de procura. & l. vxori. §. j. ff. ad. l. Corne. de fal. ¶ Ex his apparet qõ testimoniũ dicti Michaelis non sufficeret ad torturã, posito quod essemus in causa, in qua quis posset subijci torture: quia ad hoc vt ex dispositione vnius testis possit esse locus torture: 5 † requirit ꝙ ille testis sit integer. l. j. § item Cornelio. & ibi hoc not Bart. ff. de questio. & per Bar. in. l. maritus. eo. tit. & Bal. in. l. milites. C. eo. tit. ¶ Secũdo etiam probatur ꝙ non debet condemnari dictus Hebreus: quia dictus Michael deponit quod dictus Michael cum dicto Angelo contendebat: quia Michael dicebat, questa e la mia centura. Et Angelus respõdendo dixit, el non he vero che questa la ha portata seu impignata vn altro. & Michael replicauit qõ fuerat ipse michael qui eam portauerat ad subpignorãdũ: & qõ tũc Angelus dixit el non poterebe fare dominedio che io lhauesse scambia. & quod statim per tantũ spaciũ temporis, quantũ dicere posset vnus pater noster dictus Angelus dixit: e dominedio poterebe 6 pur fare ogni cosa. † Unde licet dixerit qõ Deus non posset facere qõ esset contrariũ eius quod fecerat ipse Angelus, nõ incidit in penam dicti statuti puniẽtis illũ qui blasphemauerit Deũ, vel turpe aut in honeste de eo dixerit: [c] quia hoc solo priuatur Deus, & illud qõ factũ est facere nõ possit ꝙ nõ fuerit factũ. xxxij. q. v. si Paul. & ibi not. ¶ Et ideo dixit Angelus in cõsilio. cc. incipiẽ. a. & b. cõtraxerũt &c. in. vj. col. qõ si per pactum promissum est de nullitate sententie, non intelligitur de illa nullitate que resultat a perplexitate & repugnãtia: quia etiã legislator actum repugnantem nõ potest inesse producere imo nec etiã summus Deus allegauit. l. vbi repugnãtia. ff. de regu. iur. est igit tanta perplexitas & contrarietas inter hec scilicet factũ fuisse & factũ non fuisse ꝙ Deus huiusmodi impossiblitatẽ tollere nõ potest. & in dubio etiã dicta verba Hebrei debẽt ita interpretari, vt voluerit intelligere ꝙ Deus nõ poterat facere ꝙ si in scribẽdo nomen illius qui sub pignora 7 uerat non fuerat erratum, esset erratum: † quin in dubio debemus presumere quod non fuerit delictũ. l. merito. ff. pro socio. c. dudũ. de presum. & not. gloss. magna in. l. iurisgentium. §. qõ fere. ff. de pac. & in. l. ij. C. de peti. heredi. & Bart. in. l. non solũ. §. sed vt probari. ff. de ope. noui nun. cũ simil. ¶ Postremo con8 firmant predicta † quia quãdo ex lubrico lingue talia etiam minus honesta sic plata sunt penã nõ merentur. vt. l. famosi. circa medium. ibi nec lubricum lingue &c. ff. ad. l. Iulia. maie. & l. j. C. si quis impera. male. quod autem si Angelus talia dixerit, lubrico lingue processerit, satis probatur ex eo ꝙ statim per tantũ spacium qõ dici posset vnus pater noster dixit: e dominedio poterebe pur fare ogni cosa. nam ex eis que incontinenti subsecuta sunt comprehenditur animus & intentio. l. si ventri. §. fi. cum ibi nota. ff. de priuileg. credi. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de lega. j. c. officij. de elec. & l. dist. c. si qua femina. cũ simi. Ex quibus omnibus concludo partes domini iudicantis esse in absoluendo. Alexan.

[a] ¶ Dñm Soci. cõsil. cij. in presenti. lib. j. facit Soci. cõsi. cxix. lib. iiij.

[b] ¶ Ualor. falsum vt per deci. consil. clxiij. in fin. dic vt infra. lib. vj. consi. ccxxvij.

[c] ¶ Dixerit. Adde Cor. consi. clxxxj. lib. j.

¶ Casus talis est.

Uacãs capella in iure patronatus clericorum & laici, confertur Mattheo per legatũ cum clausula, accedente patronorũ consensu. clerici statim consentiunt. laicus interrogatus a domino tẽporali se difficilem reddit in conferendo. interim vadit secreto. nominat, postulat, et elegit quãdam Gabrielẽ absentem, narrãs in dicto instrumento ꝙ scit se debere cogi ab habente potestatem ad eligendum personam nõ idoneam, & sibi nõ gratam, & ꝙ propterea facit electionẽ de Gabriele, quã valere vult & intendit, & iurat contra istam electionem nõ venire. & si aliam faciet protestatur ꝙ coacte faciet ex post rogatus a domino temporali, vt eligat dictum Mattheum, qui dominus vsus fuit his verbis: volo omnino cõsentias in dominum Mattheũ, & eundum eligas, et nullam aliã dicto laico prefatus dominus violentiam fecit et sic post primam electionem de Gabriele factam sponte consentit, nominauit, & elegit dictũ Mattheum: & sic vigore collationis legati: & consensus patronorum per episcopum fuit in possessionem inductus dictus. M. ante Gabri. successu temporis se mouit Gabri. vigore presentationis seu nominationis tantũ. & inquietat dictũ Mattheũ, & in possessione turbat et sic oritur questio inter Gabrielem & Mattheũ, super possessorio fertur sentẽtia cõtra Mattheum a qua ad Romanam curiam dictus Mattheus appellauit, & obtinuit reuocationẽ sententie late in partibus per aliam sententiam, que transiuit in rem iudicatam. interim Gabriel liti & cause cedit, & omni iuri si quid sibi competit renunciat: ex post contra Mattheum insurgit patronus laicus pro suo interesse dicens ꝙ cõsensus prestitus in eum fuit violẽtus, & per cõsequens sententiã latã pro dicto Mattheo fuisse nullam, & obtinuit causam nullitatis cõmitti vni iudici, qui postea procedens sententiã latã pro dicto Mattheo reuocauit tanꝙ nullam, a qua per procuratorem dicti Matthei fuit appellatum. & ad nõnullos actus pro cessum causa appellationis dicti Matthei sic indecisa pẽdente supplicat Pape, & narrat totus cause discursus, & retentio dicti Matthei in lombardia compromissum & laudum Mediolani latum, & dicit ne causa ista sit immortalis ꝙ velit causam ad se aduocare, & litem extinguere, & silentiũ imponere, et maxime postquã. G. cessit & renũciauit, & laicus cõsentit, vnde papa per literas suas mandat auditori coram quo pendebat appellatio dicti Matthei ꝙ cõstito sibi legitime de cessione. G. & de cõsensu patronorũ, tam clericorũ ꝙ laici, si cessio alias facta rite admissa non sit, illam admittat & capellaniam dicto Mattheo cõferat pro hac vice dũtaxat. Modo dubitatur ab auditore vtrum stante prima nominatione & presentatione facta de Gabriele cum protestatione medio iuramẽto, & instrumento in quo dominus temporalis confitet dixisse, ꝙ omnino volebat ꝙ in dictum Mattheum cõsentiret si talis metus ꝙ habeat impedire consensum prestitum in dictũ Mattheũ, et per consequens literas per Mattheum obtentas fuisse surreptitias: in quibus narratur quod patroni laici accessit consensus.

## Summarium.

5 ☞ Actus factus contra iuramentum valet licet periurium incurrant.

6 Alienationis rei dotalis mulier si contractu fecerit, an valet actus factus in contrarium.

9 Principis iussus non infert metum.

11 Protestatio clandestina non valet.

Consilium

# Consilium. XVI.

Ponderatis narratis in themate videretur fortasse dicendum dictam electionem & nominationem primo factã per dictum patronum laicum de dicto Gabriele absente, cum iuramẽto de nõ contraueniendo, & cum potestatione predicta q si aliã electionẽ vel nominationẽ faciet coacte faciet impedimẽtũ pstitisse secũde electioni, & nominationi facte de dicto Mattheo accedẽte iussu dicti dñi tẽporalis, qui postq̃ primo rogauerat dictum patronum laicũ, vt eligeret seu nominaret in rectorem dictum Mattheum & patronus reddidisset se difficilẽ. Iterũ eidẽ patrono dixit, volo omnino ꝯsentias in dictũ Mattheũ & eundẽ eligas. & sic videtur qd secundus actus electionis seu presentationis, nõ valuerit, & videatur per metũ factus, & sic caruerit libero cõsensu patroni laici, & per cõsequẽs vltima impetratio literarũ apostolicarũ facta per dictũ Mattheum non valuerit tanq̃ subreptitia, cum narratũ sit patronũ laicũ consensisse in dictũ Mattheum, & verificari non possit condictio adiecta in dictis literis ibi dum dicitur, cõstito de cõsensu patronorũ tam clericorũ quã laicorũ &c. ¶ Hec probari videntur per id qd dixit gl. reputata singularis in. c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj. que voluit † q si mulier nupta iurauit primo nõ alienare fundũ dotalẽ, nec alienanti cõsentire, nisi interueniat rationabilis causa, & iudicis authoritas: postea mulier alienat dictũ fundũ cum iuramẽto, & sine authoritate iudicis debebit attendi & seruari primũ iuramentum, & per consequens tunc mulier nõ obligabitur ex sequẽti actu ꝯtra iurato. & ita limitatur id qd habetur in. c. cũ cõtingat. eo. ti. in antiquis. vt ibi etiã not. Hosti. & Bart. in. l. si quis pro eo. in prin. in tertio mẽbro. ff. de fideius. & in. l. si prediũ. C. de iure dot. & Spe. in tit. de emptio. & vendi. §. tertio loco. versi. & not. generale consiliũ. per id qd habetur in. c. ea te. de iureiur. ¶ Insuper dicta potestatio precedẽs videtur inualidare actũ subsequentem, tanq̃ in eo defuerit cõsensus, & volũtas. l. qui in aliena. §. Celsus. cum ibi no. per doc. ff. de acqui. here. c. j. cũ ibi no. per Inn. qd me. cau. ¶ Et tãtomagis, q intercesserũt verba dñi tẽporalis iudicãtis voluntatẽ suã ita esse. ¶ † Et quando principes etiã solũ rogant: dicuntur tales rogationes esse precepta: vt inquit gl. no. in. l. j. in princ. in ver. quemadmodũ. ff. qd iussu. & talis metus verborũ sufficere vr, per id qd legitur & notatur. xxiij. q. viij. cõuenior. & vij. dist. in. c. fuerũt. & l. si per impressionẽ. C. qd met. cau. cum simili. ¶ Et attẽto qd tẽpore quo dictus patronus laicus nominauit, & elegit dictũ Mattheum, adhuc suberat causa metus: q adhuc ille dominus tẽporalis habebat imperium in dictũ laicum patronũ sibi subiectum, censebatur durare adhuc idẽ metus qui suberat tempore quo fuerat hortatus vel monitus ab eodẽ dño, vt prefatũ Mattheũ omnino eligeret, per id qd habetur in. d. c. j. cum ibi not. per Inn. post glo. ff. quod met. cau. & per Bar. & alios in. l. penul. ff. de cõdi. ob. turp. cau. & in. l. ij. C. quod met. causa. & per Inno. in. c. causam matrimonij. de offic. de leg. & per Angelum in. l. metũ. ff. quod metus cau. cum simi. ¶ Tñ premissis nõ obstantibus teneo in proposito cõtrarium esse de iure verius, presertim ex infrascriptis: † q etiã actus sequens factus contra iuramentum precedens valet [a], vt in. c. sicut ex literis. de sponsa. vbi patet q licet iurauerim cõtrahere matrimoniũ cum Berta, & non cum alia: tamẽ si postea contraho matrimoniũ per verba de presenti, nõ cum Berta, sed cum alia tenet cõtractus matrimonij: licet contrahens incurrat periurium. ¶ Et hoc idem probatur per ea que no. Spec. & Jo. an. in tit. de legato. §. nũc tractemus. ver. sed si legatus reseruauit. vbi voluit q receptio facta de aliquo in canonicũ per canonicos vltra numerũ taxatum in suo statuto, iuramẽto vallato valeat: licet canonici sciẽter eum recipiendo vltra dictum numerum incurrant periurium. ¶ Ita etiã tenet Jo. an. Ant. de bu. Pe. de anch. & do. Abb. sicu per multos antiquos in. c. dilecto. de preben. & ideo comprehendũt vnam opinio. relatam per Inn. ibidẽ tenentẽ contrarium, & mouebatur Inn. per tex. in. d. c. dilecto. in ver. nisi forte. vbi tex. videtur inuenire electionẽ factam cõtra iuramentũ nõ tenere. sed Jo. an. & alij doc. ibi respondẽt, q ille tex. non probat q ibi tex. refert allegationẽ partis que ita allegabat. s. electionẽ non tenere tanq̃ factam contra iuramentũ, & ex allegatione partis nõ inducitur seu non constituitur lex. vel secundo respondetur ad illum tex. q illa allegatio ibi relata intendebat qd non debet fieri receptio alicuius in canonicum contra formã iuramenti, sed non dicitur ibi q si facta sit non valeat. ¶ Preterea etiã Inno. ibi nõ persistit firmiter in illa prima opi. imo refert q alij teneant receptionẽ valere, vt dicit Jo. de imo. & do. Abb. in. d. c. dilecto. q ista est cõis opi. a qua in iudicãdo nõ est recedendũ vt traditur in locis vulgaribus, ita etiã quantũ ad casum nostrum tenet Pau. de leaza. in clemen. j. de regula. ¶ Nec obst. si diceretur q recipientes illũ in canonicũ contra iuramentũ sunt periuri, & cõsequenter infames. l. si quis maior. & qd ibi not. C. de transac. in. vj. q. j. est fames. & per cõsequens videntur ab actibus legitimis repellendi. c. licet ex quadã. & c. testimonium. de testi. & per consequẽs videntur repellendi ab actu recipiendi aliquẽ in canonicũ. seu ab actu presentandi: & consequẽs videtur q non debuerit tenere talis actus velut factus per infames: q respondet Joã. An. in preallega. c. dilectus. q actus receptionis in canonicũ precedit periuriũ recipientiũ: q ante receptionẽ nõ sunt periuri nec infames, sed demum post ipsam receptionẽ: ideo non debet vitiari receptio. Bene facit qd habetur in. c. preterea. de appella. & quod nota. Jo. An. in regula, qd semel. de reg. iur. in. vj. in mercurialibus, dum cõcludit q licet quis iurauit nõ mutare testamentũ [b] si tñ mutat, tenebit, licet incurrat periurium, & no. per Archi. post glo. xxij. q. ij. vltima voluntas. cum suis concor. Ad idẽ bene facit quod voluit gl. in. c. fin. de procura. in. vj. in ver. reuocatus. que concludit qd si iuro non reuocare talem procuratorẽ meum, quod si postea reuoco tenet reuocatio sed incurro periurium. & vltra responsiones supra datas ad tex. in dicto. c. dilecto. † Posset etiã responderi ẽm Jo. de imo. ibi quod aut actus spiritualis [c] vel quasi qui cõtra iuramentũ celebratur: non poterat cadere in laicum, vt est eligere canonicũ ecclesie collegiate, qui actus nõ cadit in laicum. c. sacrosan. & c. Massana. de elec. & tunc non valeat talis actus cõtra iuramentũ per tex. in. d. c. dilecto. vbi licet illa fuerit allegatio partis, tamẽ papa videtur illa se fundare. & ita etiã tenet Archi. in. c. si a sede. de preben. in. vj. ¶ Sed si actus qui fit contra iuramentũ possit cadere in laicum, vt est matrimonium & electio, seu presentatio que fit per patronum laicum in ecclesia non collegiata, & tunc valeat actus factus contra iuramentum. d. c. sicut ex literis. saltem quando actus sequens est fortior primo, vt habetur in. d. c. sicut. vbi si per verba de futuro iuraui cõtrahere matrimoniũ cum Berta, postea cõtraho matrimonium per verba de presenti cum alia, valet sequens actus qui est fortior primo secus si cum secunda etiã per verba de futuro cõtraxissem vt ibi. & iste est casus noster: q secũdus actus electionis & denominationis factus a patrono laico de dicto Mattheo fuit fortior stante collatione sibi facta per legatũ cum clausula. s. accedente patronorũ cõsensu, & cuius vigore fuit. d. Mattheus in possessionem inductus. hec enim ostendũt fortiores fuisse vires secundi actus, q̃ primi, vt patet in. c. qd autẽ. & in. c. cum autẽ. & in. c. pastoralis. & in. c. postulasti. de iurepat. ¶ Et non ob. id qd not. gl. in. d. c. licet mulieres. cum concor. dã. q respondet Jo. de imo. in. d. c. dilecto. qd illa glo. loquitur qñ contra iuramentũ negatiue prestitũ per mulierem de non alienando rem dotalẽ. & sic nõ faciẽdo actũ temporalẽ fit postea actus sequens. s. alienationis: nam nõ valebit alienatio. s. q cum primo iuramẽto cõcurrebat dispositio iuris cõmunis similiter prohibentis [d] alienationẽ rei dotalis. l. j. §. & cũ lex. C. de rei vxo. acti. l. lex Julia. ff. de fundo dota. Et pro hoc allegat ea que no. doc. in. l. ea lege. C. de cõdi ob causam. & in. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. circa contrariũ formatũ. de. §. sanctissimas. in aũt. de alie. & emph. & de. l. ij. C. de vsuca. pro empto. vbi volunt † qd quãdo pactũ de nõ alienando appositũ in contractu habet cõcursum iuris cõmunis: habet impedire traslationẽ dominij quã alias non impediret si non haberet cõcursum iuris cõmunis. sed in proposito nostro iuramentũ dicti patroni de non eligendo aliũ non habebat cõcursum iuris cõmunis: vt in. d. c. qd autẽ. & in. c. cum autem. de iurepatro. ergo non ob. ¶ † Posset etiã aliter rñderi ad glo. in. d. c. licet mulieres. vt signanter respõdet Bal. [e] in. l. duobus. §. fi. ff. de iureiuran. vbi dixit qd aut mulier sibi ipsi iurauit nõ facere cõtractũ aliquem alienatione rei dotalis: & tunc valeat sequens actus factus in contrarium. argu. l. si repetendi. C. de condi. ob cau. & l. filiusfa. §. diui. de leg. j. aut primum iuramẽtum fuit prestitum alicui, puta ei cui cedebantur iura in casu quo mulier alienare tentaret: & tunc prefertur primũ iuramentum: quia iuri alterius per secundum actum non põt preiudicare. arg. l. fi. ff. de pactis. sed in proposito non fuit prestitum iuramentum per dictum patronum dicto Gabri. absenti: nec per dictam simplicem nominationem intelligebatur ei acquisitum ius vt probatur in. d. c. quod autẽ. & in. c. pastoralis. de iurepatro. ergo sequens actus debet attendi. ¶ † Potest etiã aliter responderi ad not. per glos. in. d. c. licet mulieres. vt respondet Joã. de imo. in. l. cum vir. ff. de vsuca. in penul. char.

[a] ¶ Valet. Paul. consi. cccxxxix. lib. i. Panor. cõsi. xli. consil. xlviij. lib. ij. Cur. cõsi. lij. col. iiij. consi. lxviij. col. pe. Jas. l. nõ solum. §. morte. de oper. no. nun. consi. ccxj. co. j. lib. ij. hypp. marsil. not. cccl. Alex. lib. ij. consi. vij. j. lib. v. consi. xxix. no. xvij xviij j. lib. vi. cõn. ccxxiiij. numero. ix.

[b] ¶ Testamentum. s. lib. ij. cons. xviij.

[c] ¶ Spũalis. imol. & reprobatur hec distinctio. vt Cos. guy. in gloss. prag. de elec. §. j. ver. vtiliorem. adde Jas. l. si ita quis. §. ea lege. nume. xxiij. de verbo. oblig.

[d] ¶ Prohibentis. hanc sequitur Phi. d. c. lz. Jas. authẽ. sacramẽta puber. col. xij. C. si ad vẽ. l. non solũ. §. fi. col. vij. de ope. no. nũ. Alcia. l. testatio. col. ij. de verb. sig. l. pacta nouissima. glo fin. nu. x. C. de pac. Sed hec non placet Franc. ripa in. c. cum M. ferr. nu. lxxxij. de cõst. nec mihi. [illegible]

[e] ¶ Bal. hec verior & sequitur deci. consil. cccccxxxvj. n. xiij.

in ver. itē iuxta predicta est sciendū ꝙ dare cōsiliū ⁊c. videlicet ꝙ gl. in. d. c. licet mulieres. procedat quādo ille cuȝ quo celebra-
a tur secundus actus, sciebat [a] illū actū fieri cōtra iuramentum prius prestitum: qꝛ non potest cōqueri postꝙ sciuit, sed si igno-
rauit dictum iuramentū valebit sequēs actus: ⁊ ſm eum pre-
sumitur ignorare, cum quis presumaẗ ignorare factū alienuȝ. l. si. ff. pro suo. ¶ Et dicit ipse ꝙ etiā nō ob. id qđ habetur in d. c. dilecto. qꝛ ibi loquitur in rege qui habet iurare in promo-
tione, qđ non alienabit iura regni. ⁊ ideo postea secum cōtra-
hens in actu alienationis bonorū regni non debuit ignorare dictum iuramentum quod erat de iure prestandū. ⁊ licet ipse non dicat istam limitationē ad glo. predictā tradit Joā. fabr. insti. quibus alie. licet. in prin. ¶ Et subdit etiā Jo. de imo. in d. l. cum vir. ꝙ non obstat si contra dictā vltimā responsionē datam ad glo. in. d. c. licet mulieres. allegaretur qđ actus se-
cundus iuratus, ⁊ cōtrarius primo iuramēto nutrit peccatū qꝛ mulier cōtraueniēdo peccat, ⁊ per cōsequens indistincte vi-
deatur qđ sequēs non valeat, per id qđ habetur in. c. si vero. de
8 iureiur. ⁊ in. c. quamuis. de pac. in. vj. qꝛ respōdet ipse † ꝙ pri-
mum iuramentū nō videẗ ligare mulierē ad preiudicium ter-
tij illud probabiliter ignorantis. argu. l. si vnus. §. ante oīa. ff. de pac. ⁊ in. c. veniens. de transac. ⁊ in. d. c. cum cōtingat. a cō-
trario sensu: adeo mulier in secūdo actu alienationis nō videẗ peccare respectu tertij, qui cōtrahiẗ seruata forma. d. c. cū cō-
tingat. nec pōt ipse tertio obijci de primo iuramēto ex quo il-
lud probabiliter ignorauit, vt ibi plenius per eū qui etia respō-
deẗ ad glo. in. d. c. licet. ꝙ ibi primū iuramentum habebat cō-
cursuȝ iuris cōis alias secus per. d. c. sicut ex literis. vt. s. dixi. ⁊ ita etiā dicit ipse in. c. cū accessissent. in fi. de cōsti. ¶ Et ideo videẗ in proposito nostro, qđ dictus actus secunde electionis
9 seu nominationis valuerit iuramēto nō obstāte. ¶ † Nec ob-
stat ꝙ allegatur fuisse factā dictā secundā electionē per metū, ⁊ cōtra protestationē prius factā qꝛ respondeo ꝙ de metu nō constat: quamuis etiā appareret qđ dn̄s temporalis requisi-
b uisset patronū laicum per dicta verba, de quibus in themate fit mentio: tamen per hoc non induciẗ iustus metus [b] vt pro-
batur in. c. insinuante. ⁊ qđ ibi not. gl. in verbo metu regio. qui cleri. vel vouen. vbi glo. colligit ꝙ imperium regiū nō inducit iustum metum: vt etiā bene probat in. l. ad inuidiam. ⁊ qđ ibi not. Bar. C. ꝙ metus cau. ¶ Et ideo Jo. and. in. d. c. insinuā-
te. quem alij ibi sequuntur decidit notabiliter casum nostrum, nam dicit ꝙ imperium principis seu dignitas aduersarij per-
cipientis vel rogantis non sufficit ad probandū metū, dicta l. ad inuidiam. ⁊ ibi no. doc. nisi aliter probetur oppressio. l. pe-
nul. C. ꝙ met⁹ causa. ⁊ ibi declarat Bar. quomodo appareat ꝙ fuerit per oppressionē coactus: vt qꝛ dixit ei qđ si non face-
ret procederet cōtra eum tanꝙ culpabilem de aliquo malefi-
cio. ¶ Et ideo dicūt Jo. an. ⁊ ceteri in. d. c. insinuante. qđ de-
beat attendi an talis res vel princeps cōsueuerit tyrānice tra-
ctare nō obedientes suis preceptis vel precibus, vel qđ ad alia minas processerit: ⁊ tunc per hoc satis probabitur iustus me-
tus: alias non. ¶ Et do. Abb. ibi reputat hanc decisionē Jo. and. esse singulariter no. ex quo dicit ipse decidit questionem quotidianā nunquid teneat matrimoniū si mulier cōtraxerit imperio vel precibus principis, sed non est probatū qđ prefa-
tus dominus tēporalis esset consuetus ita male tractare eos qui non parebant huiusmodi precibus seu preceptis: ergo nō est probatū de iusto metu. ¶ Ad quorū confirmationē acce-
dunt not. per Archi. xv. q. vj. in. c. si a sacerdotibus. ⁊ Jo. an. in. c. significauit. de censi. ¶ Bene facit etiā ꝙ not. Bart. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. in. v. qō. ff. de ope. no. nuncia.
10 † vbi queritur quomodo probabitur quod quis propter me-
tum magistratus non est ausus cōparere coram eo vel appel-
lare ab eius sententia. ⁊ respōdet ꝙ probabitur probando qđ consueuit appellantes incarcerare, ⁊ violētias ⁊ iniurias in-
ferre. ⁊ sic ex qualitate persone hoc presumeẗ. l. j. C. si quis im-
pe. male. ⁊. l. si a bonefidei. in princip. ff. de rei vendi. l. argentū. ff. commo. vel qꝛ minatus erat sic facere. l. metuȝ. C. qđ metus cau. cum gl. que ſm Bar. est not. ad predicta inquantum glo.
11 dicit ibi. † ꝙ nō sufficit protestatio ad probandū metum, sed debet aliter probari. vt ibi per glo. ⁊ docto. ⁊ idem not. Ang. in. l. cum quidam. ff. de appella. ⁊ Canoniste in. c. fin. de appel. ¶ Nec ob. id quod legitur ⁊ no. in. d. l. qui in aliena. §. cellus. quia illud qđ ibi dicitur de protestatione, non habet locū in actu qui geritur cum alio, ⁊ per quem actum alius posset illa-
queari. ⁊ declarant doct. ibi ⁊ Bar. in. l. non solū. §. morte. in v. ⁊. vj. col. ff. de ope. no. nuncia. per id quod habetur in. l. cum plures. §. locator horrei. ff. locati. ⁊ in. c. solicitudinē. de appel-
latio. sed iste est actus electionis explicādus per patronū, qui geritur cum alio qui posset ex tali electione illaqueari: qꝛ no-
minatus in rectorē propter dictam electionem si allegat oneri capelle seu bn̄ficij, cui se non allegaret si de contraria potesta-
tione precedēte, ⁊ clam facta certioratus esset. ¶ Accedit etiā id qđ notabiliter traditur per Bal. in. l. clari. C. de fideicō. vbi
12 querit † an valeat protestatio clādestina. ⁊ dicit aut protestās
c poterat palam protestari, ⁊ non vȝ [c]. aut nō poterat palā loqui propter metū petentis: ⁊ tunc aut cōtraxit ſm bonos mores, ⁊ nō valet protestatio, aut cōtra bonos mores, vt qꝛ modico accepto lesus est: ⁊ tunc staẗ protestationi. ita dicit tenere Dy. per. d. §. celsus. sed dicit Bal. ꝙ in casu illius. §. agiẗ de indēni-
tate protestantis, non de alterius preiudicio. ⁊ sic apparet qđ Bal. vult ꝙ vbi propter clandestinā protestationē precedentē posset ex subsequenti actu inferri preiudiciū alteri, nō releuat protestatio, ⁊ etiā non releuat quādo actus est gestus ſm bo-
nos mores. ¶ Sed in casu nostro poterat afferri preiudiciū. d. Mattheo ex dicta clādestina protestatione: qꝛ se alligabat. d. Mattheus dicto oneri capelle, cui nō se alligasset si sciuis-
set de protestatione predicta per quam impediri potuisset sua collatio ⁊ etiā sua electio fuit facta ſm bonos mores. quia. d. Matthe⁹ est persona valde idonea: ergo protestatio nihil dȝ releuare. Preterea dictus patronus poterat palā protestari: qꝛ nō est probatū ꝙ subesset iust⁹ timor potēti, vt dixi supra: ergo dicta protestatio non releuat, vt inquit Bal. in. d. l. clari.
13 posset etiā respōde. † qđ dicta protestatio simpliciter facta nō trahitur ad actū secunde electionis factū ex interuallo. l. per retentionē. cum gl. C. de vsur. ⁊. d. §. locator horrei. ſm vnū in-
tellectū approbatū vt not. Jacob. but. Bart. ⁊ alij in. l. pacta nouissima. C. de pactis. ⁊ Bar. in. d. §. morte. in. v. col. ⁊ in. l. itē qꝛ. §. j. ff. de pactis. ⁊ per Ang. in. l. si quis cum aliter. ff. de ver. oblig. ⁊ Bal. in. l. multū. C. si quis alteri vel sibi. cum suis mul-
14 tis concord. ¶ † Et posito qđ prefatus dn̄i tēporalis assereret aut testificaretur se coegisse dictum patronum, vel sibi proce-
pisse ꝙ eligeret dictum Mattheum, dicta eius assertio vel te-
stificatio non sufficeret, nō dico ad probandū metum de quo est dictū supra, sed nec sufficeret ad probandum ꝙ dicta ver-
ba protulerit aduersus dictum patronum, quia est vnicus: er-
go nō probat quacunqȝ fulgeat dignitate. c. cum a nobis. ⁊. c. ex quadā. de testibus. Ex quibus omnibus concludo literas impetratas per dictū Mattheū non esse subreptitias, ⁊ oppo-
sita contra dictum Mattheum nullatenus obstare. Alex.

a ¶ Sciebat. sequit Bal. c. veniens. de iureiur. c. cum cō-
tingat. colū. iiij. ea. rep. l. ij. col. l. eo. cō-
sili. cxxxiij. libro. j. Jaso. l. duobus. in fi. de iureiur.

b ¶ Mecus [illegible] lib. j. consi. cxxiij. in fi.

c ¶ Valer. Car. in-
nor consi. i. cxxvj. col. ij. Aymo. cōsi. cxx. in fin.

## Summarium.

1 Contrahere tanꝙ cum herede fatetur eum esse talem.
3 Juramentum excludit minorem a beneficijs iuris.
4 Absolui non debet quis prius contrauenit.
6 Juramentum repellit ab agendo.
7 Certanti de lucro non sufficit probare rem aliter se habere.
8 Compendiosa per verbum commune continet vulgarem.
9 Vulgaris an tollat situtatem.
11 Compendiosa per verbum commune etiam matrem iure di-
recto excludit intra pupillaria.
12 Substitutio pupillaris est fauor ⁊ prouisio filij.
14 Testes instrumentarij quid si contradicunt instrumento.
15 Testes quatuor in terris ecclesie sufficiant in testamento.
16 L. correctoria extenditur ex identitate rationis scripte.
20 Relinquo verbum relatū ad dotē, trahitur ad institutionē.

## Consilium. XVII.

Ponderatis his que in themate narrantur, ⁊ visis que in iure copiose alle-
gata sunt per aduocatum dicti Juliani, Sētio di-
1 ctā dn̄am Lucretiā agentē debere succūbere. ¶ † Et primo: qꝛ dictus Julianus fundatā habet intentionem suam ꝯ di-
ctā dominā Lucretiā ꝙ ipse sit heres dicti testatoris, eo quia dicta do. Lucretia cū dicto dn̄o Juliano, tanꝙ cū herede di-
cti testatoris, contraxit bis secum, vt cū herede cōpromitten-
do, ⁊ etiam absoluendo eum a dictis libris centū ipsi dn̄e Lu-
cre. in dicto testamento relictis, ⁊ faciendo sibi pactū tāꝙ he-
redi dicti testatoris de vlterius nō petēdo: per que dicitur af-
firmasse eū esse heredem predictum, ⁊ dicta verba fidē faciunt cōtra eam quo ad dictum Julianum. l. optimam. C. de cōtra-
hē. ⁊ cōmit. stipu. l. quidam. ff. de prob. ⁊ per Bar. in. l. ex hac scriptura. ff. de don. in ver. quero quid in cōtractibus. ¶ Cō-
fessa est etiā dicta do. Lucretia in causa principali respōdēdo positionibus, ⁊ etiam in hac causa appellationis respōdēdo capi-

capitulis positionibus dictũ Julianuz fuisse heredẽ dicti testatoris, vt in themate narratur. ergo dicta confessio iudicialis vehementer probat contra eam. l. post rem. ff. de re iudic. l. proinde. §. notandum. ff. ad. l. Aquil. ¶ Concurrit etiaz ꝙ in dicto instrumẽto absolutionis ⁊ pacti de nõ petendo facti dicto Juliano, tanꝙ heredi dicti testatoris, dicta dña Lucretia in fine instrumẽti iurauit omnia ⁊ singula in dicto instrumẽto
2 contenta esse vera. † que verba referunt ad omnia que principaliter vel incidenter seu accessorie in ipso instrumẽto narrata fuerunt, vt no. Bar. ⁊ oẽs in. l. si cui serui. §. si a filio. ff. de leg. j. argu. l. si. ff. de fideicommis. liber. ⁊ in. l. si quis filium. §. fi. ff. de leg. ij. ⁊ tantũ operabitur dictũ iuramentũ, vt etiam posito ꝙ per errorẽ ita iurasset, tamen obligabitur dicto iuramento: vt notabiliter ⁊ clare post alios determinat Joã. de imo. in. c. cũ contingat. in repeti. de iureiuran. post medium. versus fi. tertij membri principalis: in versi. ⁊ per predicta videtur posse dici
3 ꝙ de iure si minor iurat non venire contra ⁊c. † vbi inquit, ꝙ quando minor iurat in cõtractu venditionis de non veniẽdo cõtra rationẽ minoris etatis, aut alia quacũqꝫ de causa: quãuis per errorẽ ductus fuerit putans illud esse iustum pretium
a pro quo rem vendiderat tamẽ non poterit venire contra [a] etiã si sit deceptus per errorẽ vltra dimidiam iusti pretij. volẽs intentare remedium. l. ij. C. de rescin. vẽdi. ⁊ c. cum causa. de em. ⁊ venditio. prout cõmuniter tenent gl. ⁊ doc. in. d. l. ij. ⁊ in. d. c. cum causa. qδ quidem remedium non competit sciẽti, sed regulariter competit erranti vt not. doc. cõmuniter in locis proxime allegatis per. l. j. in fine. ff. de actio. emp. per. l. queritur. §. si venditor. ff. de edi. edic. ⁊ scḋm Joã. de imo. in. d. c. cum contingat. in versi. preallegato. quãuis dictũ iuramentum prestitum sub dicta forma a minore decepto vltra dimidiã iusti pretij presumatur per errorẽ prestitum, per no. per glo. ⁊ Bar. in. l. quisquis. C. de rescin. vendi. tamẽ tale iuramentũ sic per errorem prestitum obligat iurantẽ, adeo qδ non posset contra illud venire absqꝫ reatu periurij, sicut dicimus in iuramẽto per dolum extorto, per ea que habentur in. c. si vero. de iureiurã. ⁊ per Jnn. in. c. ad aures. qδ melius cau. ita concludit Joã. de imo. ibi. ⁊ est de mente glo. ⁊ docto. in. d. l. ij. ⁊ in dicto. c. cum causa. secundũ qδ proxime declaratum est. ¶ Et dubitat Jo. de imo. in. d. c. cum contingat. ⁊ in. d. c. cum causa. an ratione talis erroris posset concedi per episcopũ absolutio a iuramẽto ꝙ ad presens non discutio: q₂ non expedit, attento qδ non est petita absolutio a iuramento. Quinimo nec videretur cõcedenda attento ꝙ ipsa Lucretia venit contra dictũ iuramẽtum, allegando nunc dictum Julianũ non fuisse heredem. Et
4 scḋm magis cõmunes conclusiones nõ debet concedi absolutio a iuramento ei qui prius venit contra iuramentũ, quã petierit absolutionem a iuramẽto: quia frustra legis auxiliũ inuocat qui committit in legem. c. q₂ frustra. de vsuris. ⁊ ita concludit Federi. de senis consilio suo. ccc. incipiente factũ proponitur etiam tale, debitor promisit ⁊c. in fine cõsilij. ⁊ ita cõsuluit Petrus de anchar. consi. cxcviij. incipien. predictis subtiliter ⁊c. ⁊ Jo. de imo. in. c. debitores. de iureiur. ⁊ domi. Abba. in c. j. eo. tit. ⁊ Lauren. de rodul. in. c. consuluit. de vsuris. in que-
5 stione. cxxiiij. ¶ Sicut etiã videmus † quod pars cui prestitum est iuramentũ non potest illud remittere iuranti, postꝙ incidit in periurium: sed ante sic, vt declarat Bald. in aut. ꝙ
6 eis. C. de nup. post Bar. in. l. labeo. ff. de iureiur. ¶ † Et cõstat qδ actor repellitur ab agendo quando venit cõtra iuramentũ prestitum ei contra quem agit, saltẽ quando iuramentũ prestitum specifice obuiat agenti in materia qua agit: vt inquit Anton. de but. in. c. intelleximus. in fine. de iudi. ⁊ alij post eũ hoc idem sequuntur. bene facit. l. si quis maior. C. de transac. ⁊ no. Spec. in tit. de actore. §. j. versic. item qδ est periurus. ¶ Sed in proposito nostro iuramentũ predictum, per quod domina Lucretia iurauit in illo instrumento predicta omnia ⁊ singula esse vera, ⁊ contra illa non venire, ⁊ consequenter iurauit dictum Julianuz esse heredẽ dicti testatoris, obuiat specifice dicte dñe Lucretie in materia in qua agit: cum nũc agendo dicat esse heredẽ dicti testatoris, non autẽ. d. Julianum, ⁊ propterea ab eo velit omnem hereditatẽ extorquere mediãte persona filiorũ prefunctorũ ipsius testatoris, ⁊ dicte domine Lucretie, ⁊ istud solum videretur sufficere ad excludendũ dictam dominam Lucretiã. ¶ Et in tanto magis, q₂ presupponitur eam fuisse presentem testamento predicto. ⁊ sic nõ potuit pretendere ignorantiam eorum que in testamento disposita fuerant a testatore, vt not. per glo. ⁊ doc. in. c. cupientes. §. j. in ver. notitiã. de electi. lib. vj. ⁊ per gl. in. l. si tutor petitus. C. de peri. tu. ⁊ per Bar. in. l. is potest. ff. de acqui. hered. ⁊ in. l. qui Ro-
7 me. §. fina. in. ij. q. ff. de verb. oblig. † ⁊ ideo tunc ad probandũ errorem non sufficeret probare rem aliter se habere, cum ipsa

domina Lucretia non tractet de damno vitando: sed tractat de lucro seu quasi lucro, quo casu non sufficit probare rem aliter se habere, vt patet ex notatis per Bart. in. l. non fatetur. ff. de confes. ⁊ per docto. in. c. fi. de confessis. ¶ Quod autẽ dicta domina Lucretia volẽs succedere dicto testatori mediãte persona filiorum dicatur tractare de lucro, seu quasi lucro, qδ quidem quasi lucrum in proposito dicitur equiparari lucro quãtum ad istam materiam erroris, est glo. reputata singu. in. l. si emancipata. ⁊ ibi not. doc. C. de iur. ⁊ fact. ignorã. ⁊ sensit etiã gl. iũcto tex. ⁊ ibi moderni in. l. si duo. ff. de acqui. her. ¶ Alio insuper principali fundamento excluditur dicta dña Lucretia: quia per probationẽ testamenti apparet dictum Julianũ fuisse substitutũ vniuersaliter post mortem omniũ filiorũ dicti testatoris, ⁊ presupponitur ipsos oẽs esse mortuos vt ipsa
8 met agens fatetur. † ⁊ ideo si decesserũt viuente adhuc testatore expeditum est quod Julianus qui fuit compẽdiose substitutus potuit capere hereditatem testatoris, ex substitutione vulgari que comprehenditur sub dicta cõpendiosa. vt concludit Cy. ⁊ alij post euz in. l. precibus. C. de impub. ⁊ ali. substi. ⁊ Bar. in. l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pup. in versi. quero vtrũ substitutio cõpendiosa facta per verbum commune contineat
b vulgarẽ [b] ⁊c. ⁊ hec est cõmunis opi. doc. in locis proxime allegatis. ⁊ in. c. Raynutius. de testa. saltẽ quando substitutio est facta per verbum cõmune relatũ ad vniuersitatem bonorum, prout fuit in casu nostro, in quo fuit facta per verbũ relinquo omnia bona ⁊c. quod quidẽ verbum est verbum commune, vt not. in. l. his verbis. in prin. ff. de her. insti. ⁊ in. §. si vero nulla. in aut. de heredi. ⁊ fal. Et nõ expedit discutere, an si Hippolitus decessit impubes, viuo testatore expirauerit tacita vulgaris cõprehensa in pupillari, iuxta. l. quod si filius. ff. de capti. ⁊ not. in. l. si pater captus. ff. de vulg. ⁊ pup. cum sim. q₂ attento quod substitutio cõpẽdiosa fuit illa que facta est Hippolito, ⁊ filiabus, ⁊ substitutio vulgaris que cõprehenditur in cõpẽdiosa dicitur expressa: vt statim dicã: ideo cessat illa disputatio: q₂ expeditũ est qδ ꝗuis ille cui facta est substitutio cõpẽdiosa decedat viuo testatore, nõ expirat vulgaris cõprehensa sub ea tanꝙ expressa, vt no. Bar. ⁊ etiã clare Ang. ⁊ moderni in. d. l. cẽturio. ⁊ Bald. in. d. l. precibus. in. xiij. col. in ver. vnum
9 etiã aduerte: ⁊ notabis ⁊c. ¶ † Si autẽ decesserũt post mortẽ testatoris cuius quidẽ probatio incumbit dicte dñe Lucretie asserenti se esse heredẽ dicti testatoris mediante persona dictorum eius filiorũ, q̄bus dicit delatã fuisse hereditatẽ patris. l. matrẽ. C. de probatio. l. eum actũ. ff. de neg. gest. in cle. si. cũ ibi no. de rescrip. est eñ fundamentũ intẽtionis sue: ergo ipsa id probare necesse habet. l. cum te minorẽ. ⁊. l. actor. C. de proba. ⁊ si ipsa nõ probauit vt in themate narrat: expeditũ est ꝙ ipsa obtinere nõ dꝫ. ¶ Si autẽ hoc probauit, ꝗuis dici posse videretur qδ si nõ probat Hippolitũ se immiscuisse hereditati paterne, ⁊ dictas eius sorores agnouisse hereditatem Hippoliti fratris sui ex substitutione pupillari cõprehẽsa in cõpẽdiosa, facta per verbũ cõe: iuxta. c. j. de testa. in. vj. ⁊ nota. per gl. in. §. qua ratione. insti. de pupil subst. nõ fuerit trãsmissa hereditas ad matrẽ ex potẽtia suitatis, eo q₂ facta fuit p̄dictis filijs substitutio cõpendiosa, que cõprehendat vulgarẽ expressam verbis generalibus, vt no. gl. ⁊ doc. in. l. Lucius. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ Bart. in. d. l. centurio. in prin. cum simi. que debet tollere
c suitatẽ [c] sicut substitutio vulgaris facta per hec verba generalia, filiũ meum instituo, Titũ ei substituo. quãuis nõ dixerit testator si filius meus heres nõ erit, seu heres esse noluerit, Titiũ substituo. l. si filius heres. ⁊ ibi no. doc. ff. de lib. ⁊ post. Et per cõsequens nõ videtur obstare illud qδ alibi dicitur videlicet qδ frater vel soror substituti pupillariter fratri ex potẽtia suitatis transmittat hereditatẽ fratris impuberis nõ additã sibi ex substitutione pupillari delatã: vt no. Bar. ⁊ alij in dicta lege sed si plures. §. quos possum. per illum tex. ff. de vulg. ⁊ pupil. Bar. in. l. ij. in fi. prin. eo. tit. ⁊ Ange. in. l. tertia. §. aperture. ff. de heredi. insti. Saly. in. l. si testamẽto. C. de impube. ⁊ alijs
10 [illegible] hoc [illegible] non pono pro cõstanti. † attento [illegible] quod plerique voluerunt ꝙ illud quod habetur in dicta. l. si filius heres. non habeat locũ in substitutione vulgari [illegible] comprehensa in cõpendiosa vt tenuit Angelus in. l. [illegible] [illegible] §. quarta. [illegible] de testa. per. [illegible]
d [illegible] Paulus de castro in dicta. l. si filius [illegible]
[illegible] que notat Bal. in. l. [illegible]
[illegible] cõpendiosa non to[illegible]
nis hereditatis non adite. ¶ Et etiã quia inciderenius in dubium, an posito quod dicti impuberes seu minores nõ trãsmiserint ad matrem, possit mater mediãte persona filiorũ minorum restitui in integrum ad adeundum iuxta. l. non solum. ⁊

8 ¶ Medio. hec est nouissima opinio [redacted]

quod ibi no. doct. ff. de in integ. resti. & in l. Pantonius. cum materia sua. ff. de acq. here. & no. doct. in l. si infanti. C. de iure delibe. & in l. qui duos. in prin. ff. de reb⁹ dub. ¶ Ideo dico q̄ si per dictā dominā Lucretiā probaretur dictos filios decessisse post mortē dicti testatoris, tutius est dicere qd̄ si decesserunt in pupillari etate admittit̄ dictus Julianus ex substitutione pupillari cōprehensa in cōpendiosa: q2 secundū verā opi.

11 † substitutio cōpendiosa facta per verbum cōmune, substituo. prout fuit in casu nostro. cōprehendit pupillarem in personā filij decedentis in pupillari etate, etiā matre existente in medio [a], vt tenuit glo. reputata singularis in d. §. qua ratione. & probat̄ in d. c. si pater. de testa. in. vj. maxime attenta ratione generali posita in tex. & probat̄ etiā in l. precibus. C. de impu. & alijs substi. & posito q̄ tex. ibi loqueret̄ in milite: tamē miles faciendo substitutionē transcendentē etiā tempus pupillaris etatis nō per verba directa, sed per verba dubia seu cōmunia, prout fuit ibi, videtur velle testari iure cōmuni non ex priuilegio militū. l. quanq̄. & l. in testamēto. C. de testa. mili. ¶ Et l3 mater sit in medio: tū non debet iudicari qd̄ testator voluerit dictā substitutionē esse fideicōmissariā intra tēpus pupillaris etatis, fauore matris, vt probatur in dictis iuribus. & q2 alias sequeretur q̄ potentior esset fauor matris, quā fauor filij pu-

12 pilli qd̄ esse non debet: q2 videmus † q̄ pupillaris substitutio que est fauorabilis [b] filio: q2 per eum testatus decedit. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. & l. ex tribus. C. eo. tit. iuncta. l. & q2 in prin. ff. de interro. actio. excludit matrē. d. c. si pater. in fi. & d. §. sed nec impuberis. ¶ Sed si dicerem⁹ qd̄ dicta substitutio cōpendiosa valeret intra tpa pupillaris iure fideicōmissi, non esset fauorabilis filio pupillo sed onerosa: q2 fideicōmissaria substitutio est onus per quā succeditur non ipsi, cui facta est substitutio, sed testatori. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulg. & pupil. & no. in d. l. ex tribus. & istā opi. tenet Cy. post nonnullos antiquos in d. l. precibus. & Jo. and. in d. c. si pater. in nouella. & Oldra. in cōsi. cxxv. incip. In proposito. & Ang. Raph. cu. Jo. de imo. & Pau. de ca. in d. l. cēturio. & dicit ibi Pau. de ca. q̄ ita etiā tenēt doc. moderni, & qd̄ ita sepe cum eis cōsuluit: & idē tenet Sali. Fulg. & Paul. de ca. in d. l. precibus. & Sali. in d. l. ex trib⁹. & cōsulit Pau. [c] de ca. in cōs. cviij. hoc etiā tenet Cardi. flo. & Jo. de imo. in d. c. Raynuti⁹. & dicit ibi Jo. de imo. se ita consuluisse. & qd̄ ita tenebat preceptor suus dn̄s Frācis. de rāpo. in d. l. precib⁹. & istā opin. sum solitus semp̄ sequi cōsulēdo & alegēdo in d. l. precibus. & pleni⁹ in d. l. cēturio. vbi pro hoc adduco alia plura. & ibi respondeo his que adducuntur in contrariū: & q2 valde prolixū esset hic

13 recencere: ideo breuitatis causa reliqua omitto. ¶ † Sed f̄m opi. eorū qui tenent q̄ dicta substitutio cōpendiosa valeat, ēt intra tēpora pupillaris etatis iure fideicōmissi, matri non cōpetijsset ius petēdi cū effectu vniuersam hereditatē existentē apud dictū Julianū, sed legitimā & Trebellianicā tātū, iuxta id qd̄ h̄r in d. c. raynutius. & c. raynal. de test. q2 p̄ reliquo obstaret matri exceptio, dolo facis q2 petis qd̄ restitura esses. l. dolo. ff. de doli exceptio. & similiter si pro parte dn̄e Lucretie probaret̄ dictos filios decessisse post pupillarē etatē, nulla facta repudiatione seu absensione hereditatis predicte: q2 tunc substitutio valeret iure fideicōmissi per no. in d. l. cēturio. & in d. l. precibus. & d. c. rayn. matri cōpetijsset solū ius petēdi legitimā & Trebellianicā, vt p̄rime dixi. ¶ Nec predictis obst. q̄ per partem dn̄e Lucretie producti sunt duo testes testamētarij, id est qui erant de numero testiū rogatorū ad actum dicti testamēti, inter quos vnus est armiger frater dicte dn̄e Lucretie, & etiā vnus est productus. alius testis in testamento non descriptus, qui deponunt q̄ notarius per errorē scripsit dictā substōnē factā de iuliano, & qd̄ fuerūt presentes quādo testator fecit dictū testm̄, & q̄ nō audiuerūt testatorē substituere dictum Julianū. & q̄ substituere nō potuisset quin audiuissent & per q̄ns videtur qd̄ cum non supersint alij septem testes ex descriptis in testamēto, & sic deficiat numerus necessarius ad actum iuxta. l. si vnus. & l. hac cōsultissima. in prin. C. de test. debet dici viciatū ac reprobatū esse testamentū. ex quo vnus aut plures de numero necessario testiū cōtradicunt, per id qd̄ habetur in l. j. §. si quis neget. cum ibi not. ff. quemadmo. test.

14 ape. cum simi. imo plus volūt ibi docto. † q̄ si duo sunt testes instrumētarij qui cōtradicunt instrumēto, q̄uis nō sint de numero necessario reprobāt instrumentū per. l. optimā. C. de cōtrahen. & cōmit. stipu. & tres testes etiā instrumentarij directo cōtradicentes instrumēto sufficerēt ad reprobandū instrumētum, vt no. in d. l. optimā. & in l. in exercēdis. C. de fide instru. & per doc. in d. §. si qs neget. q2 respōdeo q̄ etiā posito qd̄ dictus testis frater dn̄e Lucretie esset idoneus testis tamē probatio dictorū nō reddit dictū instrumentū testamenti inefficax, eo q2 presupponit̄ q̄ ex aduerso pro parte dicti Juliani fuit probatū de veritate dicte substitutiōis Juliani per quinque testes: & sic per plures testes, q̄ sint testes dicte dn̄e Lucretie, merito tūc remanet instrumentū in sua efficaci virtute, vt est gl. no. in §. itē verborū. versi. die. insti. de inuti. stipula. & no. Ang. & Jo. de imo. in d. §. si quis neget. Nico. de mat. & Bal. in d. l. in exercendis. & ibi Saly. in v. q. & Joā. and. & alij post eum in c. cum Joānes. de fide instru. & Bal. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. circa. vj. col. ¶ Nec obst. qd̄ si vnus vel duo de numero necessario testiū cōtradicunt instrumēto, tunc instrumentū corruit: non sufficeret qd̄ per duos alios testes coadiuuaretur instrumētum, sed requiritur qd̄ coadiuuetur per numerū testiū necessariū ad illū actum, puta per septē testes, si tractat̄ de testamēto, vel per quinq3 si tractatur de codicillis, vt no. Inn. & alij post eum in d. c. cum Joānes. Sz respōdeo q̄ cum dictū testamentū fuit conditū in ciuitate Rauenne.

15 † & sic in terris ecclesie, vbi vertit̄ hec questio, sufficit numerus quatuor testiū, ad validitatē testamenti, etiam sine presbytero parochiano, vt cōcludit Spe. in tit. de instru. edi. §. cōpendiose. versi. itē si per ius canonicum: q2 sufficiunt duo testes cum p̄sbytero parochiano, vt p̄bat̄ in c. cū esses. de testa. debēt suf ficere quatuor sine presbytero parochiano: q2 testimoniū duorū videt̄ fortius testimoniū vnius cuiuscūq̄ sit authoritatis. c. cū a nobis. & c. licet ex quadā. de testibus. & istā op. sequit̄ io. de imo. & do. Abb. in d. c. cū esses. & Jo. cal. in cons. vij. sub rubri. de test. q̄ incipit testator in loco tēporali iurisditione ecclesie &c. & Ludo. roma. in repe. aut. similiter. C. ad legē Fal. xxxiij. speciali, q̄ ibi enumerat inter specialia priuilegia concessa pie cause in vltimis voluntatibus. & dicit Ant. de but. in ca. cū esses. se credere quod ista opi. Spec. seruaretur in practica. tamē ipse sentit q̄ de iure valeret testamētū in terris ecclesie etiā si solū intercessissent duo vel tres testes, & non interueniente presbytero parochiano, quod vltimū nō est necessariū hic discutere cū in p̄posito habeamus nedū tres, s3 etiā quinq̄ testes testō. ¶ Nec ob. q̄ tex. in d. c. cū esses. venit ad correctionē iuris ciuilis req̄rētis septē testes. ergo nō debet extendi ad aliū casum ibi non expressum. s. q̄n non interuenerūt quatuor testes absq̄ eo qd̄ interuenerit presbyter parochian⁹ p̄ id q̄ habet̄ in l. precipim⁹. C. de appel. cū simi. p̄ quā ratione Jo. de imo. in l. nemo potest. de lega. j. non est ausus firmare opinio.

16 Spec. † q2 respondeo qd̄ quando in l. correctoria scripta est ratio tunc ex idētitate rationis pōt fieri extēsio, per no. p̄ gl. in cle. j. de ele. & not. Bal. in aut. quas actiones. C. de sacros. eccle. in iiij. q. in fin. p. §. ex his. in aut. de here. que abite. & not. Bal. in l. maximū vitium. C. de lib. p̄te. & in l. fi. ff. de her. inst. & Alberi. de rosa. in j. parte statutorum. q. ix. & mod. l. quamuis. C. de fideicō. sed in d. c. cū omnes. est scripta ratio in tex. scilicet q̄ in ore duorū vel triū &c. que ratio militat in vno casu sicut i alio, vt p3 ex d. c. cū a nobis. & d. c. l3 ex quadā. ¶ Preterea probat̄ dictū testamentū & substitutio predicta p̄ quinq̄

17 testes, † qui etiā in terris vbi seruari d3 ius ciuile, & sic in terris imperij sufficerent ad codicillos. l. fina. C. de codicil. ergo per clausulam codicillarem, que communiter apponitur omnib⁹ testamentis, deberet dicta substitutio etiam si essemus in terris imperij sustinere virtute clausule codicillaris, que operat̄ q̄ p̄ ea parte qua testamētū non potest sortiri vires iure testamenti teneat iure codicillorū. l. Stichū qui meus erit. in p̄ncī. cū ibi no. per Bar. ff. de leg. j. & ibi Barto. in viij. question. ff. de iure codicillo. & in aut. ex causa. & ibi etiam Bal. C. de liberis preteri. ¶ Nec p̄dictis ob. si diceret̄ quod dicta clausula codicillaris

[redacted]

b ¶ Fauorabilis. j. lib. vij. cōsi. lj. nu. ix. Bal. consi. xxxv. p̄r filio. li. ij. Are. cōsi. liiij. col. ij. Cor. d. l. precibus. col. x. & generaliter omnes. Sed hec non est ratio legalis sed magistralis vnde ex ea arguere non licet.

c ¶ Pau. cōsi. xviij. si bene cōsideret̄. col. si. cōsi. xlix. notandū. cōsi. cccxxij. in casu. li. ij.

Attentis his q̃ in instrumẽto donationis in themate continent. ¶ Videret fortasse dicendum ꝙ dicta donatio quatenus excederet summã quingẽtorũ aureorũ, nõ valeret. l. sancimus. 1 iuncta. l. pen. C. de dona. ¶ † Nec ob. ꝙ fuerit adiecta clausula, qð tot sint donationes quot sunt res, ⁊ iura donata, ⁊ sic reducant ad summã ꝙ singule donationes nõ excedant summã in qua requiritur insinuatio: q2 talis clausula tanꝙ adiecta in fraudẽ legis saltẽ quando non est facta dinumeratio ⁊ specificatio rerũ donatarũ, nõ validat dictã donationem vno cõtextu factã, vt. d. l. sancimus. §. si quis aũt per diuersa. ⁊ ibi no. Jac. de Aret. Cy. Bar. ⁊ Bal. ⁊ alij in. l. queadmodum. C. de agri. ⁊ cẽs. li. xj. ⁊ no. Spe. in ti. de dona. ⁊ ver. qd si aliquis. ⁊ Bar. in. l. aquilius regulus. ff. de dona. ⁊ Jo. an. post Spe. ĩ titu. de instru. edi. §. porro. super ver. donatio. ⁊ Gul. de cug. ⁊ Bal. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. ⁊ no. Ange. ⁊ Pau. de ca. in. l. scire debemus. in prin. ff. de ver. obli. ita consuluit Old. in consi. inci. dominus. ꝫ. vbi pro hoc etiam allegat in argumentum. l. nihil. ver. quod in singulos. ff. de nau. feno. ⁊ ita etiam tenet Jo. de imo. in commento. c. cum cõtingat. de iureiur. in antepe. char. bene facit quod no. Bal. in. c. fi. in. x. col. in ti. qui feu. da. pos. licet ipse aliter senserit in. l. j. C. quãdo dies leg. ced. ¶ Nec obstare etiã videt qð dicta donatio sit facta ob causam: † q2 etiam in donatione ob causam videtur ꝙ requirat insinuatio: vt probatur in. l. fi. ad fi. de dona. ante nupt. vbi in donatiõe propter nuptias requirebat insinuatio, vt pro hoc etiã bo. tex. in. l. dona. sine. C. de dona. ⁊ iõ etiã donatio causa mortis debet insinuari: vt ibi habetur. ¶ Unde Bald. in. d. l. illud. dixit qð donatio facta ob causam vel sub modo requirit insinuationem, ⁊ dicit esse tex. not. in. d. l. donatio. ⁊ subdit qð vbi causa est motiua, ⁊ nõ necessaria, ibi requirit insinuatio. allegat not. per Gul. de cu. in. l. si tibi. ff. si certũ pet. ¶ Et ipsemet Bal. in. d. l. si tibi dixit. quod donatio facta sub modo requirit insinuationẽ, vnde si dono tibi mille, vt statim eadem mihi mutues. necessaria est insinuatio. ¶ Pro hoc etiã 3 allegat: † q2 si donatur in premiũ emancipationis filiũ requiritur insinuatio: ⁊ tamẽ ista est donatio ob causam. alle. not. p Cy. in. l. vt liberis. C. de colla. ⁊ respõdet ipse ad no. in. l. Aquilius regulus. ff. de dona. quod ibi loquitur in donatione facta ob merita precedentia. ¶ Et saltem videtur esse verum, qñ onus propter quod facta est donatio est tenue, adeo quod etiam habita ratione estimationis illius oneris, donatio omnino remaneret excessiua, ⁊ transcendens summam quingentorũ aureorum, tunc requiratur insinuatio, per id qð vult Jo. de imo. in. d. l. Aquilius. vbi dicit quod illud ibi no. s. donationem remuneratoriam non egere insinuatione, fortasse põt procedere quando detracto eo quod causa remunerationis verosimiliter obligabat, remaneat donatio infra summã quingentorũ aureorũ secus forte si adhuc excederet: alias sequeret quod si minimum seruitium mihi fecisses, possem tibi valde immensam donationem facere: ꝙ videtur absurdum ⁊ maxime q2 alias de facili posset fieri frau⁹ legi. ¶ Bene fatet quod vbi seruitium esset tale, ꝙ non bene posset pretio nummario estimari: tũc fortasse indistincte esset verum quod non requiretur insinuatio: ⁊ ita pcederet id qð not. in. l. si pater. §. j. ff. de dona. ⁊ in. d. l. Aquilius. iũcta. l. j. §. proinde. ff. de va 4 riis ⁊ extraor. cog. ¶ † Fuit etiam hoc de mente Ang. in. d. l. b Aquilius. dũ dicit ꝙ donatio remuneratoria[b] nõ eget insinuatione. est verũ si remuneratio est condigna. secus si excessiua: quia quatenus excedit est vera donatio. ⁊ ita etiam Bal. in. d. l. illud. in. iiij. q. C. de sacrosan. eccle. ⁊ ibi etiã Gul. de cug. ar. l. quod si adipiscende. ff. de dona. inter vi. vnde si onera alẽdi dictam donantem, ⁊ dandi certas eleemosynas, de quibus in dicto instrumento donationis fit mẽtio, non estimarentur tanti, vt faciãt dictam donationem esse infra summam quingentorum aureorum non valeret donatio. Nec etiam videre 5 tur iuramentũ obstare appositũ in contractu donationis † q2 iuramẽtũ prestitũ in cõtractu a lege reprobato nõ tenet. l. nõ dubiũ. C. de legi. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. ⁊ donare est perdere. l. filius. ff. de dona. l. contra ius. §. fi. ff. de pactis. Unde in immensa donatione videtur abesse discretio: ⁊ talis donatio est suspecta. d. l. donatio sine. ⁊ iuramẽtum indiscretũ nõ est seruãdũ. c. ⁊ si xp̃s. de iureiu. no. in aut. qð eis. C. de nup. ¶ Et ita tenet Bal. in. d. l. illud. ⁊ sequunt nõnulli moderni: q2 videtur in hoc versari publica vtilitas. s. ne quis per fraudẽ grauiter ledatur, vel re sua male vtatur. arg. l. data. C. de dona. ⁊ inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. j. in fin. ⁊. no. 6 Gul. in. d. l. illud. † ⁊ iuramentũ prestitum contra publicam vtilitatem, non valet. c. si diligenti. de foro compe. l. iurisgentium. §. ⁊ generaliter. ff. de pac. ⁊ q2 eadem facilitate inducere tur donans ad iurandum, sicut ad donandum vltra metam: ergo non debet obligari. arg. l. doli. ver. diuersum. ff. de noua. ⁊. l. illud quod vna via prohibetur, non debet alia via pmitti. vt in regula cum quid vna. lib. vj. ⁊. l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusa. tuto. ⁊ pro hoc etiã adducit aliquas rationes Salyc. in. l. penul. C. de do. propter quas dicit qõnem esse dubiã: ⁊ super illã esse cogitandũ: ⁊ tantomagis in casu nr̃o dz pcedere opi. qð nõ validet dicta donatio: q2 dictũ iuramẽtũ non videt continere dictam renunciationem aliquam factã legis insinuationem requirentibus: ⁊ sic non videtur ꝙ obstet opi. illorum qui tenuerunt quod per iuramentum possit renũciari legibus insinuationem requirẽtibus: vt videtur esse de mẽte Feder. de sen. in consilio. cclxxxj. inci. casus talis est: statuto cauetur quod si donationes ⁊c. ¶ Non ob. etiaz qð heres non possit venire contra factũ defuncti. l. ij. C. si quid in fraudem pat. l. si creditoribus. C. de seruo pigno. dato manu. tamen fallit quando est factum contra legem: quia tunc potest etiam ipsemet contrahens contrauenire. d. l. quemadmodum. C. de agri. ⁊ censi. li. xj. ⁊ no. in. l. post mortem. ff. de adoptionibus. ¶ Tamen premissis non obstantibus contrariam sententiam in casu de quo queritur veriorem esse arbitror ⁊ presuppono, quod etiam si dicta donatio excederet summam quingentorum aureorum, supra quam requiritur insinuatio: tamen indubitatum est quod non vitiaretur vsqz ad summam quingenttorum aureorum ne vtile per inutile. vt est casus in d. l. sancimus. C. de donatio. iuncta. l. penulti. eodem titulo. 7 ¶ † Sed videndum est solum an vitietur a quingẽtis aureis supra. in quo concludo qð non: q2 quando donatio fit ob causam de futuro onerosa: nõ requiritur insinuatio. l. si. in pn. C.

a ¶ Pias. ꝫ. eo. cõ si. xij. in fi.

b ¶ Remuneratoria. Andr. tiraq. repe. l. si vnquam. verb. donatiõe largitus. nu. xliij.

de iure do.vbi si ab extraneo donat pro dote alicuius mulieris,q2 quo ad maritum est donatio ob causam onerosam,nõ eget in insinuatione etiã iure communi respectu mariti,⁊ probatur etiã in aũt.eo decursum.C.de dona.ante nup.pro hoc etiã est gl.in.§.illud.in verbo,actionem.⁊ ibi Ang.in autẽ.vt fratrũ filij.Ita etiã not.Guil.de cu.in.d.l.illud.⁊ Bar.in.l.aquilius.ita etiã not.Ang.in.d.l.sancimus.in princ.⁊ plenius in suo consi.cxxix.incip.Uisis predictis.col.pe.⁊ Ioan.and.in addi,Spec.in tit.de instru.edi.§.porro.ĩ addi.magna.in xsi.fuit etiam alia questio de facto ⁊c.⁊ Old.in consi.cxxxix.incip.Ad habendam aliqualem ⁊c.⁊ Alberi.de rosa.⁊ Sali.in l.fin.C.de pact.Nec ob.l.fin.de dona.ante nup.q2 respondeo ꝙ illa.l.est correcta ꝑ aut.ibi positã.¶ Non ob.l.donatione.C.de dona.quia respondeo quod ille text.loquit de quibuscunque donationibus tam ob causam:quã nõ:⁊ dicit ibi que pactiones possint adduci in predictis donationibus, ⁊ qualiter debet fieri donatio.⁊ subdit in fi.qd vbi leges exigũt insinuationẽ fieri,debet talis insinuatio apud magistratum fieri.nõ igitur declarat ibi an ⁊ qñ requiratur insinuatio nisi sm qd per alias leges hoc cautum erat.Sed ita est qd per alia iura erat prouisum qd in donatione ob causam onerosam seu remuneratoriam non requireretur insinuatio,vt legitur ⁊ notatur in iuribus supra allegatis.ergo debet intelligi id qd habetur in.d.l.donatio.¶ Nec cõtrarium dicit Gul.de cu.in.d.l.si

a ¶ Inquit.⁊ bene.
b ¶ Simplex.ĩ.eo.consil.cxij.nu.iiij.⁊.s.libro.ij.consil,cxlij.nu.xviij.

8 tibi.† Et posito ꝙ qñ tibi dono mille,vt mihi statim ea mutues requirerer insinuatio,vt inquit[a] Bal.in.d.l.si tibi nõ obstaret quo ad casum nostrũ:q2 si donator recipit mutuo tenet reddere mutuanti,⁊ sic cũ actionem habeat donatarius ad recuperandũ pecuniã sibi donatã, quam postea donatori mutuauit.videt ipsam pecuniam habere.l.si quis mandato.ff.de neg.gest.l.qui actionem.ff.de reg.iu.Sed in casu nostro illud qd erogabat donatarius in alimentando mulierẽ,prout promiserat,⁊ in alias erogatiões faciendas ⁊ lesus,vt instrumento donationis continetur,non poterat repetere vllo tempore.¶ Nõ ob.id quod no.Bal.in.d.l.si tibi.dum dicit ꝙ si donatur filio in premiũ emancipationis,requiritur insinuatio:⁊ tñ est donatio ob causam per no.per Cyn.in.d.l.vt liberis, q2 respõdeo ꝙ Bal.minus bñ dicit.Cy.in.d.l.vt liberis.tenet contrariũ eius ad qd allegat per Bar.q2 Cy.tenet

c ¶ Alio.videlicet in.d.consi.clxxix.col.fi.vbi hoc firmat ⁊ ei9 est ratio quam Alex.attexuit.s.eo.cõsi.nu.vj.⁊ hec veritas vt dixi.s.lib.j.consil.iiij.nu.x. [illegible]

9 † ꝙ illa donatio facta filio in premiũ emãcipationis sit simplex[b] donatio.non ob causam,⁊ ideo requirat insinuationẽ.⁊ ita dicit tenere Odof.Dy.⁊ modernos.⁊ quod illa sit donatio simplex, que sit filio qñ emancipatur,tenet communiter: q2 pater emancipando est ille qui perdit,⁊ filius acquirit.perdit em̃ pater ius patrie potestatis:ꝙ est inestimabile.l.filiusfa.§.sm vulgarem.ff.de leg.j.pro hoc etiã est tex.in.l.j.C.de ingra.lib.vbi probatur ꝙ per emancipationẽ confertur beneficiũ filio,⁊ nõ patri.¶ Unde videmus ꝙ si cõtra emancipationẽ pronunciatur:fili9 tãq̃ lesus p̃t petere restitutionẽ in integ.i.l.ij.C.si aduer.rem iudi.⁊ propter emancipationẽ magis obligat fili9 emancipatus patri,q̃ fili9 in potestate.l.j.C.de offi.preto.¶ Et ꝙ talis donatio dicat esse ex simplici liberalitate,⁊ nõ ob causa.ꝓbat tex.in.l.fi.in ṽbo,liberaliter.C.de emanci.lib.⁊ dicit ibi Bal.ꝙ nõ reperit de hoc melior tex.in iure,⁊ no.Bal.in.l.cũ oportet.§.cum autẽ.C.de bo.que lib.vbi dicit ꝙ illa verba q̃ apponunt instrumentis,in quibus dicit: quod pater donauit in premiũ emancipationis,sunt impropria,eo q2 donatio talis dicit simplex.⁊ pater pro tali emancipatione d3 premiari,nõ filius,vt in.d.§.cũ autẽ.⁊ ita etiã tenet Bar.in.l.j.§.nec castrẽ.ff.de col.bo.⁊ Bal.i.l.data.C.de dona.⁊ in aut.ex testamẽto.in.iiij.col.C.de col.⁊ in.d.l.vt liberis.⁊ ibi etiam Ia.bu.⁊ Bal.in.l.⁊ si mortis.C.ad.l.fal.⁊ ita ꝓcedit id qd no.Spe.in tit.de dona.§.j.ver.quid si pater.cum simil.¶ Non obst.ꝙ quãdo estimatio oneris iniuncti donatario esset adeo tenuis ꝙ non faceret donationem esse infra summam quingentorũ

10 aureorum,requireretur insinuatio. q2 respondeo † ꝙ negari non põt quin debeãt deduci quanti tempore donationis estimari potuissent illa onera in iũcta donatario,inspecto dubio euẽtu,⁊ tãtominus intelligit fuisse in donatiõe.l.nõ ampli9.in prin.⁊.l.in ciuitatib9.§.fi.ff.de leg.j.l.sed hoc.§.j.ff.de condi.⁊ demonst.l.quoties.⁊ quod ibi no.Bar.ff.ad.l.falci.⁊ per consequẽs priusq̃ facta sit,si huiusmodi detractio ⁊ estimatio põt dici quantũ vltra quingentos aureos excederet dicta

11 donatio. ¶ † Preterea iuramentũ appositũ in dicto tractactu,remouet omnem allegationem defectu insinuationis: q2 cũ non potuerit iuramentum tale seruari sine interitu salutis eterne,d3 seruari,⁊ validat contractum super quo est appositũ:vt probatur in.c.cum cõtingat.de iureiur.⁊ in.c.quamuis.de pact.in.vj.⁊ i.c.licet mulieres.de iureiur.eo.lib.⁊ in aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vend.⁊ ita tenuit Ioã.and.in addi.Spec.in ti.de instru.edi.§.porro.in vlti.addi.vbi etiam pro hoc adducit:q2 donatio non insinuata nõ est penitus inimica iuri,qd patet: q2 tenet vsq3 ad summam quingentorum aureorũ:vt est dictum.¶ Et dicit qd non obstant ea que no.per gl.in.c.j.§.itẽ sacramenta.de pac.iur.fir.in gl.iij.in prin.⁊ etiam id quod dicitur,quod donare est perdere,⁊ lesio patẽs: q2 responsio sm eum patet per id ꝙ habetur in regula, sciẽti.cum simili.de reg.iu.in.vj.⁊ ideo concludit quod vbi iuramẽtum esset vi,dolo,vel metu prestitum, non obstabit defectus insinuationis.⁊ ita est de mẽte Fede.de senis in consi.cclxxxj.⁊ ita videtur velle Ang.in.d.l.sancimus.§.fi.C.de dona.dum se remittit ad no.per Io.an.in.d.ti.de instr.edi.ita etiam consuluit Ang.in consi.xciiij.inci.cum lis ⁊c.in pen.col.vbi approbat opi.Io.an.in loco preallegato, scilicet quod propter iuramentum de non veniente contra, non possit impugnari donatio ratione defectu insinuationis.licet ipsemet Ange.in quodam alio[c] consilio videatur aliter dixisse.¶ Istam opi.etiam firmat Bald.in.d.c.cum contingat.col.iiij.de iureiur.vbi dicit quod iuramentum firmat donationem non insinuatam:eo q2 potest seruari sine interitu salutis eterne per regulã iilius.c.⁊ q2 non est contra tales bonos mores quorum transgressio inducat peccatum.de alijs enim moribus non est curandum:vbi est appositum iuramentum, per id quod not.in d.c.cum contingat.⁊ in.d.c.quamuis.hoc etiam tenet Io.de imo.in.d.c.cum contingat.in.x.⁊ vlti.membro.circa antepe.char.⁊ ibi dicit quod non ob.id qd no.gl.in.d.c.j.§.item sacramenta.in gl.iij.inquantum glos.ibi videtur voluisse, quod sit speciale in illo casu quod actus inualidus confirmetur iuramento:⁊ sic vult quod illis casibus contractus inualidus non firmetur iuramento.¶ Ut etiam est de mente glos.in.l.si predium.C.de iure do.⁊ in.l.j.§.⁊ cum lex.C.de rei vxo.actio.vbi voluerunt gl.ꝙ licet contractus alienationis rei,que seruando seruari potest celebratus a minore sine decreto iudicis validetur iuramento,per id quod habetur in dicta aut.sacramẽta.tamen secus est in contractu alienationis fundi dotalis q2 respondetur quod illud qd dicunt dicte glos.posset procedere de iure ciuili,per.l.non dubium.C.de legibus.sed de iure canonico,cui est standum in materia iuramenti,aliud est vt probatur in.d.c.cũ contingat.⁊ in.d.c.quãuis.per que iura ⁊ rationẽ in eis redditam probatur ꝙ vbicunq3 seruari potest iuramentũ sine interitu salutis eterne,si non sit vi,dolo, vel metu prestitũ validatur contractus super quo est iuratũ.¶ Et respõdet etiã ad aliud,quod dicitur scilicet ꝙ donare est perdere ꝙ illud non ob.per regulam damnum ꝙ quis sua culpa sentit.de reg.iur.in.vj.⁊ quia alias etiam si donatio esset infra summam taxatã a iure non deberet posse donari sine insinuatione,quod tamen est falsum.¶ Et respondet etiam ad aliud quod dicitur ꝙ iuramentum non debet esse indiscretum, q2 secundum eum iuramentum propter huiusmodi lesionẽ non debet dici indiscretũ,dummodo alias cõtrahens vel donans sit sane mentis:per id ꝙ legitur ⁊ no.in.d.aut.sacramenta puberum.⁊ in.d.c.cum contingat.¶ Et non ob.illud qd no.in dicta aut.qd eis.quia procedit quando iuramentum prestaretur ab eo qui non esset sane mentis,⁊ sic non h3 discretionẽ.Respõdet etiam ad id qd habetur in.d.c.cũ quid vna.quod illud non procedit qñ secũda via esset cũ iuramento, ⁊ prima esset sine iuramento, ⁊ probat in.d.c.cũ contingat.⁊ in.c.debitores.eo.ti.⁊ in.d.c.quamuis.iũcta.l.j.§.⁊ cum lex.C.de rei vxo.act.⁊.l.pactum.C.de colla.¶ Et dicit etiã ꝙ non obstat ꝙ donatio videatur esse suspecta si non est insinuata: q2 hoc sm eũ nõ est verũ,q2 potuit esse facta nõ occulte corã testib9,vt fiũt alij 3ctus:⁊ sic ꝑ hoc nõ d3 dici suspecta,nisi aliter appareat qd occulte, ⁊ per fraudem fuerit procurata.¶ Et respondet ad.l.data.⁊ ad.l.donatio.C.de don.ꝙ ibi dicit quod donatio vltra summã taxatã a iure debet insinuari, vt tollatur occasio procurãdi clam donationes fieri ⁊ in fraudẽ.⁊ sic nõ dicit ꝙ directe ⁊ semper si nõ fiat insinuatio siue clandestine ⁊ frauduletẽr,sed qd occasionaliter illud cõtingere potest, que occasio non debet attendi qñ iuramentũ est prestitum, vt not.per gl.in.c.si vero.de iureiur.⁊ in.d.c.quamuis.nisi aliter de fraude probatur.¶ Non obst.etiã ꝙ eadem facilitate qua quis induceret ad donandũ vltra summã taxatam induceret etiã ad iurandum,q2 respõdet ꝙ illud non habet locũ vbi interuenit iuramentũ ꝓpter reuerẽtiam ⁊ authoritatem ipsius sacramenti,vt patet in muliere iurante sup alienatione rei dotalis, ⁊ in minore iurante sup alienatione rei sue:vt in.d.aut.

12 sacramenta.cũ alijs supra allegatis. ¶ † Nõ ob.etiã dũ dicit quod est contra publicã vtilitatẽ,q2 respondet Io.de imo.in d.c.cum contingat.ꝙ hoc non repetitur iure cautũ, sed bene est cautũ ꝙ fuit insinuatio inducta,vt tollat occasio ꝓcurãdi donationes

donationes fieri per metū vel fraudem seu clandestine, vt patet in.d.l.donatio. ⁊ in.d.l.data. ⁊ licet dicat interesse reipublice, ne quis re sua male vtatur: istud non sufficit ad infringendū sacramentum: qꝛ est publica vtilitas secūdaria, ⁊ de ista loquitur Sali.in.d.l.illud. qꝛ licet illi non possit derogari per simplicem conuentionem.l.j.ff.solut.matri.iuncta.l. de die.cum seq.ff.de pac.do. ⁊.§. ⁊ cum lex. ⁊.l.ius publicum.ff.de pact.tñ bene pōt derogari cum iuramento: vt patet in illo.c.cum contingat.iuncta.l.j.ff.sol.ma.licet aliud sit qñ iuramentum esset prestitum contra id quod est principaliter inductū ad publicā vtilitatem, vt in.d.c.si diligenti. ¶ † Et licet alias per simplex pactum non possit derogari solennitatibus inductis a iure.l. nemo potest.ff.de leg.j. ⁊.d.l.ius publicum.tamen non procedit quando interuenit iuramentum: vt patet in.d.aut.sacramenta puberū.iūcta.l.lex que tutores.cum simili.C.de administrat.tuto. ⁊.l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum. ¶ Et per hec etiā est responsum ad id quod habetur in.d.l.si quis inquilinos.§.ñ. ⁊ ad not.per Baldum in.d.l.iud. † quia ad hoc vt iuramentum interpositum super re prohibita non valedet, requiritur quod illa res sit prohibita per ius canonicum.secus si per ius ciuile tantum, vt no.Host. ⁊ Jo.and.in c.quemadmodum.de iureiur.vel requiritur quod illa prohibitio sit fundata, eo quia facere illud sit contra bonos mores quorum transgressio inducat peccatum vel lesionem publice vtilitatis principaliter: alias secus per id quod habetur in.c. non est obligatorium.de reg.iur.in.vj. ⁊ in.c.cum quidam. de iureiur. ⁊ in.d.c.si diligenti. ⁊ in.d.c.cum contingat. ⁊ in.d.c. quamuis. ¶ Istam opinionem ita tenuit dominus Abbas siculus in.d.c.cum contingat.in.xxij.col.in sua disputatione incipiente, stante statuto ciuitatis Senarum ⁊c. qꝛ secundum eum lex ciuilis non presumit firmiter dolum in tali donatione non insinuata, sed induxit illam prouisionem insinuationis, vt vitiaret fraus que posset interuenire sine insinuatione, vt in.d.l.data. ⁊ sic emanauit illa prouisio vt subueniretur de exceptionibus priuatorum: ergo valet iuramentum prestitū in contractu: quia quis presumitur informatus venire ad iuramentum.c.ij.de pactis.in.vj. ⁊.c.ex rescripto.de iureiuran. ¶ Et certe sicut iuramentum supplet defectum solennitatis decreti iudicis requisiti in alienatione rerum minoris, vt habetur in dicta authentica, sacramenta, non potest reddi vrgēs ratio quare non idem sit in casu isto. pro ista parte etiam vidi alias consultum per excellentissimos iurisconsultos. ⁊ presertim per Joannem de Anania, ⁊ incipit, Visis ⁊ ponderatis his que in dicta scriptura donatiōis ⁊c. ⁊ illi consilio[a] se subscripserūt dominus Angelus de Are. ⁊ dominus Jacobus de iochis de Ferrarea tunc Padue legens. dicebat prefatus Joannes de Anania in dicto consilio, quod ita alias viderat consultum per quendā dominum pacem de aquila dicentem quod licet Bart.in.l.Modestinus.in fin.preallegata, ⁊ in.l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiusso.specifice non decidit istum casum: tamen ex dictis per eum in.d.l.si quis pro eo.colligitur Bartolum voluisse quod donatio valeat, ⁊ etiam dicebat quod dominus Petrus de vbaldis de Perusio ita consuluerat. Et dicit Joannes de Anania in dicto suo consilio quod illi consilio prefati dñi Pacis se subscripserunt quasi omnes doctores ciuitatis Bono. ⁊ maxime dominus Florianus de sancto Petro, ⁊ dominus Joannes de Imo. ¶ Et ex predictis est responsum substantialiter ad ea que in contrarium adduci possent. ⁊ si diceretur quod istud posset esse verū si esset renunciatum legibus requirentibus insinuationem: qꝛ respondeo, qd̄ satis est quod fuerit iuratum ⁊ dictum prout in dicto instrumento continetur ⁊ probatur maxime per dictā aut.sacramēta. Nam licet ibi non fuerit renunciatum legibus requirentibus interpretationē decreti iudicis in alienatiōe rerū minoris nihilominus validatur contractus: ⁊ satis est qd̄ fuerit iuratū non retractare, vt ibi patet. ⁊ ita est de mente doctorum in hoc articulo qui se fundant per illū tex. ⁊ per dictū c.cum contingat.cū simi. † Satis est enī qd̄ iuretur super facto, vt sic videat esse iuratum super omni iure descendente ex illo facto: vt inquit Bar.in.l.ij.C.de rescin.vendi.in ver.quero quid si minor iurauit ⁊c. ⁊ in dicta aut.sacramenta. ⁊ in.l.sciēdum.ad fi.ff.de verbo.obli. ⁊ in.l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.per illum text.ff.de iureiur.cum simi. ¶ Accedit etiam quod vltra specialē renunciationem aliquorum iuriū interuenit renunciatio generalis facta cū iuramento de non reuocādo dictam donationem, pretextu alicuius ingratitudinis, vel alia de causa renunciando exceptioni doli mali, conditioni sine causa in factū actioni, ⁊ alij iuris ⁊ legū auxilio cōpetēti ⁊ cōpetituro. ¶ Bene facit id quod habetur in autētica: matri ⁊ auie.quando mulier tute.offic.fung.po.iuncto.c.qui ad agendum.de procu.in.vj.cum his que no.Bar.in.d.aut.matri ⁊ auie.in versi.quero quid si non renunciauit secundis nuptijs, neqꝫ Velleiano ⁊c. ⁊ Bar.in.l.si quis sub conditione.ff.de testa.tute.cum simi. ¶ Preterea intentio dicte donatricis fuit omnino quod defectus insinuationis non haberet obstare, patet quia adiecit illam clausulam, scilicet quod si donatio excederet debitum modum donandi, contra iuris formam reducebat illā ad debitum modum: disponēdo quod tot essent donationes ⁊ quot res ⁊ iura donata: ac si de vnaquaqꝫ ipsarū facta esset mentio ⁊ donatio specialis per se. Et sic dato ꝙ illa clausula non sufficeret ad sustinendam donationem, qñ fuisset donatio pura ⁊ simplex, ⁊ non iurata, vt supra dixi: tñ ostendit mentem donantis fuisse reijcere omnem defectum insinuationis. ¶ Et sic quamuis non fuisset dictum qd̄ renunciabat legibus requirentibus insinuationem, tamen satis fuisset equipollenter dictum: quia mens donantis fuit omnimodo reijcere insinuationem: † ⁊ ideo magis mens quā verba debent attendi.l.iij.C.de lib.prete.c.in his. ⁊ ca.intelligentiam.de verb.significat. ⁊ non refert quid ex equipollentibus fiat.l.fi.§.fin.ff.manda.l.iij.C.de insti. ⁊ substi.sub condit.fac. ¶ Nec dicatur quod dicta donatrix voluerit ꝙ eo casu quo donatio excederet quingētos aureos haberetur pro nō facta ab inde supra, ⁊ eo modo reduceretur ad debitam formā per verba predicta, quia respondeo quod imo totum oppositum fuit mens donationis. patet: qꝛ dictum fuit tunc quod tot essent donatiōes quot res ⁊ iura donata ac si de vnaquaqꝫ ipsarum facta esset mētio, ⁊ donatio specialis. si enī donatrix voluisset non donare vltra quingentos aureos, non expediebat dicere quod tot essent donationes quot res: quia etiam si vna fuisset tantum donatio vsqꝫ ad quingentos aureos, valuisset sine insinuatione. sed quia donatrix volebat quod etiam vltra summam taxatā a iure valeret, adiecit dictam clausulam: que posito quod nō esset sufficiens per se ad derogandum insinuationi, quando alias fuisset necessaria insinuatio, tamen ex ea declaratur animus donantis.l.legatū.§. pater ortos. ff. de adi.legat. ⁊.l.plane.in principio.ff.de leg.j. ¶ † Et talis debet fieri interpretatio, vt nulla clausula sit sine virtute operandi.l.hanc legem.ff.de contrahen.empt.l.si stipulatus.in principio.ff.de vsur.capit.si papa.de priuile.in.vj. ⁊ fortius nota. Bal.in rubrica.C.de contrahend.emptio.in.ix.q. Ex quibus omnibus concludo dictum contractum donationis nō posse ex allegato defectu insinuationis infringi in aliqua sui pte. a

a Consilio. quod nō habetur in impressis.

## Consilium.XXII.

Lege.j. libr. iiij.cons.xiij. vbi melius stat.

## Summarium.

3 ☞ Minor aut ecclesia contra peremptionem instantie nō restituitur.
4 Decreti primi missio expirat nisi res detineatur.
5 Contumax non potest opponere exceptionem litis pendētis.
6 Fideicommissum transit in pauperes ipso iure.

## Consilium.XXIII.

Visis scripturis mihi exhibitis in causa societatis sancte Marie de trāsignano, ⁊ his que eleganter conclusa sunt per dominum consulentē. ¶ Breuiter circa primum quesitū dico rē esse indubitatā ꝙ dicta domina Maria mater dicte Gratie succedit dicte filie sue pupille, excluso dicto Bart. patruo magno dicte Gratie: † qꝛ ascendens, vt mater, excludunt oēs transuersales exceptis fratribus vtrinqꝫ coniunctis illi⁹ persone, de cuius successione agitur, vt in.§.consequens. in aut. de heredi.ab intesta.sed dictus patruus magn⁹ est de trāsuersalibus, non de ascendentibus, institut.de gradi.§.quarto gradu. ¶ Similiter circa secundum ⁊ tertium dubiū non est insistendum: quia res est euidens. ¶ Circa quartum vero dubium quo queritur de prosecutiōe instantie, ⁊ iudicij inchoati nomine domine Marie nunc defuncte contra Bartholettum rechi, puto esse aduertendum, quia non potest iam dici instantiam esse peremptam lapsu triennij de iure cōmuni: † qꝛ instantia triennalis currit a die litis contestate.l.properādū. circa prin.C.de iudi. ⁊ hic non fuit litis contestata: qꝛ processum est contra contumacē. preterea sum⁹ in terris ecclesie, vbi

seruari debet ius canonicū, vt no. in. c. ij. de arb. in. vj. ⁊ in. c. ij. de reg. iur. eo. li. Et de iure canonico [a] sm cōmunes cōclusiones non est dare instantiā, vt plene habeẗ in. c. venerabilis. de iud. ⁊ no. Bar. ⁊ alij in. d. l. properandum. in prin. ¶ Et posito ꝙ aliquo modo dici posset lapsam esse dictā instantiā [3] † nō cōcederetur restitutio in integrum aduersus lapsum instātie cause pricipalis, pio loco, sicuti nec minori. xxv. annis regulariter per. d. l. properādū. §. fi. ⁊ in terminis nostris firmat zemgel. in cle. j. de resti. in integ. ⁊ ibi. d. Car. Florē. in. x. q. ¶ Tamen q: sunt nouem anni, vel circa qđ fuit deuentū ad dictam [4] missionē bonorū, ⁊ bona vt puto † nō remanserunt sub custodia dicte domine Marie, sed potius sui aduersarij, expirauit virtus primi decreti, ⁊ missionis in possessionē, adeo ꝙ eius virtute non potest procedi ad missionē [b] in possessionē ex secūdo decreto, vt notāter declarat Ang. in. l. clam possidere. §. qui ad nūdinas. in fi. j. col. ff. de acqui. pos. vbi đt ita se aduocante fuisse iudicatū Florentie. ⁊ no. etiā Ang. ⁊ Ioā. de imo. in. l. si finita. §. si quis metu. ff. de dam. infec. ¶ Bene faciunt no. per Bar. in. l. j. in fi. principij. ff. de acqui. pos. ideo puto tutius esse ꝙ denuo inchoeẗ iudicium a capite nomine societatis: ⁊ non posset opponi exceptio lit. pendentie, tū per ꝓxime dicta, tū etiam q: in dicto iudicio alias inchoato dictus Bar[5]toletus fuit cōtumax † ⁊ nō potest cōtumax opponere exceptionē litis pendentie, vt notanter declarat Bar. in. l. vbi ceptū. ff. de iudi. ⁊ in. l. ꝗuis [c]. ff. de dam. infe. ⁊ in. l. sepulchri. ff. de sepul. vio. ꝑ id qđ habeẗ in. l. ⁊ post edictū. ff. de iud. ¶ Circa reformationem libelli producēdi signaui aliqua in libello, que videnẗ addēda potissime circa narrationē euentus conditiōis substitutiōis facte de dicta societate in testamēto dñe Marie: q: oportet narrare ꝙ domina Maria in suo vltimo testamento instituit sibi heredē vniuersalē Franciscā eius filiā, ⁊ Ludouico eius marito dicte testatricis reliqt medietatem vsusfructus omniū bonorum. ⁊ contingeret dictā Franciscā decedere viua testatrice ꝑdicta, vel postea quandocunqꝫ sine liberis, instituit sibi heredē Ludouicū predictum, ⁊ post mortē dicti Ludouici instituit sibi heredem vniuersalem societatē dicte sancte Marie de trāsignato, tanꝙ paupes Christi intuitu pietatis. ⁊ si dicta Frācisca decederet etiā añ mortē dicte testatricis defuncto. d. Ludo. adhuc instituit sibi heredē dictā societatē. ¶ Et successiue opꝫ narrare quis primo decesserit, ⁊ qs post, an fuerit adita hereditas dicte testatricis ꝑ dictos primo institutos, adeo qđ apparet quis casus substitutionis euenerit, ⁊ quomodo. ⁊ sic an euenerit casus vulgaris substitutionis cōprehense in cōpendiosa substitutione facta de dicta societate, iuxta notata ꝑ Cy. in. l. precibꝰ. C. de impu. ⁊ alijs substi. ⁊ per Bar. in. l. centurio. de vul. ⁊ pup. qui casus dicereẗ euenisse si nō fuisset adita hereditas: an vero euenerit casus substitutionis fideicōmissarie, cōprehense in dicta cōpēdiosa: ⁊ sic qđ fuerit adita hereditas dicte dñe Marie ꝑ dictos primo institutos, iuxta. l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad treb. Nā qualiter res se habuerit non sum informatꝰ nec pōt colligi ex scripturis transmissis. ¶ Et eo casu quo fuisset adita hereditas dñe Marie, suboriretur vna difficultas. s. an esset opus qđ anteꝙ societas ageret contra Bartoletū, peteret sibi restitui hr̄ditatē per fideicōmissum re vel verbo ab his qui essent heredes dicte Frācisce, vel dicti Ludouici, qui fuisset heres dicte dñe Marie, iuxta. l. restituta. ⁊. l. facta. in prin. [6] ff. ad treb. † an vero in dictā societatem tanquam in pauperes Christi trāsiuerint iure speciali iura hereditaria ipso iure, absque restitutiōe fideicōmissi. ⁊ magis cōis opi. est, qđ trāseant ipso iure [d] absqꝫ restōne fideicōmissi, per. l. fin. C. de sacrosan. eccles. in verbo. hereditatē. tū gl. in ver. relictorum. iuncto ver. in his. ⁊ ibi in rē ⁊c. ⁊ per tex. in auẗ. de eccle. tit. §. si quis autē ꝑ redēptione. ⁊ ita tenet Bar. in sua disputatiōe, que incipit, filiū adultum. ⁊ Bar. in repet. l. j. C. de sacrosan. eccle. in. vij. q. quinte questionis principalis. ⁊ ibi etiam Bal. in. xxij. col. in ver. super scđo quesito, qđ est ⁊c. ⁊ in. l. pe. C. ad treb. ⁊ in. l. id ꝙ pauperibꝰ. xvij. q. C. de episc. ⁊ cleri. ⁊ Pet. de ancha. ⁊ Io. de Imo. in. c. cū tibi. de testa. ⁊ Io. de imo. in. d. l. centurio. in. xx. col. ⁊ ita etiā sum solitus tenere legendo. l. j. §. sed ⁊ quoties. ff. ad treb. vbi respondeo ad nonnulla que in cōtrarium possunt allegari. cautius tū esset si posset haberi ꝑ societatem restitutio dicti fideicommissi verbo ab eo qui esset heres dicti primi heredis instituti in testamento. Alex. Imo.

a ¶ Canonico. roma. contra consil. ccxx. col. fi.

b ¶ [illegible]

c ¶ L. quāuis. vbi Ang. tenet contra Bar. sed Alex. in addi. Bar. d. l. vbi ceptum. defendit opi. Bar. ⁊ in hoc regno magis seruatur opi. ange. vt dixi in ꝯsu. parisi. ti. iiij. in rubr. adde ꝙ Barto. sequitur Alex. i. l. de die. §. fi. circa mediū. qui satisda. cogā. marsi. no. ccxxix. fran. ripa. l. ij. nu. viij. ff. de re iudic.

d ¶ Ipso iure. s. li. ij. cōsil. lxxij. col. j.

e ¶ Heredē. s. lib. ij consil. lxxxij. col lum. ij.

## Summarium.

1 ☞ Possessio defuncti continuatur in heredem ex statuto.
4 Legitimū esse filium si quis dixerit, ei incumbit onus ꝓbādi.
5 Institutio facta de filijs ⁊ nepotibus intelligitur ordine successiuo, ⁊ vulgariter tantum, non per fideicommissum.
6 Substitutio facta descendentibus, regulatur secundū precedētē institutionem, scilicet casu quo ex vulgari erāt heredes.
8 Honoratus quis non videtur ex eo solo quod grauatur.
9 Appositum in conditione, non censetur esse in dispositione.
10 Relictum ab executore, videtur relictum ab herede.
11 Fideicommissarius secundus nō agit contra primum nisi is agnouerit.
12 Coniunctus non ideo presumitur scire testamentum.

## Cōsilium. XXIIII.

Attentis his que in themate narrantur. ¶ Mihi videtur ad dictam adultam pertinere irreuocabiliter quartam partem dictorū bonorū, tanꝙ ad heredē dicti Petri eius patris. ⁊ de illa quarta parte ⁊ eorū fructibus ipsam adultā posse disponere, ꝓut de rebꝰ pleno iure suis, nō obstante allegata substitutiōe vt dicitur facta in testamēto dicti Thadei: maxime [1] ex īfrascriptis. ¶ † Et p̄io, q: eo ipso ꝙ apparet ꝙ ista bona pro quarta parte tenebantur ⁊ possidebanẗ per dictū Petrū eius patrem pro indiuiso cōiter cū fratribus suis tpe mortis ipsius Petri, apparet fundatā esse intentionē dicte adulte: q: ex tali ꝓbatiōe resultat ꝙ dicta bona intelligunẗ remāsisse in hereditate dicti Petri. l. fi. ⁊ quod ibi glo. in verbo fuerunt. ⁊ ibi no. doc. C. de edi. diui Adri. tol. ⁊. l. ⁊ non tm̄. ff. de peti. here. ⁊ plene no. in. l. j. C. quorū bo. ¶ Et succedit tūc dispositio dicti statuti sub rubrica ꝙ omnis possessio intelligaẗ translata in heredē [e], cuius vigore oīs possessio dicti Petri intelligitur fuisse cōstituta ⁊ translata in dictam eius filiam, ⁊ here[2]dem. † pōt em̄ lex seu statutum absqꝫ vlla apprehensione, vel facto trāsferre ipso iure possessionē in alium. l. raptores. ⁊ ibi no. Bar. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ in. c. ij. de cōsue. ⁊ no. Cy. ⁊ Bal. in. l. ea. l. C. de cōdi. ob cau. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de sacrosan. eccle. in. iiij. col. ⁊ in. l. traditiōibus. in fi. C. de pac. ⁊ in. l. j. C. si plures vna sen. ⁊ in rubri. extra de consu. ⁊ in rub. de cau. pos. ⁊ Ang. in. l. licet. §. de acqui. pos. ⁊ in. l. j. ff. de distra. pigno. ⁊ in. l. q vniuersas. §. j. ff. de acqui. pos. ⁊. l. si is qui ꝓ empto. ff. de vsuca. ⁊ est cōis opi. quicquid Bal. dixerit in. l. j. in prin. C. communi. de [3] leg. ¶ † Et appellaẗ dicta possessio artificialis sm Bal. in. d. rubri. de cau. pos. Uel sm eundē in. l. fi. C. de sacrosan. eccles. ⁊ Ang. in. d. l. j. ff. de distra. pign. pōt appellari possessio ciuilissima, cū nihil in se facti habeat. ¶ Et eo adiuuatur intētio dicte adulte per instrumentū tutele assumpte per eius patruum ⁊ ratificate per alios patruos, in quo affirmaẗ ꝙ in hereditate dicti Petri remansit quarta pars pro indiuiso omniū bonorū communium inter dictum Petrum ⁊ fratres, nisi contrarium probeẗ per dictos patruos, per ea que habentur in. l. fi. in prin. C. de arbi. tute. ⁊ in. l. cum falsa. C. de iur. ⁊ fac. igno. ¶ Et ex his que in themate continenẗ: non videẗ in dubium reuocari, ꝙ dicta bona pro quarta parte tēpore vite ⁊ mortis dicti Petri non spectarent ad dictū Petrum, seu non tenerētur ⁊ possidereneẗ per eum, imo pro cōstanti ponitur ꝙ tenta ⁊ possessa fuerut per dictum Petrum tempore eius vite ⁊ mortis. ¶ Sed vis cōsistit in discernēdo an dicte adulte obstent ea que contra eam alleganẗ per patruos: dicentes dicta bona ad eos pertinere vigore dicte substitutionis facte ꝑ dictum Gratiadeum: qui cum sibi Antoniolum ⁊ Cominum eius filios instituisset heredes equis portionibus: ⁊ eorū legitime descendētes masculos, postea substituēdo disponit, ꝙ si aliquis filiorū ipsius Gratiadei vel ex descendentibus eorum decesserit: quādocūqꝫ sine herede masculino ex se legitime descendente, ⁊ sine testamento, qđ tunc hereditas ⁊ bona etiam sic descēdētis remaneant, ⁊ in totum perueniāt in alios suos proximiores legitimos masculos superuiuentes. ⁊ modo dicitur per dictos patruos ꝙ in persona dicti Petri euenit casus dicte substitutionis, q: decessit sine testamento, ⁊ sine herede masculino ex se legitime descendente. ¶ Tamen nō videtur quod hoc habeat obstare dicte adulte: quia presupponitur in themate non esse probatum quod dictus Gratiadeus fuerit auus paternus dicti Petri, ⁊ per consequens quod esset dictus Petrus de legitime descendentibus eius: ergo non pōt eis hec allegatio suffragari. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. lege Titia. ff. soluto matrimonio. nam fundamentū intentionis dictorum patruorum est, ꝙ dictus Petrus fuerit de legitimis descēdentibus dicti Gratiadei, qui fuerūt vocati ad hereditatē dicti Gratiadei, ⁊ postea eis fuit facta substitutio

4 stitutio predicta, vnde incumbit eis onus probādi: nā ei† qui allegat legitimantem, incumbit onus probandi eā, vt no. per gl. ꝛ docto. in. c. peruenit. qui filij sint legi. ꝛ no. in. c. lator. eod. titu. ꝛ not. Archi. lxxviij. distin. presbyter. ꝛ plene Jo. and. in regula, infantibus, mercuria. ꝛ Federi. de senis consilio. ccxv. cum suis cōcor. ¶ Ita ergo in proposito patruis qui allegāt Petrum fuisse descendentibus legitimis dicti Gratiadei incumbit onus probandi, descendētiā ꝛ legitimitatē, ꝛ etiā incūbit eis onus probandi qđ ista bona sint de bonis in dicta substitutione comprehensis, cum sit fundamentū intētionis eorum. ¶ Et presupponitur nō esse probatū ꝙ ista bona, de quibus est questio, fuerūt de bonis ꝛ hereditate dicti Gratiadei. ¶ Et si diceretur, satis est qđ fuerint de bonis ꝛ hereditate dicti Petri: q2 substitutio fuit facta etiam in bonis ꝛ hereditate ipsorum descendentiū, qui fuerunt a testatore ad hereditatem vocati: quā substitutionem ita facere potuit testator. l. imperator. §. cum quidā. ff. de lega. ij. ꝛ facit. l. vnū ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. quia respondetur ꝙ in. d. §. cū quidam. probatur ꝙ potest testator grauare heredē suū, vt alium sibi in hereditate ipsius heredis faciat heredem, ꝛ tale grauamen valeat quatenus heres grauatus ꝑcepit ex hereditate testatoris. vt etiā ibi declarat Bar. ergo si non appareat quantū ꝑcepit dic. Pe. ꝛ ex hereditate dicti Gratiadei: nō pōt dici bona dicti Petri venire in dicta fideicōmissaria substitutiōe. ¶ Tamē si non fuit dictus Petrus heres cum beneficio inuentarij, nō careret hec responsio periculo, vt in ꝓposito consuluit Petrus de anch. cōsi. ccclxv. inci. In themate proposito. ¶ Et similiter respondere ꝙ dicta bona substitutionis debēt intelligi comprehendere hereditatē dicti Gratiadei testatoris, ꝛ nō heredum Gratiadei. pro quo bene facit. l. ex facto. in princi. iuncta glo. in versi. suam. ff. ad trebel. ꝛ. l. filiusfa. §. vt qui heredem. ff. de lega. j. ¶ Tamen quia verba videntur pinguia ꝛ apta comprehendere hereditatē propriam cuiuslibet heredis: ideo puto tutius posse respōderi ꝙ per dictā institutionem factā de Antoniolo ꝛ Comino: ꝛ descendētibus eorū non intelligatur habuisse effectum in dicto Petr. etiam posito quod appareret eum fuisse de descendētibus Gratia-

5 dei quod ostendit sic. quando testator instituit filiū ꝛ nepotē ex eo, intelligitur ordine successiuo vocare, ꝛ hoc modo videlicet ꝙ si filius non sit heres, vt quia nolit, vel q2 non possit, puta q2 viuo testatore decedat: tunc nepos sit heres. non autem intelligitur quod eo casu quo filius sit heres cum effectu, intelligatur nepos per fideicommissum vocatus post mortē filij. ita colligit ex his que habentur in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ꝛ posthu. cum gl. in ver. exprimat, in ver. vel sic. filium ꝛ nepotē ex eo instituo ꝛc. ¶ Et ita est de mente Bar. ꝛ doct. ibi dū dicunt ꝙ dicta institutio intelligitur facta quo ad personā nepotis in casu qui colligit ex verbis galli Aquilij, ꝛ sic in casu in quo filius non sit heres. ꝛ hoc ibi multū clare vult Pau. de Cast. qui dicit quod glo. ꝛ Bart. ibi sentiunt illud quod dixi, scilicet ꝙ nepos dūtaxat intelligitur substitu-

a tus vulgariter [a], ꝛ non per fideicommissum, per illū tex. cum glo. Et ideo secundum eum talis substitutio expirabit ꝙ primū filius fuerit heres. l. post aditam. ꝛ. l. precibus. C. de impube. ꝛ alijs substi. Et dicit ipse ꝙ illud est verum in filio ꝛ nepote, seu descendētibus ex eo qui sunt instituēdi, ne aliquo casu contingere possit rūpi testamentum, vt si filius viuo testatore decederet. nā si nepos non esset institutus, rumperetur testamentū preteritione nepotis, vt. d. l. gallus. ꝛ. l. posthumorum. ff. de iniusto rup. ꝛ irri. testamen. ¶ Sed vbi tales instituti nō essent de descendētibus testatoris, qui sunt instituēdi, vt testamentū possit aliquo casu non rumpi: sed essent duntaxat persone ad quas testator haberet affectionē, vt q2 testator insti-

b tuisset fratrē, ꝛ filios ipsius fratris [b] ꝛ tunc dicit qđ filij vocabuntur in duobus casibus. Primus est si dictus frater testatoris noluerit esse heres. Secūdus casus est si voluerit esse heres ꝛ adiuerit, ꝛ postea moriatur. ꝛ sic filij fratris videbuntur substituti vulgariter, ꝛ per fideicōmissum, pro hoc allegat. l. vt iurisiurādi. §. fi. ꝛ. l. si operarū. ff. de ope. lib. Et de hoc secūdo principali casu discutere nō expedit, scilicet qñ instituti nō sunt de descendentibus testatoris: quia non est casus noster. ¶ Et idem voluit Rapha. cuma. in. d. §. quidā recte. vbi plus voluit quod etiam quando instituti seu substituti non erant de descendentibus testatoris, sed erat frater testatoris cū filijs eiusdem fratris: tunc filij fratris intelligantur substituti

c vulgariter tantum [c], non per fideicommissum: quia verba importantia substitutionem absque tractu temporis, vt q2 non dicitur quod post mortē vnius vocet alius, important in dubio substitutionē vulgarē tantū, ꝛ non compendiosam seu fideicōmissariā, p. l. iā hoc iure. in prin. ff. de vulg. ꝛ pup. ꝛ probatur in. d. §. quidā recte. fm quartam lect. gl. ꝛ ibi no. Bar. ꝛ clarius Bar. in. l. centurio. de vulg. ꝛ pup. in ver. quero vtrum substitutio cōpendiosa facta per verbū commune teneat vulgarē ꝛc. cum ver. seq. ꝛ Bart. in. l. Lucius. in pen. vel antepe. q. eo. ti. ꝛ Cy. in. d. l. precib9. ꝛ est communis cōclusio. ¶ Et istā partē etiā in his qui nō essent de descēdētibus tenuit ipsemet Pau. de cast. in. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. ij. in lectura Bononiensi. sed vt dixi. iste casus quo ad eos qui non sunt de descendentibus testatoris, nō pertinet ad rē nostram: ideo de eo hic non disputo. ¶ Modo redeūdo propositum in themate narratur ꝙ dicti patrui allegāt ꝙ cominus pater dicti Petri inmiscuit se hereditati dicti Gratiadei testatoris: ergo illa institutio facta de descendētibus Comini in illa prima particula testamenti per quam intelligebantur descendētes Comini vulgariter substituti dicto Comino: expirauit vt dixi, nec in alia parte testamēti predicti fuerūt descendētes Comini substituti Comino, imo solū fuit in sequēti parte facta substitutio Comino, si decederet sine descendētibus: q casus nō euenit, ꝛ substō facta descēdentibus dicti Comini de-

d scēdētib9 sine liberis masculis, intelligit eis facta in casu [d] quo cōtigisset eos decedentes Comini vocari, ꝛ venisse ad hrēditatē dicti Gratiadei: prout vocati fuerāt in prima parte testamenti. scilicet quando contigisset cominū non fuisse heredē Gratiadei: q2 institutio dat intellectum ꝛ interpretationē ad substitutionem, ꝛ fm ipsam institutionem regulatur substitutio. l. coheredi. §. qui discretas. ꝛ. l. si plures. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ. l. j. C. de impu. ꝛ alijs substi. ꝛ not. Bar. in. l. fi. ff. ad Trebel.

6 cum si. ¶ † Et non potest intelligi grauamen iniunctum esse dictis descendentibus Comini: nisi in casu quo contingeret eos ex dispositione testatoris habere hereditatem. l. sed si sic. §. fi. ff. de leg. iij. facit. l. ab eo. C. de fideicommis. ꝛ. l. plane. la. ij. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Si igitur nō venerunt descendētes Comini ad hereditatem Gratiadei, tanquam vocati ex testamento Gratiadei: q2 non euenit casus, vt probauit. ꝛ consequenter non pōt habere locū substitutio vlla in persona dicti Petri: sequit ꝙ dicti patrui non pñt venire ex substitutione. ¶ Nec dicatur ꝙ descendētes Comini intelligantur etiam vocati ex testamēto ad hereditatem Gratiadei, per illa verba adiecta in substitutione, videlicet si aliquis filiorum vel ex descēdētibus eorum decesserit sine herede masculino ex se legitime descendente, ꝛ sine testamento, ꝙ tunc hereditas ꝛ bona etiā sic decedentis remaneant ꝛ perueniant in totū in alios suos proximiores legitimos masculos: q2 ad hoc respondetur qđ imo non dicuntur vocati ex testamento. vt no. gl. communiter ap-

c probata in. l. Lucius. l ultima. ff. de heredi. insti. ꝛ probatur in. l. ex facto. etiam agitatum, eo. titu. ꝛ per alias plures ratiōes

d deductas per docto. in. l. Lucius. ꝛ per Joannē An. in addi. Spe. in tit. de testa. §. primo. in addi. incip. huic questioni accedit. cum suis multis cōcordantijs super quo nō insisto: q2 vt dicit Joannes de imola in. d. l. Lucius. ista est cōmunis opi. a qua in iudicando nō est recedendū, vt tradit in locis vulgaribus. ꝛ ita sepenumero consului, vbi ille casus occurebat ꝑ se principaliter in consultatione, respondendo ad ea que in ꝯriū per aliquos solent allegari. ¶ Nec etiam obstat si diceretur ꝙ saltem videtur ꝙ per verba cōditionalia apposita in dicta secunda parte testamenti, videantur vocati descendentes Comini licet fuerint nominatim in cōditione illa, videlicet si quis filiorum decesserit sine herede masculino ꝛc. attēto ꝙ fuerunt descendentes grauati. quo casu propter grauamen iniūctum videntur etiā vocati ad hereditatem ex testamēto Gratiadei. per no. per Bar. in. d. l. cēturio. in ver. quero vlteri9 qd si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs, vel eorum filij sine filijs ꝛc. arg. l. deniqꝫ. ff. de pecu. lega. ꝛ ꝑ no. in. l. alio.

7 ff. de ali. ꝛ ciba. leg. † Q2 respondeo ꝙ in casu nostro testator iō grauauit dictos descendentes Comini in substitutione ꝑdicta q2 eos vocauerat in prima parte testamenti contineat institutionē. ꝛ secundum illam precedentem institutionē regulatur ꝛ interpretatur hec substitutio subsequens. vt proxime dictū fuit. ꝛ istud non erat in casu tacto per Bartolū in. d. l. cēturio. Cū ergo nō euenerit casus in quo descendētes Comini intelligebantur vocati: q2 Cominis fuit heres: ergo non pōt dici ꝙ substitutio fideicōmissaria euenerit in persona Petri q est de descēdentibus Comini. vt supra declaraui. ¶ Preterea respondeo ad no. per Bar. in dicta. l. centurio. quod bar. ibi loquitur quando testator illum quem non instituerat, vel non onerauerat grauabat in aliqua re ipsi9 testatoris. Nā tūc fm Bar. videt relinquere eidē grauato illa eadē bona in qb9 eū grauauit. ita loquitur dictus. §. interdū cum alijs allegatis ꝑ Bar. Sed in casu nr̄o testator grauauit descendētes Comini i bonis, ꝛ hereditate ipsorū ꝛ descendentiū Comini: q

a ¶ Vulgariter. in hoc articulo quando sunt substituti descendētes testatoris oēs cōiter cōueniūt in. d. §. quidam recte. ꝛ vbiqꝫ decius consil. ccclxxxiiij.

b Fratris. hoc casu cōiter reprobatur opin. Pau. inꝯtū i. d. §. quidā recte. vult filios esse vocatos per fideicōmissum vt ꝑ alex. Areti. Soci. Jas. Ant. rub. ibi. Sꝫ cōiter tenent ꝙ sicut filij simul cum patre viriliter vocati vt vltra predictos Cep. cautela cini. cōs. lij. deci. cōsil. ccliij. Sed ego hic idem puto ꝙ in priore casu, vt descendentes fratres vel alterius coniuncti non intelligantur vocati simul nec successiue per fideicōmissum: sꝫ ordine successiuo vulgariter duntaxat. ꝛ ita tenet deci. in consil. ccv. adde Bertrā. consi. ix. thema tale [illegible] col. j. lib. j. cōsil. lxxxij. visa clausula. col. j. eod. lib. [illegible]

c ¶ [illegible]

d ¶ In casu. Quo vulgaris illa substitutio descendentium locum habuisset ꝛ nō alias. ꝛ not. hanc subtilem ꝛ vtilissimam sententiam [illegible] etiā verā puto nec temere alibi reperies lꝫ casus quotidian9 sit nec memini me alibi legisse nisi apd Rapha. cu. consil. cxviij. col. fin. testator. vbi idē tenet. ꝛ deci. late consi. cclxxxiiij. col. fin. vbi tamen. nec Cu. nec Alexand. qui scripserunt in terminis, allegat. [illegible]

casu si diceremus q per hoc videretur relinquere ipsis descendentibus bona et hereditatē ipsorū et descendentium non valeret.l.proprias.C.de leg.l.cetera.in prin.ff.de lega.j. ¶ † Tertio respondeo q nō videt bona ratio illa:testator grauat aliquem,ergo ex hoc solo videtur ei relinquere illud in quo grauat.vt probatur in.l.hereditas ad statium.et ibi no.Bart.et.l.cū quasi.§.si plures.ff.de fideicōmiss.liber.et ita etiā tenet Richar.malū.et Ray.vt refert Bar.in preall.l.centurio.in ver.§.proxime allegato.ita etiā videt tenere Bart.in.l.codicillis.in prin.ff.de vsufru.leg.si bn̄ inspiciatur.dū dicit q in casu q̄stionis formate p Bar.in.d.l.sed si sic.de leg.iij.et in.d.l.centurio.onus fideicōmissi non intelligitur iniunctum vltimo decedenti.i.filijs filiorum sed solum primis filijs institutis: qr filij filiorū nō potuerūt grauari onere fideicōmissi,cū nō fuerint onerati seu vocati a testatore ad hereditatē.secus fuit in casu dicte.l.codicillis: qr ibi expresse omnes liberti fuerūt onerati et vocati a testatore per modū dispositionis,vnde instituēdo alium post mortem eorum,videtur vltimo decedentē grauare onere fideicōmissi. ¶ Ita etiam voluit ipsemet Bar.in cōsil.vij.repetito consi.ccxiij.inci.Andreas.et in.l.labeo.C.de fideicō.et in.l.sed si sic.ff.de leg.iij.et Jo.de Imo.in.d.l.cēturio.in penul.char.in ver.Item adde dictis Bar.inquantū tāgit questionem illam,si testator instituit etc.iunctis no.per eū in antepe.char.dūtaxat de substitutione facta ad cōmodū pauperū Christi.et ponit ipse idem plenius in.c.Ray.de testa.dū tractat de substitutione compendiosa.et Petr.de anchara.in cōsi.cxxxvij.principaliter ponderandū.Pau.consil.cxxxj.li.ij.inci.dubium facit etc. ¶ Non obstant iura allegata p Bar.in.d.l.et primo tex.in.d.l.deniq3.§.interdum.quia respondetur q ideo ibi videtur legatum peculiū seruo cui relicta erat libertas grauando eum de aliquo dando alteri: qr quandocunq3 videmus q seruo cui simpliciter data est libertas,videtur concessum peculium.l.j.C.de pecu.eius qui liber.mer.cum ibi no.vbi peculium tacite sequitur seruum:cm libertas datur inter viuos.ideo non est mirum si licet peculium nō sequatur ipsum seruum:quando datur libertas in testamēto simpliciter:si tamen sequitur eum quando grauatur in testamēto seruus aliquid dare ex peculio. Vel ideo hoc est,qr testator grauauit seruum vt daret centū heredibus testatoris ex peculio,et sic grauādo q det hr̄dibus centum de peculio,videtur voluisse q de peculio nō habeant heredes aliquid vltra,merito habebit seruus reliquū peculium.secus si fuisset grauatus dare extraneo:quia non videtur seruo legatum peculiū.l.iij.§.fi.cū gl.in verbo dare.ff.de condi.ob cau. ¶ † Non obst.etiam tex.in.d.l.si ita stipulatio.ff.de oper.liberto.quia respondetur q ibi ponitur casus specialis [a],in quo illud qd̄ exprimit in vim conditionis,videtur dispositum,simpliciter dispositionem inducit,et hoc ideo illud est:quia quod erat ibi positū in dispositione,non poterat peti quodā speciali iure tanq̄ appositū causa onerāde libertatis,iuxta.l.j.§.que onerāde.ff.quarū rerū actio non datur. Unde excepto illo speciali casu regulariter videmus q illud quod est appositum in cōditione,nō censetur esse in dispositione.d.l.ex facto etiam.et dicta.l.si qs sub conditione.et ita illā.l.si ita stipulatio.declarant doct.maxime Saly.et Fulg.in.l.si pacto quo penā.C.de pac. ¶ † Non obstat etiam id quod no.gl.in.d.l.alio.qr respondetur q verū est q quando executor datus in testamento grauatur ad aliquid dandum:et id grauamen valet,licet nihil sit relictum executori.et hoc ideo quia tale grauamen videtur relictum ab herede,seu iniunctum heredi sicut est qn̄ est datus tutor in testamento filio testatoris,et grauatur tutor in testamento de aliquid dando alteri:nā tunc valet tale relictum,quia in effectu videtur tunc grauatus filius in testamento substitutus.l.peto.§.mater.ff.de leg.ij.et Ang.in.l.si seruus legatus.§.qui Margaritam.ff.de leg.j.et ita vult expresse Bart.in.d.l.alia.iuxta princip.post glo.et per Joan.de imo.in.d.l.centurio.in antepenul.char.et in.d.c.Raynutius.et sic p plures responsiones ad obiecta patet meo iudicio optime sustineri posse hoc fundamētū,q meo iudicio est nō modici momēti pro victoria dicte adulte. ¶ † Preterea posito q p fideicōmissum intelligeretur fuisse vocatus dictus Petrus [b] ad hereditatem dicti Gratiadei,qd̄ tamen non est verū,vt probaui:tamē adhuc nō habet obstare istud dicte adulte:qr nō apparet q dictus Petrus vnq̄ agnouerit dictū fideicōmissum.ad hoc eñ vt posset cogi Petrus vel heres eius ad grauamen iniunctū dicto Petro requiritur q Pe.spōte agnouerit fideicōmissum ad quod vocatus fuisset,posito q ad fideicommissum vocatus esset:aliter eñ cogi nō posset.l.imperator.in princi.cū glo.j.ff.de leg.ij.l.mulier.§.fi.et.l.si patroni.§.qui fideicōmissariā.versi.q ū prior.ff.ad trebel. ¶ Et non potest videri q Petrus fideicōmissum ex testamēto agnouerit,cum non appareat q habuerit sciētiā contentorum in testamēto.l.si is ad quē.et.l.pater.ff.de acqui.here.et no.gl.et doc.in.l.is potest.eod.titu.et tātomagis,qr dicti patrui vt in pūcto cōtinetur,dicūt dictū testamentū Gratiadei stetisse occultū,vsq3 ad istud tempus. ¶ Et nō facio vim q Dominus sciuerit cōtenta in testamento Gratiadei:quia illa substitutio facta per testatorē in bonis et hereditate illius descēdentis,qui decederet sine herede masculino,nō habuit effectū in persona Domini:quia ipse decessit cum herede masculino:sed patrui se fundant et eo quod dicūt substitutionem habere locū in persona Petri in bonis et hereditate Petri,et dico q hoc stare nō pōt nisi appareat Petrum agnouisse voluntatem Gratiadei,id est fideicōmissum sibi,vt dicitur relictum cum dicto grauamine,et non pōt dici agnouisse si ignorauit testamentū qd̄ dicitur fuisse occultū.

12 † et q in dubio presumatur coniunctus habuisse ignorantiā testamenti conditi a cōiuncto suo,probatur in.l.quoniā sororem.fm Bal.et Ang.ibi.C.de iure deli.et est de mēte Bart.in l.qui duos.in versi.quero,dixi q oportet etc.ff.de rebus dub.et Bar.in.d.l.is potest.in pen.col.in versi.v. ¶ Et non sequitur,tunc repertum est testamentū in domo dictorum fratrū: ergo quando Petrus viuebat,fuit penes Petrum,seu Petrus vidit illud,prout requiritur vt inducat presumptio scientie.l.non est ferendus.et ibi Bal.et Ang.ff.de transact.c.constitutus.de testi.et ibi no.iunctis not.per Bal.in.l.si qui.ad fi.C.de adulte.et per Oldra.et Bald.in.l.j.§.si magistratus.ff.de magist.cōue.et per Saly.in.l.ex persona.post Bal.C.de proba.et istud etiam,ni fallor,est aliud multum efficax fundamentū pro reportāda victoria cōtra patruos. ¶ Ex quibus apparet,q siue dicta bona fuerint Gratiadei,et postea peruenerint ad dictū Petrū,siue solū fuerint dicti Petri,spectant omnino pro dicta quarta parte ad dictam adultam,et non ad dictos patruos,et p hoc nō esset opus aliter insistere,cui incumberet onus probādi bona pdicta esse vel nō esse subiecta dicte substitutioni et per quē fuerunt acquisita.et proculdubio incūbit dictis patruis:attento q presupponitur q fuerūt tenta et possessa p dictū Petrū tempore vite,et mortis:et sic remanserūt in hereditate Petri,q̄ delata est filie.et q illa possessio authoritate statuti est trāslata in dictā adultā,et sic adulta h3 fundatā intentionem suam,scilicet q dicta bona spectēt ad eā tanq̄ hereditatis paterne,postquā fuerunt per patrem tēpore vite et mortis possessa.d.l.fi.cū gl.C.de edic.diui Adr.et dixi supra. ¶ Et non obstat id qd̄ not.xij.q.j.sunt manifeste.et eadē causa,questione.v.c.nulli.vbi possessio transfert onus probandi in aduersariū:quia respondeo q posito q transferret onus probādi in adultam:tamen adulta dicitur probasse eoipso q apparet q fuerunt tenta et possessa per patrē tēpore vite et mortis,si ergo volunt patrui dicere q fuerunt bona Gratiadei,istud est fundamentū intentionis eorū,debent illud probare.l.ei q.et.l.in exceptionibus.ff.de proba. ¶ Et ideo fm Jo.an.et alios in.c.vt vnusquisq3.de pecu.cleri.id qd̄ no.in.d.c.sunt manifeste.cum si.non habent locū vbi aliqua presumptio esset ɔtra possidentem,per id qd̄ habet in.c.j.et in.d.c.vt vnusquisq3.de pecu.cle.et in.c.j.de testa.cū si.et no.do.in.c.cum in officijs.de testa. ¶ Preterea etiā dicta adulta dr̄ possidere authoritate dicti statuti.et si diceret q posito q dicta bōa fuissent acq̄sita p Petrū:tn̄ verba substitutionis cōprehendunt dicta bona,ad hoc fuit multipliciter responsum supra. Ex his apparet responsum esse ad oīa quesita:et meo iudicio causam dicte adulte ex multiplici capite in toto collatam esse. Alex.

a ¶ Specialis.ita soluit Alex.s.lib.j.consil.cv.nu.v.et in.d.l.centurio.et ibi Jaso.col.xxiij.in fi.et oēs volunt q male dico quod ibi ideo non dicitur promissa pecunia qr non est simpliciter pmissa s3 sub facultate [illegible] di potius opas ad electionem liberti a et sic eque valet stipulatio et si opere tantum promisse fuissent secus si esset electio patroni.vt dixi in nouis intellectibus.

b ¶ Petrus.pater d.adulte.

# Summarium.

2 ☞ Testamentum precedēs etiam vnicam habēs clausulam derogatoriam,nō reuocatur per clausulā generalem:cassans.et irritans.

5 Conditio potestatiua non trahitur retro.

# Consilium.XXV.

Viso testamento cōdito p Angelutiū philipini anno.M.cccclxvj.die tertio mēsis Aprilis,in q̄ instituit sibi hr̄des Marinū et Julianū Jacobi,et Frāciscū,et Sanctēfilios dicti Marini cū clā derogatoria ad sequētia testamēta: nisi in testō essent expssa hec vba.Dn̄e labia mea etc.et cū clausula etiā q casu quo dictū primum testamētū per dicta verba derogatoria,in.d.

ria.vel aliter qualitercũque reuocare vel annullari cõtingeret: dedit ⁊ concessit titulo donationis dictis institutis oĩa bona sue hereditatis excepta quadam domo cuꝫ horto, vt plenius in dicto testamento continetur.⁊ etiã viso instrumento donatiõis omnium bonorum presentiũ ⁊ futurorũ,exceptis duabus tornaturis terre,per eundem Angelutium facte de anno M.cccclxxi.die.xxij.mẽsis Maij.Vincẽtio pasquarelij,vulgariter noĩato Pugliexe,vt pleniꝰ in dicto ĩstrumẽto cõtinet⁊ ⁊ alio testamẽto eiusdẽ Angelutij cõdito anno.M.cccclxxi.die vltima mẽsis Maij.in quo Antoniã vxorem suã sibi heredẽ vniuersalẽ instituit cũ clausula videlicet cassans ⁊ irritans omne aliud testamentum quomodocunque hic retrofactũ,vt plenius in eo continetur.visis etiam duobus consilijs eleganter redditis per celeberrimos consultores, quorũ vnus consuluit in fauorẽ dictorum Marinis ⁊ Juliani Francisci, ⁊ Sanctis.Alius consuluit in fauorẽ dicti Pugliexij. ¶ Et licet vnusquisqꝫ eorũ subtiliter ⁊ copiose allegauerit: tñ perspecto tenore dictorũ instrumẽtorũ,⁊ habita pro virilibꝰ diligenti cõsideratione sentio dictũ Pugliexiũ habere iura meliora ⁊ potiora in rebꝰ ⁊ bonis sibi in dicto instrumẽto donatis principaliter. † qꝛ donatio inter viuos facta Pugliexio pure ⁊ simpliciter cum constituto cõtento in instrumẽto operatur translationem dominij.l.in edibus.§.fi.ff.de dona.iuncta.l.traditionibus.C.de pactis.cum ibi no.⁊.l.quod meo.in prin.cũ fi.ff.de acqui.pos.no.Bar.⁊ alij in.l.ab emptione.ff.de pactis.⁊ Bal.in.l.j.C.pro dona.cũ fi.Et ideo ille qui vult esse heres ex testamẽto dicti Angelutij,vel ab intestato nõ potest dictam donationem Pugliexio facta defuncto infringere.l.eris alieni.C.de dona.l.ij.C.si quid in fraudem patro.cum simi. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur prius fuisse factã donationẽ Marino ⁊ Juliano,⁊ alijs nominatis in prĩo testamento Angelutij: qꝛ † respondetur primo ꝙ illa donatio non potest effectum sortiri,ex eo qꝛ fuit facta inquantum cõtingeret primum testamentũ reuocari,vel annullari per dicta verba derogatoria que exprimerentur in sequenti testamẽto, vel aliter qualitercũqꝫ: nam multis modis poterat cõtingere reuocari primum testamentum, habens clausulã derogatoriam,vt.l.si quis in prin.testamenti.cum ibi not.p Bar.ff.de leg.iij.⁊ plenius per Bal.in.l.sancimus.C.de testa.in vlt.col.⁊ ibi eum sequuntur ceteri: tamen nullo modo fuit reuocatum aut annullatum,scilicet legitime aut cum effectu dictum primum testamẽtum.qꝛ non sufficit illa simplex ⁊ nuda cassatio facta in posteriore testamẽto.d.l.si qs.in principio testamẽti.⁊ plene no.in.l.si mihi ⁊ tibi.§.in legatis.cum simili.ff.de leg.j.⁊ dicta verba,vel aliter qualitercunqꝫ,intelligi debent scdm † mentem disponentis que semper attendi debet,etiã si a proprietate verborũ recedendum sit.l.si tibi.ff.si cer.pe.l.fi.C.que res pigno.obli.possunt.l.iij.C.de lib.prete.l.fin.C.de contrahen.⁊ commit.stipula.sed intentio testatoris fuit principaliter conferre bona sua titulo hereditario Marinum, ⁊ alios predictos,⁊ in defectum huius vie,voluit trãsferre titulo donationis,ergo donec valuit primum testamentum per quod conferebantur bona titulo hereditario in Marinum, nõ est tractandum de titulo donationis facte eodem testamento.

¶ † Nec ob.si diceretur ꝙ attento ꝙ vnum tãtum testamentũ precesserat tempore quo factũ fuit posterius testamentũ videt⁊ ꝙ per illam generalem clausulam scilicet irritans [a] ⁊ cassans omne aliud testamentum,sit sufficienter sublatũ primũ testamẽtum,habẽs clausulam derogatoriam ad sequẽtia.ar.l.ij.ff.de libe.⁊ posthu.per quam ita concludit Bart.in.d.l.si quis in principio testamenti.⁊ in.d.l.ij.qꝛ respondeo ꝙ cõmunis sententia doctorũ est in contrarium.Unde [b] opi.Bar.reprehendit⁊ per Ang.Jo.de Jmo.Raph.⁊ Pau.de ca.in dicta.l.ij.⁊ per Bal.in.l.humanum.C.de legi.⁊ in aut.hoc inter liberos.C.de testa.⁊ per Ang.in consi.ccclx.inci.Quedã domina Vanna ⁊c.⁊ Raph.in.d.l.si quis in principio testamẽti.qꝛ si vera esset opinio Bar.sequeretur ꝙ nunquã requireret⁊ specialem mentionẽ fieri de clausula derogatoria apposita in precedenti testamento:qꝛ nunquam dicitur nisi vnicum testamentum precedenti.s.proximum precedẽs: quia illud semper tollit alia precedentia.l.si quis eũ.in prin.ff.de vul.⁊ pup.⁊ in §.posteriore.insti.quib.mo.test.infir.⁊ sic esset contra dictã.l.si qs in prin.testamenti.in verbo specialiter. ¶ Preterea alia ratione esset dicta opinio Bar.contra.d.l.si quis in prin.testamenti.qꝛ ibi vnica tãtum dispositio seu testamentum fuit in quo erat clausula derogatoria sequẽtis dispositiõis.⁊ sequẽs dispositio contraria erat in eodẽ testamẽto,vt ibi in verbo eodem.⁊ tamẽ requirebatur specialis mentio,vt ibi. ¶ Nec ob.d.l.ij.qꝛ ibi respondet Jo.de Jmo.ꝙ ibi loquitur in materia in qua sufficit vniuersalis dispositio.l.iij.§.nominatim.⁊.l.titiꝰ.in prin.ff.de lib.⁊ posth.non mirũ si ibi sufficit indefinita qñ refertur ad vnum subiectum.que ratio cessat in materia dicte.l.si quis in prin.testamenti.qꝛ ibi nõ sufficit oratio vniuersalis.facit secundũ eum id quod habetur in.c.qui ad agẽdum.de procu.in.vj.istam opi.sum semper secutus legendo ⁊ consulendo. ¶ Preterea posito etiã ꝙ dici posset reuocatũ esse testamentum primum:tamen anteꝙ̃ reuocaretur,erat iã facta pura donatio dicto Pugliexio, ⁊ implemẽtũ cõditionis postea subsequens per reuocationẽ non trahitur retro ad principiũ.i.ad tẽpus celebrate donatiõis facte Marino †:qꝛ cum illa esset conditio pendens a potestate donatoris, scilicet reuocare,vel non reuocare testamentũ,non trahitur retro ad principiũ.l.quidam cum filium.§.fi.ff.de verb.oblig.l.potior.⁊.l.qui balneũ.ff.qui potio.in pig.hab.⁊ plene no.Bar.in.l.si is qui pro empto.ff.de vsucap.in.v.questione principali,⁊ tãto magis procedit hoc,qꝛ videt⁊ traditio prius facta Pugliexio ex causa donationis.per ea que infra dicam. ¶ Secundo modo potest responderi ad principale obiectũ supra factum de dicta donatione [c] prius in dicto primo testamento:qꝛ † dicta donatio nõ valuit,qꝛ fuit facta in penã mutationis testamenti,vnde tunc magis cõmuniter cõcludit⁊ talem donationem non valere per.l.stipulatio hoc mõ concepta.ff.de verb.obl.vt cõsuluit Dy.consi.vij.inci.q̃stio talis est.⁊ tenet Bar.Ange.⁊ Mod.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta.⁊ Bar.Bal.⁊ Fulg.in.l.cũ duobus.§.idem respondit.el.j.per illum tex.ff.pro socio.⁊ Bal.in.d.l.sancimus.⁊ in.l.cũ antiquitas.C.de testa.⁊ in.l.j.ad fi.C.de sacrosan.eccl.⁊ Bal.Ang.⁊ Jo.de Jmo.in.l.heredes palã.§.fi.de testa.⁊ est de mẽte Bal.in l.ex testõ.C.de fideicom.⁊ Pet.de anch.⁊ Jo.de imo.in rub.extra de testa.⁊ Ange.in aut.hoc inter liberos.C.de testa.⁊ Sal.in.d.l.sancimus.videt⁊ enim dicta donatio prima facta sub cõditiõe reputata de iure impossibilis seu turpis, merito vitiat cõtractũ donationis.l.impossibilis.⁊.l.generaliter.ff.de ver.obli.iuncta.d.l.stipulatio hoc modo concepta. ¶ Nec ob.si diceretur ꝙ ista cõclusio posset ꝓcedere qñ in dicto primo testamento facta fuisset donatio omniũ bonorum presentium ⁊ futurorũ,absqꝫ vlla reseruatiõe:quasi tũc videatur auferri libera facultas testãdi.secus in casu nostro in quo ĩ dicta donatiõe facta in dicto primo testamento domus excipit do mũ cũ horto:⁊ sic de illa potuisset testari.⁊ ita quidã referunt voluisse Ang.in.d.cons.ccclxv.inci.quedam domina Vãna.⁊ qꝛ respondeo ꝙ si bene inspiciatur Ang.in.d.consi.non dicit istud,sed bene dicit ꝙ in casu sue cõsultationis in qua erat facta donatio presentium ⁊ futurorum in penã mutatiõis testamenti,non valuit donatio:qꝛ aufert liberã testãdi factionẽ ⁊ qꝛ talis donatio est bonis moribꝰ inimica.⁊ directo cõtradicit charitati ex parte recipiẽtis:qꝛ nõ curauit ponere donationẽ in statu paupertatis.qd facere nõ debuit cũ donatariꝰ sit donãti obligatus ad antidora.l.sed ⁊ si lege.§.consuluit.ff.de pet.here.l.si nõ sortẽ.§.libertus.ff.de condi.inde.⁊ ad hoc ꝙ sit bonis moribꝰ inimica,alle.no.per doct.in.l.fi.C.de pac.⁊ ĩ.d.l.stipulatio.subdit etiã ꝙ Dy.in.c.semel.de re.iur.ĩ.vj.tenuit ꝙ donatio valeat si testamentũ reuocatur,sed ꝙ bal.tenet cõtra Dy.⁊ bene fm Ang.subiungentem ꝙ Dy.tñ in.d.c.semel.non loquitur quando testator fecit transitũ ad donationem comprehendentẽ tam futura ꝙ presentia.⁊ sic nullo mõ Ange.dicit ꝙ quãdo nõ essent donata indifferenter oĩa presentia ⁊ futura,nõ sit vera opi.Bar.nec debet ex ṽbis ange.a contrario sensu sumi argu.per not.in.l.ij.C.de cõdi.inser.⁊ in.l.conuenticulam.C.de epis.⁊ cleri.⁊ in.c.significasti.de foro compe. ¶ † Preterea ꝙ etiã nõ valeat dicta donatio, etiã indifferenter nõ cõprehenderet oĩa presentia ⁊ futura voluit Bar.in.d.l.si quis in prin.testamẽti.cũ concor.s.all.vbi ꝯcludit ꝙ si testator dixit,si cõtingat me reuocare testamentũ, ex tũc dono tibi oĩa bona mea tibi recipienti ⁊c.nõ vꝫ huiusmodi donatio.⁊ tñ constat ꝙ sub illis verbis, dono omnia bona mea,cõprehẽdunt⁊ nisi p̃sentia,nõ futura:vt no gl.⁊ doct.in.l.fi.C.que res pig.oblig.pos.⁊ hoc in terminis nostris clare exprimit Pan.de cast.in.d.l.stipulatio hoc mõ cõcepta.qui ita etiã intelligit Bar.velle,⁊ bñ probatur per.l.stipulatio.in verbo,tñ dare spõdes.⁊ est de mente Bal.in.c.ij.ad fi.de feu.da.in vicẽ legis cõmis. ¶ Tertio principaliter respondeo non obstare dicto Pugliexio donationẽ factã dicto Marino,⁊ socijs in primo testamento nõ cõtinetur aliqua vera,vel ficta traditio sꝫ ĩ instrumẽto donationis facte Pugliexio cõtinet⁊ ficta traditio p ꝯstitutũ.merito † potior est ꝯditio eiꝰ cui prior res tradita est.l.quoties.C.de rei vẽdi.l.siue aũt.§.si duobꝰ.cũ l.seq.ff.de publi,⁊ sufficit dicta traditio facta per cõstitutũ,et si postea alteri donatario res ⁊ bona corporaliter tradita fuissent,⁊ ꝯcludit Guid.de suza.in.d.l.quoties.⁊ eũ refert ⁊ sequi

Marginal note numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8; a, b, c.

¶ Irritans.vide j.lib.iiij.consil.vij.

¶ Unde.j.lib.vij.consi.clxiij.nume.ix.Soci.consil.clxiiij.col.iiij.libr.ij.

¶ Donatione. Aduerte multi distingũt:aut apponitur reuocationi totius testamenti, ⁊ non valet.aut reuocationi certi legati, ⁊ valet.⁊ ita tenet Bal.in.l.sancimꝰ.ad fi.C.de testa.Alb.in rub.C.de dona.Imo.l.heredes palã.§.fi.de testa.Roma.pau.Alex.in.l.stipulatio hoc modo concepta.de ver.obli.roma.cõsi.ccxciij.Pau.cõsi.cccccxxiiij in p[illegible]n.j.consi.ccccxx.lib.ij.Panor.consi.xij.col.fi.lib.ij.Phi.Franc.c.qd semel.de regul.iur.in.vj.Maria.Soci.tracta.de obla.li.xiiij.q.ij.deci.ꝯsil.ccxciij.Bertran.consi.xxvij.col.ij.li.j.ruger.de meta.re.l.j.de testa.nume.xv.Alij distingũt nõ an pena apponat⁊ reuocationi testamẽti vel legati,sed an ipsa pena sit donatio omniũ bonorum vel patris vt Alexã.s.libr.ij.consilio.clxxiij.consi.xvi.Jas.autem in.d.l.stipulatio hoc modo.et consi.clxix.lib.iiij.tenet ĩdistincte valere fauore pie cause,qd est ineptum.ego indistincte puto omnẽ donationem vel plenam,siue vniuersaleꝫ siue particularẽ,etiam fauore pie cause appositã siue reuocationi totius testamenti, siue vnius particularis legati esse nullam inspecta natura principalis.

a ¶ Succederent. per hanc clausulam filij sunt adinuicem reciproce substituti vulgariter pupillariter ⁊ per fideicommissum.

b ¶ Moriatur. hec clausula nihil addit, sed per se tantum valet quantum precedens.

c ¶ Filijs. hec multum addit quia per priorem clausulam bene habetur quod appellatiõe filiorũ veniunt nepotes quantum ad commodũ filiorum vt deficiat conditio. Quia deficit licet vnus decedat cuz nepotibus ex filio vel filijs premortuis alias regulariter verbum filij, in dispositiõe appositum solum filios primi gradus cõprehẽdit. Quia illi soli sunt grauati, ⁊ etiam illi soli vocati. vt not. s. li. j. cõsil. j. vnde licet per priorẽ clausulã esset prouisum nepotibus in hoc qđ faciãt deficere fideicommissum: Nõ tñ erant vocati ad [illegible]cõmissũ, Sed per sequentẽ clausulam ⁊ eorũ filijs, etiam nepotes sunt vocati ad fideicommissuz et honorati. imo nedum nepotes sed etiam pronepotes ⁊ vlteriores nedũ cum nepotibus vt in hoc cõsilio sed etiam cum filijs. Sed quero vtrum sicut censentur vocati nepotes ita censentur grauati? videtur quod sic, Quia hic agitur de reciproca substitutione. Cõtrariuz dico quod non sunt grauati, licet sint honorati: Quia substitutio non est reciproca nisi inter filios, filij autem filiorum non substituuntur adinuicem, sed solũ substituuntur filijs: et nemo nepotibus substituitur: quia oportuisset addere, ⁊ filij filiorum moriantur sine filijs ⁊c. quod non est additũ. ⁊ si eẽt additum viderentur non nepotes [illegible]ipsi filij sub his pluribus cõ[illegible]nibus grauati ſm nota. s. lib. j. cõsil. cx. nu. 6. [illegible]

tur Jo. an. in addit. Spec. in tit. de empt. ⁊ vendi. §. j. in addi. incip. hic dubitatˀ. ⁊ doct. in. c. cũ venissent. de resti. spo. ⁊ bal. in rub. C. de cõtrahẽ. emp. in. xvj. q. bene faciunt no. per Bal. in. l. j. C. ꝓ dona. ¶ Nec donationi dicti Pugliexij obstat qđ fuerit facta de bonis presentibꝰ ⁊ futuris, attẽto quod fuerit facta cũ reseruatiõe certe rei, vt ꝑ Bar. ⁊ alios in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. cũ suis vulgatis cõcor. Ex qbꝰ oĩbus cõcludo ⁊ qđ quo ad bona donata Pugliexio meliora ⁊ potiora habeat ipse iura quã habeãt dicti Marinꝰ ⁊ socij. Et ꝑ hec satisfactũ puto requisitiõi illustrissimi ⁊ excelsi principis dñi comitis Urbini, domini mei vnice obseruãdi: cuiꝰ literis requisitus sum vt superinde consulam quid de iure sentiam.

## Epitome.

☞ Testator habẽs tres filios, eos instituit ⁊ voluit quod si qs dictorũ suorũ filiorũ decederet sine filijs qđ adinuicẽ succederẽt. ⁊ vnꝰ alteri moriatˀ, ⁊ eorũ filijs masculis in stirpẽ. post mortẽ testatoris decessit leliꝰ vnꝰ filiorũ relicto Christophoro filio suo ⁊ nepote testatoris. decessit ẽt aliꝰ filiꝰ relicto Tamarotio nepote suo ex filio suo ꝑdefuncto. Nouissime stephanus vltimꝰ filiorum testatoris decessit sine liberis relicto dicto Christophoro nepote, ⁊ tomarotio ꝓnepote, q cõtẽdunt, de substitutiõe facta Stephano. nepos eñ dicit se solũ substitutum. Sed decidit Alex. quod pronepos simul cũ eo vocatˀ: Quia in substitutione facta de filijs filiorum cõtinentˀ nepotes. eadẽ ratione dico quod cõtinentˀ omnes ordine successiuo descendentes masculi sed in honore tantum, nõ in onere: Quia soli filij primi gradus sunt grauati, vnde etiã si lelius superuixisset Stephano, dico quod cum eo in substitutione concurreret ille pronepos alterius fratris. C. M.

## Cõsilium. XXVI.

Videretur fortasse super premisso themate ⁊ dubijs dicendũ Christophorũ nepotẽ dicti Pauli testatoris esse admittẽdũ ex substitutiõe ꝑdicta in totum, ⁊ dictũ Tamarotiũ nullo modo in substitutiõe cõprehẽdi, q: testator in substitutiõe voluit ꝙ si quis dictorũ suorũ filiorũ decederet sine filijs ex legitimo matrimonio natis ꝙ adinuicẽ succederẽt [a], ⁊ vnꝰ alteri moriatˀ, [b] ⁊ eorũ filijs [c] masculis in stirpẽ, ⁊ nõ in capita. Cũ igitˀ decesserit vltimo Stephanꝰ filiꝰ testõris sine liberis, dz dũtaxat admitti Christophorꝰ: q: est filiꝰ Lelij quõdã filij dicti testatoris. 1 † Et substitutio facta de filijs filiorũ, nõ vr̃ ꝙ cõpꝛhẽdat nepotes filiorũ, saltẽ qñ extãt filij filiorũ, vt in casu nr̃o. l. ꝙ si nepotes. ff. de test. tute. ⁊ insti. q da. tuto. in test. poss. ad fi. ¶ Et ꝑcipue attẽto cõi vsu loquẽdi, secũdũ quẽ alio mõ appellantˀ filij, alio mõ nepotes, vt no. gl. in. d. tit. insti. q da. tut. in testa. poss. in verbo appellãtur. ⁊ in aut. de non eligẽ. scđo nub. §. cũ igitur. in verbo filios. ⁊ no. Jac. but. in. l. instrumentorũ. ff. de fide instru. ⁊ Ant. de bu. in pꝛĩc. decretaliũ. circa. vj. col. 2 † ⁊ vltima volũtas ac oĩs alia dispositio recipit ĩterꝑtatiõe a cõi vsu loquendi. l. labeo. ff. de suppel. leg. l. liberorũ. §. qd ergo. ⁊ ibi no. ff. de leg. iij. c. ex literis. de spõsa. ¶ Cõfirmãtur hec ꝑ id qđ no. Cy. ⁊ Jo. de imo. in. l. gallꝰ. §. ĩstituẽs. ff. de lib. ⁊ post. vbi voluit ꝙ si testõr dixerit se legare filio decem, ⁊ habebat filiũ ⁊ nepotem, solum filius veniet ad legatũ, nõ nepos per. d. l. ꝙ si nepotes, ⁊ põt ſm Bald. in. d. §. instituẽs. rñderi ad. l. luciꝰ. l. ultima. ff. de here. insti. ꝑ quẽ Bar. vr̃ contrariũ velle in. l. liberorũ. ff. de ver. sig. in. iij. col. ꝙ in casu illiꝰ. l. testator voluit prouidere filijs, ideo cõpꝛehẽdũtur liberi, ⁊ sic nepotes: ne ał's extraneꝰ substitutus preferretur agnationi testatoris, qđ nõ ꝑsumitˀ de mẽte sua fuisse. l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. l. scripto. ff. vñ lib. q̃ ratio hic cessat cũ supersit dictus Christophorꝰ, qui nõ est extraneꝰ. ¶ Scđo principaliter pro ista opi. adducitˀ id qđ habetur in. l. cũ ita. §. in fideicõmisso. in verbo proximo gradu. ff. de leg. ij. iunctis ibi no. ꝑ Bal. nam 3 ibi habetˀ, † ꝙ si testator legauerit familie testatoris, intelligũtur vocati illi de familia, qui sunt in ꝓximiori gradu, intantũ ꝙ ſm Bal. ibi si extaret frater ⁊ filiꝰ fratris, nõ concurrerent sed preferretur frater, q est in ꝓximiori gradu. allegat. l. iij. §. si duo. ff. de legi. tut. licet scđm eũ gl. 2riũ notauerit in. d. §. in fideicommisso. in ver. proxi. mota per text. in aut. cessante. C. de leg. here. sed Bal. respõdet ad dictã aut. cessante. ꝙ ibi loquitur in succedentibus abintestato ex dispositiõe legis: quo casu nõ cõsideratur affectio que maior est ad fratrẽ, q̃ ad filiũ fratris: sed id qđ hr̃ in. d. §. in fideicommisso. loquitur in his qui vocantˀ ex dispositione testatoris, ex quo videntˀ in dubio vocati illi q sunt in ꝓximiori gradu: sed in ꝓpõsito Christophorus nepotes testatoris erat in ꝓximiori gradu ipsi testatori, quã esset Tamarotiꝰ, q erat ꝓnepos ex alio descẽdẽte natus, ergo Christophorus ad huiusmodi dispositionẽ testõris dz intelligi vocatus. ¶ Contra vtrunq; s. nepotem ⁊ pronepotẽ facere videtur: quia ipsi non erant nati, nec fortasse concepti tẽpore testamenti, nec tẽpore mortis dicti Pauli testatoris, ergo nõ videntˀ ad eiꝰ successionem vocati. l. si cognatis. ff. de reb. dub. facit. l. si titiꝰ. de suis ⁊ legi. ⁊. l. j. §. si qs ꝓximior. ff. 4 vñ cogna. ¶ † Tñ ꝑmissis nõ obstãtibus, 2riam sentẽtiam de iure probabiliorem esse arbitror. nam per dicta verba substitutionis: qbꝰ testator disposuit ꝙ si qs dictorũ filiorũ institutorum decederet sine liberis: vnus alteri moreretur: ⁊ eorũ filijs masculis videntur filij filiorũ testatoris premortuorum substituti cõpendiose filijs testatoris descendentibus sine liberis. c. si pater. ibi dum dicit prefate filie morerentˀ ⁊c. de testa. in. vj. ⁊ non habemus alibi expressius in iure secundũ doctores in. l. cẽturio. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ in. l. precibus. C. de impub. ⁊ ali. substi. ⁊ ꝑ dictã substitutionẽ factã de filijs filiorũ testatoris: dico ꝙ intelliguntˀ etiã vocati nepotes filiorum testatoris patre ipsorũ nepotũ ꝑmortuo tempore quo euenit casus substitutionis, ⁊ sic vr̃ vocari dictus vltimus Tamarotius: 5 † q: vbi in dispositione fit mẽtio de filijs ꝓuidẽdo eis de aliqua ꝑte hereditatis, seu legato, veniũt nõ solũ filij sed nepotes, ꝑ. d. l. lucius. ⁊ no. Bar. in. d. l. liberorũ. in. iiij. col. bñ facit l. filij. ⁊. l. iusta. ff. de ver. sig. ⁊ dictus. §. instituẽs. scđm intellectũ quẽ ibi approbat Bar. post glo. secundã. ⁊ ita etiam tenet Ant. de but. in cap. in quibusdã. de pe. ⁊ do. Cardi. Floren. in c. ij. de ver. sig. ⁊ Pet. de anch. in cle. j. de bapti. ¶ Et hoc saltem procedit qñ non erat dispositio facta simpliciter de filijs presentibus tempore testamẽti, sed erat collata in euentũ futurum in quẽ verisimiliter erat dubium an tunc extarent filij primi gradus, an vero nepotes vel inferiores: quia tũc verosimile est ꝙ testator late acceperit verbũ filijs, presertim cũ verosimiliter presumi debeat parẽ affectionem testatoris fuisse erga nepotes filiorũ, si illi extarẽt patribus eorũ premortuis: ⁊ hoc casu proprie loquitˀ. d. l. luciꝰ. in verbo filiũ. cõiũcto verbo liberos. quam ita declarat Joan. de imo. in. d. §. instituẽs. ¶ Et ita fuit in casu nostro, quia testator nõ substituit filiorũ filios, quos tunc tẽpore testamenti tantũ haberet, sed etiã intellexit substituere quoscũq; filios filiorũ contingeret postea nasci, ⁊ existere tꝑe quo eueniret casus substitutiõis. ptz q: tẽpore testamẽti solum vnus filius testatoris habebat filios, scz Tamarotius, ⁊ tñ testator substituit filios filiorũ in plurali ꝑ dictionẽ eorũ. patet ibi dũ dixit vnus alteri moriatˀ, ⁊ eorum filijs masculis ⁊c. l. fi. ff. ad treb. l. qui quartã. §. fi. cũ ibi not. per Bar. ff. de leg. j. ⁊. l. fi. cũ ibi no. per gl. ⁊ Bar. ff. de optio. lega. 6 ¶ † Et ꝙ in dicto casu cõtineantˀ appellatiõe filiorũ nepotes in dispositione facta ab ascendente, vt in casu nostro cõsuluit etiã Frãciscus ac. vt refert Cy. in. d. §. instituẽs. ⁊ in. d. l. ꝙ si nepotes. per. d. l. liberorũ. in fi. arg. d. l. cũ acutissimi. ⁊. l. generaliter. §. j. C. de insti. ⁊ substi. ⁊ respondebat ad. l. ꝙ si nepotes. ꝙ ibi fallit donatiõe tutoris facta filijs in testõ q: illa est onerosa ⁊ ꝑiudicialis tutori. 7 † Attẽto ꝙ tutor cogitˀ ẽt inuitus munus tutele suscipere. l. j. §. si quis tutor. ff. qñ appel. sit. inst. de excu. tuto. circa prin. ⁊ lz Andreas de pisis vt refert Cy. in. d. §. instituẽs. reprehẽderet opi. Fran. accur. ꝑ dictũ. §. instituẽs. secundum vnũ intellectũ, quem ibi sensit gl. j. tamen Cy. dicit ꝙ sibi pulchra videtˀ opinio Fran. Accur. vt distinguatˀ an dispositio fctã sit ab ascẽdẽte, ⁊ cõpꝛehẽdantˀ nepotes. aut ab extraneo. ⁊ tunc secus. ⁊ ad. d. §. instituens. ſm vnum intellectũ respondere videtˀ ꝙ ibi facta fuit institutio de filio de presenti, vnde tũc si extat filius nepos, videtˀ instituere filiũ ⁊ preterire nepotẽ, vt verbum accipiatur per prius. arg. l. hoc per legatũ. ff. de lega. iij. sed quando confertˀ in futurũ euentũ dispositio facta de filijs in quem euentũ erat dubiũ, an existerent filij vel nepotes, vt q: in certum euentũ substituerentˀ filij talis. tunc habet locũ questio proprie, super qua consuluit Fran. ac. ⁊ questio nostra Bar. etiã aliter respondebat in. d. l. liberorũ. ad. §. instituens. scilicet ꝙ secundum intellectũ, quem ibi sensit gl. ij. ⁊ quem ipse approbat tex. ille facit ꝙ non: q: ibi substitutio facta de nepote cõpꝛehendit pronepotẽ. vel ſm Bar

in. d. §.

in.d.§.instituens.ille text. & tota illa.l.loquitur quando filius fuit institutus nominatim:vt Titius fili⁹ me⁹ heres esto.vnde tūc clarum est q̄ non comprehenditur nepos, vt.l.si qs ita.§.j.cum ibi nota.ff.de testa.tut. ¶ Et licet Bal.in.d.§.institués. dicat q̄ ista respōsio Bar.videatur diuinatio,tamē videtur q̄ alia rñsio supra data sit cōgrua:qꝛ ibi loquit̄ qñ instituebat̄ filius de presenti nos autez loquimur qñ facta erat dispositio de filijs filiorū in certū futurū euentū,in quem tunc verosimiliter erat dubiuz an extarent filij filiorū:an vero nepotes filiorū,quo casu cōprehēdi debent nepotes per.d.l.lucius. & alia supra al-

8 legata. ¶ Pro ista opinio.etiam facit †, qꝛ cum in vltimis voluntatibus fauorabilib⁹ larga fiat interpretatio.c.cum dilecti. de donationibus.l.si qs ita.ff.de testamen.tut.l.in testamētis. ff.de re.iur.& saltem ex lata interpretatione appellatione filiorū veniant nepotes.d.l.iusta.&.d.l.filij.sequit̄ q̄ debēt in casu isto cōprehēdi nepotes filiorū testatoris,& cōsequenter dictus vlti-

9 mus Tamarotius. ¶ † Pro dicto Tamarotio etiam adduco id quod no.Ang.in.d.l.gallus.§.quidaz recte.circa medium. vbi voluit q̄ si in vltima voluntate:vel etiam contractu cōceditur aliquid alicui ꝓ se filijs,& ꝓ filijs alterius fratris premortui licet respectu illius cui conceditur pro se,& filijs suis,predicta concessio possit intelligi ordine successiuo. scz pro se, & post eius mortez,pro filijs suis iuxta id qđ not.in.d.§.quidam recte. & per.l.vt iurisiurādo.§.si liberi.ff.de ope.libe. & no.in.l.si tibi.x.§.si pact⁹.ff.de pac.& ꝑ Cy.in.l.liberti liberteqꝫ.cū si.C.de ope.

a liberto.tamen a filij fratris ꝑmortui intelligentur statim vocati vna cum patruo:nō autē ordine successiuo.s.post mortem patrui.arg.l.interdū.in pzin.ff.de here.insti. ¶ Ita ergo in proposito debent pariter videri vocati Tamarotius nepos primi Tamarotij filij testatoris,representans ꝑsonam patris sui premortui.s.Jo.& Christophorus filius dicti Lelij filij testatoris non autem debent intelligi vocatio ordine successiuo.s.primo Christophorus,qui erat nepos testatoris,& successiue eo mortuo seu non succedēti vocet̄ Tamarotius pronepos testatoris postq̄ descēderunt ex diuersis ascendentibus vt dixit Angelus in.d.§.quidam recte. ¶ Et licet Joannes de imo.in.d.§. quidam recte.in fine dicat sibi non placere illam decisionem An.eo quia dicit se non videre bonam rationem diuersitatis, quare ita nō debeant vocari ordine successiuo filij alterius fratris mortui sicuti filij illius qui viuit:maxime cū in successione intestati pariter vocentur filius & nepotes nati ex fratre suo premortuo succedendo in stirpem.§.cum filius insti.de hered. que ab intesta.tamen verior videtur sententia Ange. intelligēdo prout videtur esse de mente Ange.s.quod nō vocētur filij fratris premortui ordine successiuo.s. postq̄ erit exclusus,patruus eorum,sed imo pariter secum admittunt̄.tex.in.d.§.cuz filius.facit pro ista opi.non autē ꝯtra. ¶ Pro hoc etiam facit id quod in simili dicit Bald.in.l.j.C.de secū nu.in.v.col.in ver.

10 pone dicit statutū &c.vbi querit,† quid si statutum disponat q̄ filia dota non succedit existentibus filijs masculis vel nepotibus.Pone,decessit pater relicta filia dotata, & relicto filio masculo viuēte & relictis nepotibus masculis ex alio filio premortuo:queritur cui applicetur istud qđ nō capit filia.& videbat̄ q̄ soli filio propter ordinē gradus:tñ decidit q̄ venient tam filius

b quā nepotes b ex alio filio,cū nepos succedat in locum filij:ideo secundū eū gradus nō corrūpitur,sed representat̄, per.d.§.cū filius. ¶ Facit qđ habet̄ in.d.c.j.de gra.suc.in feu.ibi dū dicit cum fratrū premortuorum filijs.&.l.ij.C.de suis & legi. ¶ Sed si intētio Jo.de Imo.fuisset dicere q̄ inter descendentes illius premortui seruet̄ q̄ veniāt ordine successiuo,secundū ordinem gradus inter seipsos:bene dixissent,quāuis verba eius ad hoc ꝯgrue nō adaptentur,& ita etiam legendo dictū.§.quidā recte. sum solit⁹ approbare opi.Ang.quam etiaz ipsemet approbat consulēdo in consilio suo in ordine meo. xxxviij. incip.quidam Jo.decessit &c.& Pau.de cast.lib.ij.cōsi.cxlvj.incip.viso pūcto suprascripto cū his que super eo.&c.in fi.& ista opin.etiā cōprobabitur ex his que dicam respondendo ad allegata in ꝯtrariū, ad que respōdeo. ¶ Nam non ob.d.l.q̄ si nepotes.& insti.qui da.tuto.testa.pos.ad fi.quia supra fuit responsum,q̄ ibi in dispositione que cōcernebat onus tutoris,vt etiā plene prosequitur Bart.in.d.l.liberorū.in.iij.col.& sensit gloss. in. d.l.iusta.respondet etiā ad alia iura Dy.vt refert Cy.in.d.l.q̄ si nepotes. q̄ loquūtur inspecta propria significatione,sed inspecta interpretatione & rationis identitate venit etiam nepos.d.l.iusta.cū

11 simi. ¶ † Nō obst.q̄ ex cōi vsu loquēdi appellatione filiorū nō veniūt nepotes,qꝛ respōdeo q̄ istud est facti, & ideo approbari oportet,q̄ tēpore testamenti cōditi in loco ita se haberet communis vsus loquēdi secūdū plenē tradita per Bar.in. l.labeo. ff.de suppelle.leg.& per Baldum in.l.de quibus.ad fi.de leg.& Anto.de but.in.c.fi.ad fi.de consuetu.alias autem frustra dis-

a ¶ Tamē.Aduerte quantū ad hoc lec.Ang.in.d.§.quidā recte.vulgo corrupta est. Sed vt allegatur per Alexan.hic puto Ang.in hoc male dixisse & veriorem esse opi. Imo.moueor quia abunde sufficere videtur quod ipse cōtrahēs filios fratris defuncti vt proprios filios tractauerit:nō autē quod filijs suis preposuerit ideo ordine successiuo veniūt simul cum filijs acquirentis nō aūt statim simul cū acquirēte quinetiā Alexand.ĵ.lib.v. ꝯs.cxxix.col.fi.recedit a.d.decisiōe An.& sequit̄ imo. sed Alex.hic male, contra morem suum.citat Ang. & Pau. in cōsilijs infra allegatis,qꝛ loquūtur quādo oēs sunt descēdētes ab eodē disponente, & sic in diuersis terminis. [illegible].

putaret Bar.in.d.l.liberorū.& alijs vbiqꝫ vtrum in statutis testamentis & alijs dispositionibus appellatione filiorum veniret nepos,si verū esset absqꝫ alia probatiōe dicat̄ iure cōmuni fundatam esse intētionem illius qui dicit quod cōmunis vsus loquēdi ita vbiqꝫ se habeat,quod appellatione filiorum nō intelligitur de nepotibus cū omnis dispositio recipiat interpretationem a cōmuni vsu loquendi,vt not.in.d.l.liberorū.& dixi.s.& maxime etiā Bar.in.d.l.liberoruz.circa.j.col.& in.vj.col. & in versi.ij.ꝑncipaliter est videndū &c.fecit mētionē de isto cōi vsu loquēdi. ¶ Preterea ſm Bal.in.l.lege.in vltima col.C.de

12 leg.here.† sermones ꝓlatos in vulgari debem⁹ interpretari secundum vulgarē cōmunem vsum loquendi:sed prolatos in literali sermone,vt in casu nostro,debem⁹ interpretari secundū artē literaruz.bene facit qđ not.Bar.in.l.si quis filiabus.in fi. ff.de testa.tute.& qđ not.glo.in.d.§.cum igitur.in verbo.filios. b ¶ Quinimo dicit Bal.in.l.Maximum vitiuz.in.iiij.col.C.de lib.pret.q̄ ex cōsuetudine auoruz nepotes appellantur filij,vt

13 etiā colligit̄ ex.d.l.liberoꝝ.ad fi. ¶ † Nō obst.id qđ not.Cy.& Joā.de Imo.in.d.§.institués.dum videtur concludere qđ si lego filio.x.vel instituo filium.& habeam filium & nepotem non comprehendit̄ nepos:qꝛ respondeo q̄ posito quod eoruz decisio procedat quando dispositio facta est de filio de presenti:tamen quando cōfertur in futurum euentū dispositio facta de c filijs,in quē euētum erat dubium an extarēt filij vel nepones. tunc cōprehenduntur nepotes secundum quod etiam volunt prefati Doctores in.d.§.institués.& probatur in.d.l.Lucius. probat̄ etiaz per alia supra allegata. ¶ Quinimo etiam quando facta est dispositio de filio de presenti,est intentio Barto.in d.l.liberorum.q̄ in vltimis voluntatibus cōprehendentur nepotes,& ꝓbari videt̄ in.d.l.iusta.&.l.filij.preallegata.iūcta.l.in testamētis.&.l.si ita scriptum sit filiabus.cum simi.ff.de leg.ij.& sequitur Anto.de but.in.d.c.in quibusdam.de penis.& domi. Cardi.in.c.ij.de verbo.signi.& Pet.de Ancha.in clemen.j.de baptis.& ad.d.§.institnens.fuit responsum supra. ¶ Nō obstat id quod habetur in.d.l.cum ita.§.in fideicommis.cum ibi not. per Bald.de lega.ij.quia respondeo primo,q̄ ille est casus diuersus a nostro,qꝛ ibi loquitur quando testator dixit se legare familie sue:quo casu videntur primo vocati illi qui sunt in proximiori gradu,vt ibi in tex.sed in casu nostro testator voluit substituere filios filiorū premortuorū:quo casu tam de filijs quam de nepotibus ipsorū filiorum sensisse videtur, quādo filij filioru & nepotes a diuersis ascendētibus descenderunt,vt in casu nostro,vt supra probaui.nam hic vltimus Tamarotius non descendit a patre dicti Christophori.cum igitur dicti Tamarotius & Christophorus sint de filijs & nepotibus filiorum testatoris,ergo sunt comprehēsi. ¶ Preterea glos.in dicto.§.in fideicōmisso.quod in verbo proximo tenet expresse per.d. authen.cessante. q̄ etiaz in casu illius.§.vocētur pariter patruus nepos ex alio filio premortuo.& cum illa glos. videntur trāsire

c ibi alij Doct.magis communiter c excepto Bal.vnde Joā.de Imo.ibi reprehendit opinionem Bald.qꝛ de mēte illius.§.in fideicō.esse videt̄ q̄ inuitent̄ eo mō quo inuitarent̄ ad successionē defuncti.& dicit q̄ nō ob.l.iij.§.si duo.ff.de legi.tuto.allegata per Bart.qꝛ imo ibi inuitant̄ ad tutelā eodē modo quo inuitarentur ad sucessionē. ¶ Nec obstat q̄ in.d.authē.cessante.allegata per.d.gloss.non inspiciatur affectio,que videtur inspici in casu dicti.§.in fideicommisso.& que affectio,videat̄ maior ad eum qui est in proximiori gradu:quoniā respondet ipse filio testatoris in linea directa.igitur eadem passiua interpretatiōe iuris cōis debet cessante linea directa.filius fratris concurrere cū fratre in linea collateralia: nisi ex statuto vel consuetudine loci,vt Parisijs,nouum ius nouellarū de representatione in collaterali abrogatuz sit.multū autē errant Paul.& alij in.d.§.in fideicōmisso.dū putant proximiores successiue vocari iure fideicommissi.Quia imo semel tantum & vulgariter vocant̄ vt alibi plenius dixi & tangit Soci.in dicta.l. si cognatis.col.vij. Quod autem Jas.sibi contrarius reprobat.d.glos.in.l.ij.coiū.ij.C.de successo.edi.& deci.ibi & in.l.j.co.vj.C.de secū.nup.& in cōs.j.cōsi.cccclxxviij.col:fi.cōs.cccclxxx.col. pe.& etiā Alex.reprobare videtur.ĵ.lib.j.consil.cciiij.nume.xj.cū multis ibi per me adductis,dico quod nō loquuntur in terminis.d.gl.quādo agitur de relicto familie agnotioni vel cognationi in genere sed in diuersis terminis , vcz quādo agit̄ de relicto vel cōcessione facta fratribus vel filijs aut certis gradibus personarū, vel qñ nō agit̄ de filio fr̄is disponētis vt loquit̄.d.glo.sed de remotiori,vt deci.in.d.cō.j.quod indicio rote ꝯfirmatum fuit vt ipse refert in.l.fi.col.ij.C.de successo.edic.& sic recte cūcta pausando.d.glos.nō est cōiter, vt vulgi putāt,reprobata sed approbata [illegible].

b ¶ Quā nepotes. Istud est ꝺ indubitato,qꝛ portio a qua excludit̄ filia masse successiōis accrescit, [illegible].

c ¶ Cōmuniter.re[illegible]it̄ Ale.qꝛ nullus do. inueni noīatiz reprobantez.d.gl.in terminis ī quib⁹ loquit̄ nisi Bal.ibi in fi. ī q̄ recte ꝑ Imol. reprehendit̄,& de opi.Bal.dubitauit cor.ꝯs.clxxxij. in fin.colum.iij.libro.ij.Imo. etiaz ipse Bal.vacillauit ꝯsil.cccclxxxviij.li.iij.& gl. nominatim sequit̄ Alex.hic,&.ĵ.li.j. ꝯs.lxxxviij. So.l. si cognatis. colū. fin.ꝺ re.du.& ī ꝯs. impresso post lec. [illegible]ij. Jas.cōs. ccxv.col.iiij.lib.ij. cōsi.clix.lib.iiij.& est veritas. ex quo eni relinquit̄ familie vl' cognationi nō aliter distiguēdo ꝑsonas vel grad⁹:illa distinctio cēset̄ relicta ī iure cōi. Nemo aūt negabit qn ī tali relicto cōcurrat nepos ex filio ꝑmortuo cū

ꝙ si ponderaretur litera in.d.§.in fideicommisso.non dicit affe ctionē considerandam magis ꝙ si dicatur in dicta aut. cessante.sed simpliciter dicit proximiores vocandos.quo casu debet intelligi vt vocentur secundū ordinem successionis,vt patet in simili in di.§.si duo.Et pro ista respōsione vltra allegata per eū bene faciunt notata per Bar.in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.in.j.col.dum loquitur de statuto.⁊ id quod habetur in d.§.quidam recte.cum gl. ¶ Pro respōsione etiam ad notata per Bal.d.§.in fideicōmisso.bene faciūt ea que ipsemet Bald. voluit in.l.j.C.de secū.nu.in.v.col.in ver.pone dicit statutū ⁊c. cuius verba retuli supra,⁊ maxime dum dicit ꝙ quando concurrere voluit filius ⁊ nepos ex alio filio premortuo,nō corrūpitur gradus sed representatur ⁊c. ¶ Et dictam glo.in.§.in fideicommisso.expresse approbat Bal.[a] in consi.cccclxxxviij.libro.iij.inci.casus talis est.Quidam Titius decessit ⁊c.vbi cōsuluit ꝙ si testator dicat,substituo filio meo proximiores,ꝙ hoc casu mortuo filio veniēt ad substitutionē patrui soror ⁊ filius alterius sororis premortue.allegat glo.in.d.§.in fideicōmisso. facit.l.proximus.ff.de ver.signi.cum simi.⁊ in dubio ab opinione glo.non est discedendū,vt traditur in locis vulgaribus. ¶ Nō obstat quod Tamarotius ⁊ Christophorus non essent nati,nec forte concepti tēpore mortis testatoris,iuxta id quod habetur in.d.l.si cognatis.⁊ in.d.l.si Titius.cum simil. 14 † quia respondeo ꝙ.l.si cognatis.loquitur in dispositione legati simpliciter relicti agnatis,quia nō veniunt illi qui nō sunt cognati tempore testamenti vel tempore mortis,[b] sed nos loquimur in dispositione substitutionis collata in tēpore alicuius incerti euētus futuri,vnde tunc satis est ꝙ sint in rerum natura tēpore quo euenit casus substitutionis,vt not.Joan.and.in addit. Spe.in tit.de testa.in rub.circa tertiam vel quartā columnam. in ver.itē Lambertinus ⁊c.bene facit.l.cum pater.§.hereditatem.el.j.in fi.ff.de leg.ij.⁊ colligitur ita fuisse de mente testatoris:quia tempore testamēti vnus tātum ex filijs suis habebat filios:⁊ tamen ad substitutionē vocauit filios filiorū in plurali. vt deduxi supra. ¶ 15 † Et per hoc etiam patet non obstare.d.l.si Titi⁹.⁊.d.l.j.§.si quis proximior.q⁊ loquunt̃ in successione ab intestato,ad quam solum vocātur illi qui concepti erāt tēpore mortis illi⁹,de cuius hereditate agitur vt ibi:nos autē de successione ex testamēto collata in euentū cuiusdā incerte substitutionis:quo casus attēditur tēpus euenientis conditionis vt proxime dixi. ¶ Ex quibus omnibus cōcludo nō solum Christophorum sed etiam Tamarotiū ad substitutionē vocari. de Laurētio nihil dixi:q⁊ de eo in themate nō queritur,nec etiam exprimitur ꝙ viuat vel qd mortuus sit,licet de aliorū vita vel morte clare ibi aperiatur,tamen si viueret clarum est quod ad substitutionem admitteretur nihilominus super petitione eius insisto postquam de eo in themate non queritur.

[a] ¶ Bal.imo dihe ret ⁊ i neutrā ptē se resoluit [illegible]

[b] ¶ Mortis.qñ legatū est purū sec⁹ si cōditionale.vide auth.xu.repet. §.qdem recte.col. xlij.in.l.gallus.de liberis ⁊ posth.

[c] ¶ Potestatē.scilicet i specie de tali fundo alioqñ ex mādato gñali nō possunt mittere manū ad immobilia nisi cū decreto vt dixi in cōsu. parisi.§.xcv.non obstāte glo.in.d. l.pdiū ꝙ ēt reprobat luc.pe.in.l.fi. nu.iij.de pn.agē.l re.li.xij.C.[illegible]

[d] ¶ Prelegare ꝙ nō vt.s.eo.cōsil. viij.nu.xv.

[e] ¶ Actiōis.vide late do.Andr.tiraq.in cōs.pict.ti. retract.§.j.gl.vij.

# Summarium.

1. Alienari res minoris heredis potest ex mādato testatoris.
2. Actionem quam exequutores quesierūt pupillo,non possunt ei tollere.
4. Recedi a iure quesito ex cōtractu nō videt̃ etiā ex interuallo.
5. Jus quis habere potest ex pluribus emptionibus.

# Consilium.XXVII.

Attētis narratis in themate,q⁊ presupponit̃ dictos executores testamēti primo vēdidisse dictū prediū ⁊ ꝙ emptores deinde promiserūt dictis executoribus recipiētibus ⁊ stipulātibus nomine heredū dicti domini Georgij retrouerēde post tēpus nouē annorū dictū prediū quotiescunq; dicti heredes restituerint dictis heredib⁹ dictū pretiū,⁊ ꝙ deinde executores iterū nomine vēditionis ad proprium ⁊ liberum allodium datū fecerunt eisdem emptoribus predium predictum absq; vllo pacto de retrouēdēdo,vt latius in themate ꝯtinetur. ¶ Et queritur posito ꝙ valeret dicta prima vēditio facta sine solēnitatibus 1 † que regulariter in rebus pupillorum requiruntur ex dispositione iuris cōmunis ⁊ statutorum loci eo ꝙ facta fuit per executores testamēti habētes vt dicitur a testatore potestatē[c] vēdendi pro executione testamenti,iuxta.l.predium.C.quādo decre.opus est.⁊.l.j.§.si defunctus.⁊.l.fi.ff.de rebus eorū.⁊ qd not.Bal.in.d.l.j.in prin.⁊ in.l.si heres.ff.de condi.ob causam. an possint isti heredes dicti testatoris saltē aduocare dictū predium vigore dicte promissionis de retrouendēdo,oblato pretio stante statuto in dicta ciuitate Cremone ꝙ quilibet possit alteri stipulari. ¶ 2 † Et puto breuiter ꝙ sic,maxime ex infrascriptis,primo q⁊ per dictam venditionem secundam non est recessum a dicta promissione de retrouendēdo,quia dicti executores stipulati sunt heredibus merito executores postea ꝑ secundam venditionem nō potuerunt auferre dictis heredibus actionē ⁊ ius quesita ex stipulatione.⁊ sic ex cōtractu nominato,vt no.glo.in.l.certi conditio.§.si nūmos.ff.si certum peta.in gloss.j.in ver.sed quid si nomine tuo ⁊c.⁊ ibi Bartol.⁊ alij pro hoc allegantes text.in.l.j.§.ij.ff.de stipu.seruo.⁊ no.etiam Cynus.in.l.absentis.in fi.⁊ ibi etiam alij.C.si certum pet. Faciat l.fina.ff.de pactis.⁊.l.si ego.ff.de negot.gest.⁊.l.si constante in fine.cum ibi no.per Bal.in fi.C.de donatio.ante nup.⁊.l.in insulam.§.fi.cum ibi nota.per Bal.⁊ Modernos.ff.solut.matri. ⁊ Bald.in.l.cum a socero.C.de iure dot.⁊ Barto.in.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.libert.⁊ expressius firmat Joan. de Jmola in.c.potuit.de loca.in vltima charta in illa questione,qua querit 3 † an si quis recepit fundum in emphyteusim pro se ⁊ filijs possit vni ex filijs in preiudiciū aliorum illud ius prelegare[d] ⁊ quātum ad casum nostrum in hoc ita se habeat communis sententia. ¶ Et actio que acquirebat̃ dictis heredibus ex stipulatiōe predicta iūcta dispositione dicti statuti erat directa sc̄z Bar.⁊ quoslibet alios in.l.j.§.sublata.ff.ad Tre.vel vtilis sc̄m aliquos alios scribētes in quo non est necessarium insistere.Et ꝙ non sit in effectu sublata dicta obligatio de retrouēdendo ꝑ subsequentē venditionē,in qua nulla de dicta promissione habita est mētio,probatur per.l.si tibi liberum.ff.de act. emp.⁊.l.si binarum.ff.de serui.vrba.predio.declarādo eas maxime vt declarant̃ per Jo.de imola.in.l.quoties.§.tantundē. ff.de heredi.insti.⁊ in.l.Titia.§.idem respōdit.el.j.ff.de verbo. oblig.vbi dixit 4 † ꝙ licet quādo aliquid dictum est in prefationib⁹ alicuius actus:⁊ postea ex interuallo fiat ille actus,videatur recessum ab eo qd dictum est in illis ꝓfationib⁹.l.per retentionē.cum ibi no.C.de vsur.l.cū plures.§.locator horrei.ff.locati.sc̄m vnum intellectum not.Jacob.butri.Barto.⁊ alij in.l. pacta nouissima.C.de pactis.⁊ Bartol.⁊ alij in.l.item quia.§. fi.ff.de pac.cum simi.tamen aliud est quādo aliqua dicta sunt nō in prefationibus cōtractus sed in ipso cōtractu ex quibus acquisitū sit ius parti,quia tunc etiam si ex interuallo sequat̃ actus,nō videt̃ in effectu recessum ab his que prius dicta fuerunt in cōtractu nec in iure quesito.per.d.l.si tibi liberum secūdum vnum intellectum.⁊ ratio est secūdum eum quia cum illa fuerint dicta ⁊ firmata in cōtractu ⁊ acquisitū fuerit ex eis ius parti:nō est verosimile quod pars postea faciens actum etiam ex interuallo voluerit illi iuri suo renunciare.argu.l.cum de indebito.in prin.ff.de probatio.⁊.c.super hoc.de renun. ¶ Cum ergo in proposito actum fuerit ⁊ firmatum per contractum stipulationis ꝙ dicti emptores tenerētur retrouēdere dictis heredibus nō videtur in effectu ab isto iure recessum per sequentem vēditionem predictam. ¶ Et est satis existimandum ꝙ si voluissent cōtrahentes predicti derogare dicte promissioni de retrouendendo,id expressissent in vltima venditione,argu.l.j. §.si autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.c.ad audientiā.de decimis. ¶ 5 † Quid autem operet̃ dicta secunda venditio continens idem quod prima.tangitur per Barto.in.l.singularia. ff.si certum petatur.circa med.vbi dicit ꝙ quando quis habet duo instrumenta vēditionum factarum diuersis temporibus, ꝙ ex vtraq; venditione dicetur rē possidere nisi per secundam fuerit expresse recessū a prima.l.si quis ante.ff.de acqui.posses. iuncta.l.si mandato meo.§.fi.ff.manda.de quo etiam tangitur per hoc maxime modernos in.l.qui bis.ff.de verborum oblig. sed non videtur necessariū de hoc ad presens discutere:q⁊ tūc de hoc non hesitatur. ¶ Plus videtur ꝙ etiam si dicti executores voluissent recedere a dicta promissione de retrouēdendo nō potuissent:quod hac ratione probatur vltra primum fundamentum superius deductum. 6 † Nam illud iudicamus de actione competente ad rem immobilem quod iudicamus de ipsa re immobili ad quem competit,adeo quod illa solennitas que requirebatur in alienatione rei immobilis,requiritur etiā in alienatione talis actionis,[e] vt no.in authent.de non alie.§.j. ⁊ glo.⁊ Docto.in.l.j.C.si aduer.transac.⁊ not.Dy.⁊ Bartol. in.l.potest amplius.ff.de autho.tuto.⁊ in.l.mouentium.ff.de verborum significatio.⁊ Specula.⁊ Joan.and.in tit.de cessio. actio.§.j.versicu.sed nunquid minor potest.⁊ Ang.in.l.j.§.fuit quesitum.ff.ad Trebe.cum suis concord.ergo in preiudicium dictorum heredum qui pupilli erant non potuisse remitti dicta obligatio ⁊ actio competens ad fundum retrouendendū.bene facit tex.nota.in.l.magis puto.§.fundum.in versi.alienationē ff.de reb.eorum.⁊ hoc tanto magis procedit in casu nostro in quo statutum loci requirit certas solennitates,non solum in

alienatione

alienatione prediorum & iurium immobilium, sed etiam mobilium ipsorum pupillorum. ¶ Unde cum in dicta allegata remissione iuris & actionis competentis ad retrouendendum non interuenerint solennia requisita in alienationibus rerum & iurium dictorum pupillorum non potest quouismodo operari dicta secunda venditio, vt per eum sit remissa dicta obligatio de retrouendendo. Alex.

## Epitome.

¶ Pactum inter fratres quod alter alteri sine liberis & testamēto decedenti succedat non valet etiam in vim vltime voluntatis, licet inter milites valeat in vim vltime volūtatis tantum. hoc dicit.

## Consilium. XXVIII.

Ponderatis verbis instrumenti conuentionū initarū inter Jo. quondam Mat. & Gētilē fratres sup cōione bonoꝝ cū pacto per qd in instrō dr quod se obligauerūt quod si aliquis ipsoꝝ decederet sine filijs legitimis & naturalib[a], vel[a] sine testamento quod succedat vnus alteri, & alter alteri sine aliqua diminutione cū prestatione iuramenti de nō cōtraueniendo super eo de quo queritur, vꝫ an stāte quod dictus Jo. decessit sine filijs, & ab intestato superstite dicto Gentili e ac Marcello eorum communi fratre bona hereditatis dicti Jo. ad Gentilem duntaxat vigore dicti instrumenti, an vero communiter ad vtrūq; fratrem pertinere debeant, vt illius ab intestato heredes. ¶ † [1] Uideretur fortasse prima cōsideratione dicēdum dictum Gentilem virtute dicti pacti iurati esse preferēdū: qꝛ pactū de futura successione acquirenda regulariter non valet. l. pactum qd dotali. C. de pac. l. cū donationis. C. de transact. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. tamen illud videtur esse verum quando per hoc infringeretur libera testandi facultas, vt sonat tex. in d. l. pactum. secundū predictā conuentionē non impeditur libera testandi facultas: quia conuentū fuit quod si vnus decederet sine liberis, vel sine testamēto, vnus succedere alteri & sic non impediebatur testari, & illa disiūctiua posita inter illas duas conditiones, scilicet sine filijs, vel sine testamēto, resoluitur in ꝯiūctā. l. generaliter. in prin. C. de insti. & substitu. sub condi. fac. & l. lucius. l. vltima. ff. de insti. ¶ Preterea posito quod nō valeret dicta conuentio de succedendo, quando non esset iuramēto vallata, tamen propter iuramētum potest dici validata, vt tenet Bal. in. c. moribus. in tit. si de feu. fue. cōtrouer. inter domi. & agnatos. vbi dicit hoc probari per tex. in. c. quamuis. de pact. in. vj. & secundū eū licet Barto. in. d. l. stipulatio. & in. l. si quis pro eo. in primo membro. ff. de fideiusso. teneat † [2] quod non valeat pactū de succedendo, etiam si sit appositum iuramentum eo qꝛ inducit votum captāde mortis, & per consequens tanquā iuramētum sit cōtra bonos mores non sit obligatoriū, vt in. c. non est obligatoriū. de reg. iu. in. vj. iuncta dicta. l. stipulatio. & c. ne captāde. de cōces. preben. lib. vj. ¶ Et respōdet Bar. ad dictum c. quāuis. quod ibi loquitur in pacto de non succedendo, quod nō inducit votū captāde mortis. tamen dicit Baldus in. d. c. moribus. se putare quod meri canoniste nō approbarent istā opinionem Bar. quia ratio dicti. c. quāuis. est eo qꝛ illud iuramentū poterat seruari sine interitu saluti eterne. & ad illam responsionem quod inducat votum captande mortis, respondet negando eam: qꝛ nescimus quid sit in animo paciscentium, sed bene scimus quod ipsi possunt obseruare iuramētum sine interitu salutis eterne: & ideo dicit se putare quod episcopi cogerēt iurantē. ¶ Et pro ista opinione dicit ipse esse decisionē Petri de cer. in. d. c. morib[9]. per. d. c. quāuis. nā ibi pactū iuratū factum per filiā de nō succedēdo patri sicut est exclusorū filie a successione: ita intelligitur inclusorium esse filij: & sic tale pactum inducit quod filius succedat, vt. l. cum pretor. in principio. ff. de iudic. l. maritus. C. de procur. & per consequēs ibi potest dici fuisse etiam in effectu pactū de succedēdo. ¶ Cōfirmātur predicta per id qd consuluit Oldra. consi. cxxix. incip. ad habendum aliqualem notitiā &c. & Jo. and. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. porro. in vlti. col. in ver. fuit etiā alia questio, de facto duo fratres &c. & Alb. de ros. & Sal. in. l. fi. C. de pac. & Ang. in. l. hereditatē. ff. de bo. auth. iud. pos. & in. l. sancimus. C. de dona. & ibi etiā Bal. in aliquibus lectu. & Joā. de Jmo. in. l. aquilius regulus. circa penul. col. ff. de dona. vbi concludunt † [3] quod si duo fratres habentes bona paterna, & alia acquisita ad inuicem conuenerunt quod eorum quisq; donabat alteri omnia bona paterna hac lege, quod superuiuēs vel eius liberi haberēt omnia illa bona decedentis sine liberis, valebit hec cōuentio: & debebit seruari etiam absq; insinuatione: quasi ista non sit proprie donatio, sed promissio quedā facta ex honesta causa, & videat vna donatio esse causa alterius & nō mera donatio. allegat not. in. l. licet. C. de pactis. & in. d. l. aquilius. cum alijs plenius allegatis per eos in dictis loci. Et si diceretur quod ipsi loquūtur quando nō vniuersitatis omniū bonorum presentium & futurorum, & sic non hereditas donabat sed certa bona, puta paterna: potest rn̄deri quod etiā in casu nostro possunt dicta verba intelligi & restringi circa bona cōmunicata & cōtenta in dicto instrumento, & nō de vniuersali successiōe, & presertim vt act[9] valeat potius quā pereat, prout fieri debet. l. quoties in stipulationibus. ff. de ver. obl. c. abbate. de verbo. signific. ¶ Tamen premissis non obstantibus contrariam sentētiam de iure probabiliorē esse arbitror, presertim ex infra scriptis, & primo per tex. in. l. eo. C. de inuti. stipula. vbi tex. clare dicit † [4] quod conuentio de futura successione cū sit contra bonos mores nullius est momenti: ergo si saltem valeret quādo contrahēs decederet ab intestato, nō esset verum dicere quod talis cōuentio esset nullius momenti: qꝛ imo illo casu debuisset valere, cum in talem euētum non auferret liberam testandi factionem: ergo alia etiam fuit ratio nullitatis dicte conuētionis quam ratio auferende libere factionis testamenti, vt probat. d. l. ex eo. in verbo, nullius momēti. inducēdo vt predixi. ¶ Cōfirmaꝰ per id qd habetur in. l. hereditas. C. de pact. cōuen. super dote. & qd ibi no. vbi habeꝰ quod hereditas potest dari in testamento non per pactum seu contractum. ¶ Itē probaꝰ per id quod habetur in. l. licet. C. de pac. cuꝫ ibi notatis, vbi singulariter probat † [5] quod non potest dari successio seu hereditas per pactum, vel donationem causa mortis, sicut nec per codicillos nisi inter milites. & ita ibi colligitur per Bart. & alios post eum ex illo tex. & patet etiaꝫ ex illa. l. quod talis dispositio inter nō milites non valet, etiam nō condito testamento: qꝛ ibi est speciale vt valeat inter milites, dum tamen miles in cōtrarium nō fecerit aliaꝫ dispositionē testamētariam. ita declarat illam. l. Joan. de Jmo. in. l. ille autem. ff. de here. insti. & etiam Fulg. & Paul. de cast. in. d. l. licet. qꝛ scdm eos illa lex est exorbitās inquantū vult quod per pactū possit dari hr̄ditas. d. l. hr̄ditas. ideo cū illa. l. simpliciter velit valere conuētionem inter milites quod superstes succedat precedēti, & ibi nō dicaꝰ quod premoriēs nō possit alium instituere si velit, nec dicatur ibi quod precedens sit astrictus ad instituēdum superuiuētem, quod etiā esset exorbitans, per. d. l. stipulatio. satis operatur. d. l. licet. si superstes succedere possit premoriente in casu in quo alteri non reliquerit hereditatem quod inter paganos fieri non poterat iuribus supra in principio allegatis. ideo non debet illa lex extendi: quia in exorbitātibus non fit extensio etiam ex identitate rationis. l. si vero. §. de viro. ff. soluto mat. & in regula, que a iure. li. vj. ¶ † [6] Et comprobatur, quia si illa dispositio facta ibi inter milites valet iure vltime[b] voluntatis, vt ibi per glos. fin. Bartol. & alios: ergo sequitur quod non aufert liberam testamēti factionem, cum vltima voluntas semper sit irreuocabilis. l. si mihi & tibi. §. in legatis. de le. j. l. iij. §. fin. ff. de adimen. lega. ergo sequitur quod in casu dicte. l. licet. illa conuentio inter paganos non reprobatur ex eo quod si valeret auferret liberam testandi factionem: quia nec etiā aufert d. l. ibi inter milites. quāuis inter eos ꝯuentio valeat, & sic ratio illius legis est, quia non potest dari successio vniuersalis heredi per pactum seu cōuentionem. d. l. hereditas. & l. verba gesserunt. ff. de verb. signi. confundatur virtus testamentorum contractuum. & quia cum a communiter accidentibus agatur in actione hereditatis de maiori preiudicio voluerūt iura hoc fieri per actum magis solēnem & vallatum maiori numero testium & maiore solennitate quam sit illa que sufficit communiter in contractu. l. fina. C. de fideicommis. l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. ¶ Benefaciūt not. per Fran. tigri. Bal. Salyc. & modernos in. l. ij. C. de codicil. dū tradunt quare hereditas nō possit dari in codicillis directe, sicut in testamento dari potest, vel etiam fm Barto. & modernos in. d. l. stipulatio. & Richa. & Bar. & Saly. in. l. pactum quod dotali. C. de pact. ratio quare non valet dicta conuentio de succedēdo ipsi pascisceti est, quia inducit votum captāde mortis, vt etiam dicit Paul. de cast. in l. pactū. C. de colla. & Domi. de sancto Gemi. in. d. c. quāuis. & alias rationes etiam reddit Saly. in. l. pactum quod dotali. C. de pac. propter quas dicit † [7] quod tale pactum est contra ius diuinū, naturale, gētium, & ciuile, & nutriens peccatum. ¶ Et istā conclusionē quod nō valeat conuentio de succedendo sequuntur cōmuniter doc. vnde Cy. in. l. fi. C. de pac. in dist. quā ibi ponit post quintaꝫ vel sextā op. dicit quod pactū de succedēdo in hereditate ipsi[9] paciscētis nō valet nisi inter milites. per. d. l. licet. &

[a] ¶ Uel. Hec alternatiua est pro copula ad vitādum absurdū intellectum quod filij excluderentur nisi ex ex testamēto, iuxta. l. sepe. de ver. sig. & que no. s. li j. consi. xxij. s. nu v. [illegible]

[b] ¶ Ultime. Gui pa. cōsi. xxxj. & ci consil. ccxxv. cōs. ccccxvj. col. j. cōs. ccccclv. Hyppo. mar. no. cccxxxij.

sic patet mētem suā esse ꝙ non valeat etiam quo ad succedēdū ab intestato:qꝛ satis diceret valere si ad illū effectuȝ valere posset. ¶ Ita etiam tenet Bar.in.d.l.fi.maxime in versi.iij. quero 8 an † valeat pactum de successione ꝛc.vbi dixit ꝙ aut sit pactuȝ ꝙ mihi succedas:ꝛ nō valet,vt in iuribus supra allegatis.ꝛ est cōtra bonos mores ſm eū:ꝛ iste est casus noster.Aut sit pactū per qđ ꝓmitto tibi bona mea post mortē:ꝛ tūc valet:qꝛ est donatio causa mortis,vt ibi per gl.ꝛ plenius per Bar.ꝛ alios ibi ꝛ iste vltimus nō est casus noster:qꝛ dicunt verba instrumenti ꝙ dicti cōtrahentes se obligauerūt ꝙ si aliqs ipsoꝝ decederet sine filijs legitimis ꝛ naturalibus vel sine testamēto succederet vnus alteri,ꝛ alter alteri sine aliqua diminutione. ¶ Istā cōclusionem etiā firmant Docto.communiter in.d.l.stipulatio.ꝛ 9 ibi propter hoc dicunt† ꝙ talis conuentio non validatur iuramento,cū sit cōtra bonos mores.d.c.non est obligatorium. ꝙ nō validetur iuramento.tenet etiā Bar.in.d.l.fi.in ver.ij.quero vtrū valeat pactū de iure ꝛc.ꝛ etiam ibi Ang. ¶ Et ideȝ tenet Cy.Bart.Ang.ꝛ Salyc.in.d.l.pactum ꝙ dotali.C.de pac.ꝛ Bar.in.l.si quis pro eo.in princ.ff.de fideiuſ.in primo membro principali.ꝛ Bal.in.l.pactū.in quinta opp.C.de colla.ꝛ ꝑ glo. in.l.si qñ.q.i.C.de inoffi.testa. ¶ Et est de mēte Ang.in.d.l.licet.dū dicit ꝙ in terminis illi⁹ legis ꝯuentio illa inter priuatos nō valet,qꝛ inducit votum captande mortis,ꝛ est cōtra bonos mores. ¶ Et ꝙ non firmetur iuramento tenet etiam Ant.de but.in.c.cum cōtingat.de iureiuran.circa tertiam col.ꝛ Lud. Roma.in.d.l.pactum.de col.ꝛ Iacob.aluarotus in.d.c.moribus.ꝛ Domi.de sancto Gemi.in prealleg.c.quamuis. ¶ Pro hoc etiā facit,qꝛ attēta dicta ratione vcȝ ꝙ hic habuerit defectus solēnitatis formalis.s.testamētarie que requirebat̄ vt hereditas per aliquaȝ dispositioneȝ hominis dari possit non suppletur talis defectus per iuramētum:qꝛ deficit forma que dat esse rei.ita concludit Bar.in.d.l.si quis pro eo.in octauo membro.ꝛ sequuntur alij ibi ꝛ in.d.c.cum cōtingat.ꝛ maxime Bal. ibi in.ix.col.in ver.septima cōclusio. ¶ Et licet quandoqȝ iuramentum faciat ꝙ actus qui ratione defectus forme nō potest valere prout agitur valeat vt valere potest.l.cum pater.§.filijs matrem.de leg.ij.tamen in casu nostro nō potest valere etiaȝ in vim donationis causa mortis vel alterius cōtractus in quibus quidē dari nō pōt hereditas.d.l.licet.ꝛ.d.l.hereditas. ¶ Fortius videtur dici posse ꝙ si dicta cōuentio valeret in vim obligationis vt verba sonant auferret dicta conuentio liberam testandi factionē quod sine dubio est cōtra bonos mores, adeo ꝙ iuramentum talem conuentionem non validat.d.l.stipulatio,cū ibi not.per Doct.ꝛ in.d.l.pactū quod dotali.C.de pac. ¶ Et ꝙ hoc sit veruȝ,sic probari potest.nā verba conuentionis dicunt ꝙ se obligarunt ꝙ si aliquis ipsorum decederet sine filijs legitimis ꝛ naturalib⁹,vel sine testamēto ꝙ succedat vn⁹ alteri sine aliqua diminutione,ꝛ sic attēto ꝙ dicta cōuentio est facta sub duplici cōditione alternatiue,scilicet si decederet sine liberis vel sine testamēto,debet ſcđm regulas iuris cōis sufficere euētus vnius ex dictis duabus ꝯditionibus.l.si heredi plures.ff.de cōdi.insti.l.si quis ita stipulat⁹ fu.x.aureos.ff.de verborum obli.ergo si dicta cōuentio in vim obligationis valeret iuxta eius verba.sequeret̄ ꝙ si alter eorum decessisset sine liberis quāuis decessisset cū testamēto cōdito in quo aliū ꝙ̄ dictuȝ fratrē superstitē heredē instituisset,nō debuisset posse testari ꝛ excludere dictuȝ Gentilē superstitem ab vniuersali successiōe, ꝛ sic verba importarent ꝙ auferretur libera testandi facultas. ¶ Nec ad hoc obst.si diceretur ꝙ dicta disiūctiua apposita inter duas conditiones,in quibus apposita est illa cōditio,si decesserit sine liberis,resoluitur in coniunctam.d.l.generaliter.in 10 prin.ꝛ.d.l.Lucius.† qꝛ respōderi potest ꝙ illa duo iura in hoc exorbitantia regulis iuris cōis loquuntur in vltimis voluntatibus pendentibus a voluntate vnius,nō autē in cōtractibus pendentibus a voluntate vtriusqȝ cōtrahentis, de quibus in presentiarū queritur:ideo tunc nō vendicat sibi locū dispositio dictarū legū.ꝛ hoc probari videtur,qꝛ nos videmus ꝙ in vltimis volūtatibus si testator grauat filium vt post mortē ipsius filij restituat Titio hereditateȝ:intelligitur sub hac tacita conditione.scilicet si filius decesserit sine liberis:ꝛ hoc ex interpretatiōe mentis testatoris que videtur ita esse.l.cū acutissimi.C. de fideicom.ꝛ.d.l.generaliter.§.cuȝ autem.ꝛ.l.cum auus.ff.de condi.ꝛ demonstr.ꝛ tū secus est in contractibus pendētibus a volūtate duoꝝ,vt probatur in.l.i.C.de pact.ꝛ ita decidit notabiliter Bal.in.d.l.cum acutissimi.in fi.superiora tamen magis me mouent. ¶ Ex quibus satis dici potest constare respōsum esse ad allegata in cōtrariū.tamen specialius respondeo, dum dicebat̄ ꝙ dicta cōuentio de qua queritur nō auferebat liberā testādi factionē,ꝛ ꝙ nō erat cōtra bonos mores.nā in hoc cōiter tenet̄ cōtrariū,scilicet ꝙ imo sit cōtra bonos mores ꝛ nō valeat,nec etiā iuramēto firmet̄,vt supra deductū fuit,licet Bal. in.d.c.morib⁹.teneat ꝯtrariū:ꝛ ideo eius decisionē reprehēdit specifice Lu.Ro.in.d.l.pactū.C.de colla.ꝛ Iac.aluarot⁹ in.d. c.moribus.vbi refert ꝙ ipsemet Bal.tenuit contrarium in.d.l. pactū.de colla.ꝛ ibi etiam Fulgo.ꝛ Paul.de cast.ꝛ etiā Ant. de but.in.d.c.cū cōtingat.ꝛ est cōmunis sentētia,eo qꝛ est ꝯtra bonos mores. ¶ Nec obst.rationes allegate per Bal.licet prefati moderni nō respōdeāt.ꝛ primo dum Bal.dicit negādo ꝙ nō est cōtra bonos mores,qꝛ nescimus quid in animo habeāt cōtrahentes,qꝛ dico quod imo iuris presumptione est contra bonos mores,vt ꝓbatur in.d.l.ex eo.C.de inuti.stipu.ꝛ etiā in d.l.licet.vt induxi supra.Preterea si vera esset ratio Bal.sequeretur ꝙ etiam quādo fit pactum super hereditate tertij viuentis certo modo disponenda inscio illo tertio non deberet dici ꝙ talis cōuentio esset cōtra bonos mores.aut ꝙ induceret votū captāde mortis eo qđ nescimus quid illi cōtrahentes in mente habeāt.ꝛ tamen hoc est contra.d.l.fi.C.de pact. ¶ Nec obstat id quod habet̄ in.d.c.quāuis.inducendo vt etiā inducit Bal. in.d.c.moribus.qꝛ respōdeo quod ibi loquitur in pacto de non succedendo in quo cessant rationes quas dixi supra,militare in pacto de succedēdo,ꝛ illud pactū de nō succedēdo erat improbatū a iure ciuili ꝓpter aliud,scȝ quia suspicata est lex ꝙ filius vel filia ꝓ modico remitteret multa,vt not.Bar.in.d.l.si quis ꝓ eo.in vltimo mēbro.ꝛ in.d.l.stipulatio.ꝛ Bal.in.d.l.pactum. C.de colla.in.xix.q.vbi aliā rationem addit. ¶ Nec obst.quod ꝑ pactū filie de nō succedēdo patri inducatur qđ filius succedat,ꝛ sic videt̄ etiā ibi esse pactuȝ de succedendo:qꝛ respondeo quod ibi nullū fuit factū pactum nisi cū filia qui iurauit nō succedere,ꝛ dato ꝙ in ꝯsequentiā istius actus premissi resultet necessario ꝙ melior fiat ꝯditio alioꝝ filioꝝ qui nō renūciauerūt, tamen hoc venit in cōsequentiā:ꝛ hoc tunc toleratur quamuis directo seu principaliter nō posset induci per pactū de succedēdo.l.i.in prin.ꝛ ibi no Dy.ꝛ Bar.ff.de autho.l.si vnus.§.illud. ff.de pact.l.si is qui duos.in fine.ff.de libe.leg.ꝛ plene not.Cy. ꝛ Saly.in.l.iij.C.de iudi. ¶ Et stāte ꝙ dictū iuramētū in casu nostro sit cōtra bonos mores,vt est dictū,sequit̄ ꝙ non obstat illa ratio Bal.in.d.c.morib⁹.scilicet qđ iuramentum debet seruari qñ pōt seruari sine interitu salutis eterne:qꝛ respōsio patet per id qđ habetur in.c.cum quidam.de iureiur.ꝛ in.d.c.non est obligatoriū:cum simi.maior est etiā ratio in casu nostro ꝙ dicta cōuentio de succedēdo inducat votū captādē mortis quam in pacto facto super hereditate tertij certo modo disponēda casu quo de iure successio ad eos deueniret:quo casu valet si i pacto interueniat cōsensus illius tertij.C.de pact.qꝛ in casu dicte.l.fi. pactū nō inuitabat ad successionē,qꝛ qđ deberet succedere erat in cōditione nō in dispositione.l.ex facto etiā.ff.de here.instit.l. si quis sub cōditione.ff.si quis omis.cau.test.sed in casu nostro 11 erat in dispositione que inuitabat ad succedendū.† ¶ Nō ob. etiā id qđ tradit̄ per Old.in.d.cōsi.cxxix.ꝛ per Io.and.in.d.§. porro.cū si.qꝛ rñdeo ꝙ ipsi nō loquunt̄ in successione vniuerse a hereditatis,sed in donatiōe aliquoꝝ [a] bonoꝝ,puta paternoꝝ seu presentiū reciproce facte,qđ quidā fieri potest per cōtractū. l.si qui argentū.§.sed ꝛ si quis.C.de dona.ꝛ.l.oēs.§.Lucius.ff. que in frau.credit.sed nos loquimur in cōuentione facta quod vnus succedat alteri post mortē sine diminutione,quo casu videtur esse actū de hereditate,ꝛ ideo nō valet.ita declarat Bar. in.d.l.fi.in ver.iij.quero ꝛc.ꝛ bene probat̄ in.d.l.licet.C.de pac. ꝛ verba dicte cōuentionis nō patiuntur quod restringatur illa clausula ad bona communicata tantum,vt ostendunt maxime illa verba sine diminutione.l.Iulianus.in prin.ff.de leg.iij.l.fi. C.ad legē Falci. ¶ Facit qđ not.Bart.in.l.centurio.ff.de vul. ꝛ pup.duȝ tractat an substitutio cōpendiosa facta per verbum commune filio impuberi valeat intra tēpora pupillaris etatis in directo cum suis cōcord. Item dubitatio in casu questionis formate per Old.ꝛ Io.an.solū erat an in illa donatione requireretur insinuatio,nō autē an esset ꝯtra bonos mores vel de futura successione,aut esset inualida alia ratione quā ratione defectus insinuatiōis,de qua insinuatione in casu nostro nō hesitatur. Ex qb⁹ cōcludo nō obstantibus cōtentis in dicto instrumento ambos fratres superstites ad successioneȝ fratris intestati venire,vt etiā clare ꝛ copiose deduxerunt duo celeberrimi domini aduocati ꝑfati Marcelli mihi fratres honorādi. Alex.

a ¶ Aliquoꝝ. Auf. in addi.ad questi. thol.cccclij. Ias. d.l.stipulatio hoc mō cōcepta. Alil. ccxi.cōs. ccxxxiij. col.v.lib.ij.cōsi.v. cōs.xvij.col.fina. lib.iij.Cur.iunior consi.i.col.v.cōsi. xv. Alber. bru. cōs.viij.col.iiij.ꝯs. ix.col.fi.cōs.x.col. v. Stepha.bertr. ꝯsi.iiij. visis.in.ij. dubio.cōs.lxxviij. li.ij. deci.d.l.pactuȝ quod dotali. ꝛ cōsi.ccxvi.cōsil. ccxxv.cōs.ccxxxvj. col.vj.consil. dlxxviij.Lud.gozadi.cōsi.lxxxvij. Benedi.repet.c. Raynutius.vers. duas habens filias.nu.cxcvij.

## Epitome.

¶ Ualet renunciatio filie minoris future successioni patris.in xta.c.quamuis.ꝛ excluditur abintestato,etiam si pater non reliquit nisi filias,dummodo hoc vltimo casu tempore renūciationis non fuerint masculi.h.d.

Consilium

# Consilium.XXIX.

Preclare subtiliter ac copiose allegatum ꝛ iure conclusum esse arbitror ꝑ excellentissimum iurisconsultum dominum Joan. baptistam de gazalupis de sancto Seuerino mihi patrem obseruandum, ꝛ propterea in eandem sententiam concurro. scilicet quod dicta renunciatio a principio valuerit etiam quo ad excludendam dictam Catharinam a successione intestati dicti Nicolai patris sui. ¶ Et quamuis prima consideratione satis in contrarium facere videretur illud quod domini de rota dicūt in ea decisione quam refert Domi. de sancto Geminiano in capitulo quamuis. ad finem. de pactis in. vj. dum dicūt † qꝺ si filia renūciauit secundū formā dicti. c. quis. promittēdo nunquam habere regressuꝫ ad bona paterna nihilominus si pater decedat abintestato poterit illa predicta vna cū alijs descendētibus patris ab intestato succedere non obstāte renūciatione predicta: qꝛ pater decedendo ab intestato videtur tacite proximioribus reliquisse [a]. l. conficiuntur. ꝛ. l. si quis cum nullum. ff. de iure codici. ꝛ sicuti si pater eam instituisset posset admitti filia ex testamento. ꝛ sic ex nouo iure non obstāte pacto vel renūciatione. argu. c. cum inter. ꝑ de renun. ꝛ. l. si mater. §. eandē. ff. de exceptio. rei iudi. ita etiā videbatur ꝙ ipsa possit ab intestato tosuccedere ex tacito relicto. ꝛ pro hoc allegant dictum Zen. in preallegato. c. quis. tamen vt refert ibi Dominicus dicere dominos de rota nōnulli tenuerunt cōtrarium: scilicet † ꝙ filia non possit abintestato succedere postꝙ generaliter renunciauit, ꝛ sic videatur vtriqꝫ renunciasse. argu. l. j. §. sed videndum. cum ibi nota. in gloss. de succes. edic. ꝛ arg. l. fin. ad finem. C. de do. promis. ꝛ per not. per Cy. in. l. ij. in. vj. q. C. de rescin. vendi. ꝛ per Joan. and. in. c. pen. de empt. ꝛ vend. super vlti. glos. ¶ Et respondent ad rationem fundatam in. d. l. conficiuntur. ꝙ illud procedit quādo pater nō fecisset filiam renunciare. secus si fecit eam renunciare: quia † quo ad illam personam renunciante presumitur adhuc durare illa voluntas que aderat tēpore renūciationis nisi appareat mutata. c. maiores. de baptis. l. cum hic status. §. j. ꝛ sequē. ff. de dona. inter virum. ꝛ ista est vlti. opi. relata per dominicū in. d. c. quis. ꝛ sic videtur illi adherere iuxta notata per glo. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. in gl. penul. ꝛ. l. bona fides. ff. depositi. cum ibi nota. per Bar. ꝛ Joā. and. in. c. j. in ver. sed tutius. de sententia excommu. in nouella, ꝛ in. c. j. in verbo, de nostra. de penis. eodem li. ꝛ Bal. in auꝭ. ex testamento. in prin. C. de colla. ꝛ in. l. si mater. C. ne de statu. defunc. cū simi. ¶ Et pro hoc etiam facit illud ꝙ dicit Domi. in d. c. quis. in fi. dū refert quod Ang. cōsuluit qꝺ facta dicta renunciatione si pater decederet sine descendētibus, filia succederet abintestato: sed in casu nostro decessit cū descēdentibus. ¶ Preterea si recte consideretur intētio doct. cōmunis est qꝺ filia propter dictam renunciationem excludatur a successione abintestato, ꝙ patet quia text. in. l. pactum quod dotali. C. de colla. dicit ꝙ filia que pactum fecit ꝙ dote contenta esset, ꝛ nulluꝫ regressuꝫ ad bona paterna haberet nō impeditur succedere abintestato, vt ibi dicit litera. ꝛ tamen doc. ibi communiter dicunt quod quādo dicta filia iurauit erat correcta. d. l. pactum. per. d. c. quamuis. ergo voluit ꝙ tunc filia non succedat abintestato vt etiam ibi est aperte de mente Bal. in suo summario iūcta prima oppositio. ꝛ patet ex tex. d. c. quis. qui se refert ad dictam legem, pactum quod dotali. que improbat pactum illud de non succedendo adeo ꝙ abintestato filia succedere poterat. ¶ Et ꝙ dictum pactum iuramento vallatum sit efficax ad excludendam filiam a successione intestati tenet etiam Nicolaus de neapo. in. l. cum posthumus. ff. de liberis ꝛ posthumis, ꝛ Ludoui. roma. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. in. x. vel. xj. col. vbi refert etiam ita de mēte Bald. in. l. si. C. de pact. ꝛ ita etiam vult Ludo. roma. in. d. l. pactum. C. de colla. in. iiij. col. ita etiam est de mente Ange. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. in ver. j. fallit ꝛc. ¶ Istam questionem etiam decidit expresse Saly. in. l. pactuꝫ quod dotali. C. de pac. in penultima col. dicit ꝙ filia dote sibi constituta iurauit secundum formā dicti. c. quis forte non intelligeꝛ ꝓhibita succedere abintestato nisi extarēt fratres vel alij liberi quorum contemplatione pater videretur hoc pactum exegisse per d. l. pactum. C. de colla. qꝛ eis extantibus pater non videbit eā voluisse vocare abintestato sed primeuo ꝓposito exclusorio ꝑsistere qꝺ secus est illis nō extātibus, † qꝛ verba generalia si debent restringi vt non videatur quis alienam posteritatem sue anteponere. l. cum acutissimi. C. de fideicōmis. l. cum auus. ff. de condi. ꝛ demonstrationibus. l. generaliter. §. cū autē. C. de insti. ꝛ substit. sub condit. fac. sed in proposito vltra dictam Catharinam extabāt descēdentes dicti testatoris, scꝫ alie sorores Catharine nondū nupte: quarum alique adhuc veniebant tēpore mortis patris, ergo videtur ꝙ testator istarum illarum filiaruꝫ contemplatione hoc fecerit. ¶ Nec dicatur ꝙ videatur fecisse cōtemplatione dicti Joannis nati ex fratre dicti Nicolai premortuo, qui Joan. viuebat tempore renunciationis, ꝛ postea dicto Nico. adhuc viuente: ꝛ sic videtur ꝙ renunciatio illa videatur facta cōtemplatione dicti Joan. per quem melius potuisset agnatio dicti Nicolai cōseruari, iuxta id quod habetur insti. de legi. agna. successione. in prin. ꝛ. l. ij. §. j. ff. de suis ꝛ legi. ergo mortuo Jo. debuit extingui virtus dicte renunciātionis. arg. l. iubemus. C. ad Velleia. † qꝛ respondeo ꝙ hec presumptio cessat, attēto ꝙ Jo. nō erat de liberis dicti Nic. vt loquiꝛ Saly. ꝛ extabāt alie sorores dicte Catharine que erat de liberis dicti Nic. ideo nō videꝛ alienā sobolē voluisse sue anteponere. d. l. cū acutissimi. Et qꝺ ita sit: vt patet ex verbis dicte renūciationis duꝫ in ea dicitur ꝙ dicta Catharina remisit dicto Nico. ꝛ notario recipiēti vice ꝛ nomine omnium quorū interest. aut posset quolibet modo interesse tā ex testamēto ꝙ abintestato ꝛ aliter quocūqꝫ ꝛc. Si ergo dicere vult ꝯsequēter Catharina ꝙ Nico. tpe recepte renūciationis motus fuerit cōtemplatione persone Jo. ꝛ sic habuerit respectū ad statū in quo res tūc tpis erat. s. ꝙ viuebat Jo. ꝛ sic ꝙ voluerit renūciationē habere vires rebꝰ sic in futuruꝫ se habētibus prout se habebāt tēpore renunciationis iuxta. l. qꝺ seruis. cuꝫ ibi no. ff. de cōdi. ob causaꝫ. l. ꝯtinuus. §. cum quid. ff. de ver. oblig. certe hec allegatio domine Catharine confunditur per dicta verba instrumenti comprehendentia causam intestati: qꝛ rebꝰ in futurum se habentibus, prout se habebāt tēpore renūciationis, id est, si vsqꝫ ad tempus mortis Nicolai vixisset dictus Joā. ꝛ etiam vixissent dicte filie Nicolai vl' alique ex eis nō poterat abintestato Jo. succedere. d. Nicolao, in auth. de here. que abintesta. §. j. ꝛ. l. fin. C. de suis ꝛ legit. ¶ Et profecto in casu nostro ꝓpter dicta verba instrumenti q̄ manifeste cōprehēdunt etiā causaꝫ intestati videꝛ vera de iure ista cōclusio ꝙ dicta renunciatio obstet domine Catharine ab intestato ꝛ alias illa verba nihil operarentur cōtra. l. si quādo. in princ. ff. de leg. j. ꝛ. c. si papa. de priui. in vj. ꝛ per no. ꝑ Bald. in rubrica. C. de cōtrahen. emp. in. ix. q. cuꝫ si. ꝛ huiusmodi verba ita pregnantia ꝛ clara non erant adiecta in casu quo loquitur Domi. in. d. c. quis. nec in casu in quo loquitur Saly. in. d. l. pactū. ꝛ sic casus noster videtur minꝰ dubitabilis. ¶ Pro quo etiam facit coiectura quod Nicolaus tempore quo alias filias dotauit nō fecit eas renūciare vnde succedit id quod dicit tex. in. ij. de transla. ꝑla. ibi, vnde si circa translationē idē fieri voluisset quod de cessione dixerat ꝛc. ideo nō voluisset alias filias suas esse patris conditionis cum Catharina fecisset eas renunciare, ꝛ non fuit Nicolaus ignorās vel alio impedimēto impedictus testari vel dictam renūciationem ꝛ iuramentū remittere dicte domine Catharine vt facere poterat iuxta id qꝺ habetur in. c. ij. de sponsa. ꝛ in. c. cōsuluit. de vsur. ergo debet interpretari eum in primo proposito perseuerasse, vt dixi supra. facit. c. ad audientiam. de decimis. ꝛ. l. tractabatur. ff. de testa. mili. ꝛ. l. iij. C. de inoffi. testamen. cum simi. ¶ Et sic negari nō potest quin dictus Nicolaus in residuo videatur voluisse preferre alios descendētes suos dicte domine Catharine. ¶ Et inter cetera potuit moueri qꝛ inspecto statu facultatum quas habebat Nicolaus tempore renunciationis sibi facte: ꝛ etiam attento numero filiarum quas habebat dedit in dotem dicte domine Catharine vltra virilem portionem ꝛ ideo non incongruum fuit, † nec est qꝺ sicuti si nō excreuissent [b] facultates di

[a] ¶ Reliquisse. sꝫ nō ꝓpterea cēseꝛ eos heredes nominare. vnde singulariter cōsuluit Stepha. bertrā. cōs. xc. viso instrumēto. lib. j. ꝙ nō valet nec obest renunciatio future successionis quam filia fecit patri recipienti nomine heredū suorū per eū nominādorum, si nullos nominauit. Sed caue, qꝛ hoc videtur cōtra casum in. l. iij. C. de cōtrahen. ꝛ cōmi. sti. puto ꝙ illud cōsi. recte ꝓcedit si pater nullos reliqt masculos lꝫ filias alias reliquerit. si vero videꝛ verisimileꝫ mentē magis ꝙ verba inspiciēdo [illegible].

[b] ¶ Excreuissent. hinc lꝫ oēs doct. in. d. c. quāuis. dicant, ꝙ potest restitui si enormiter lesa sit saltē ī legitima. Anch. cōsi. xxix. Ant. de petru. rep. lib. j. de in reīrādo. in. v. effectu. Bertrādus cōsi. cxxxvij. quia prouido. li. j. cōsil. cccxxxvij. viso cōsilio. libr. ij. Anto. rub. ꝯsil. cj. Alc. l. j. §. si quis ita. nu. xlviij. de ver. Alc. tamē ꝯtrariū obseruamus, vt etiā si ꝯstet de enormi lesiōe, ꝛ quod pater vl' mater dedit ei minꝰ legitima non restituaꝛ nec ad supplementuꝫ legitime admittitur. ꝛ ita sepe vidi iudicari in hoc senatu vt per famosum illud arestuꝫ classibꝰ cōgregatis latū ꝛ die. vij. Septēbris, anno M. D. xxxvij. platū ꝑ Jaco. de louan dn̄o de nogēt declarauit ꝯ Guidonē d̄ maille dominū de Breze ꝛ Annā d̄ louā eiꝰ vxorē. ꝛ illud de cāny ꝛ similia q̄ omitto, ꝛ merito quia iura cōfidūt de patre ꝛ idē de matre vt i. d. aresto. ꝙ hꝫ locū etiā qn̄ parēs h̄ facit fauore filiorū suorū masculorꝫ, vt assolet, qcqd dicat Deci. d. l. pactū dotali. ad fi. ꝛ pro h̄ nostra obseruātia pulchre facit paul. cōs. cclxxv. col. iij. li. j. quē sequiꝛ alex. cōs. xxxiij. col. ij. ꝯ. li. iij. cur. senior cōs. xxvij. co. xiij. cōs. lxxx. col. fi. deci. ꝯsi. xxvj. Alci. de ꝓsum. reg. j. in. ij. illater. n. viij. latissime briu. trac. statuto. exclu. femi. arti. ix. ꝛ hoc qn̄ agitur de renūciatiōe successionis iure. secus in iā delata de qua loquitur Ancha. repet. c. j. q. xj. de consti. repe. c. accessoriū. char. iij. de reg. iur. in. vj. cōsi. cccxxxix. col. fi. cep. cau. ciuil. cōsi. xvij. cor. cōsi. xj. cōsi. cxxiiij. li. iij. Jas. auꝭ. sacra. col. ix. C. si aduer. ven. que sedulo distingui debēt quia doc. in prefatis locis hec duo sepe male cōfundunt. qꝺ faciūt. qꝛ ꝓsupponūt qꝺ sup sticiosa. d. auꝭ. sacramēta puberū. vigeat. q̄ nedum in toto hoc regno sꝫ fere vbiqꝫ iaꝫ exultauit. Jtē predicta intelligēda sunt dūmodo alias filia honeste ꝛ decēter eloquata sit secus. si cōstaret nō esse parentem factuꝫ officio parentis vt etiam voluit pau. ꝛ cor. in prefatis cōsilijs quid enim si parēs filiū vnicuꝫ primi matrimonij fauore liberorū scdi male tractet? nō enim pretextu dicte honeste obseruātie aperiēda est fenestra iniustis exheredationi [illegible]

cti Nicolai post tēpus renunciationis, minus habuisset quelibet dictarum filiarum, tunc viuentium, quas habuisset dicta domina Catharina. ita etiam si contingit ampliari facultates dicti Nicolai, & diminuta esse onera debeat cedere ad cōmodū dictarū aliarū filiarū Nic. arg. l. de fideicōmisso. C. de trāsactio. & l. si ea lege. C. de vsur. l. si pater pupille. C. de inoffi. testamē. & l. eum qui. in prin. ff. de iureiuran. & per id quod not. Iaco. but. in. d. l. pactum. de colla. dum allegat dicte. l. de fideicommisso. & Bald. in. l. quamuis. in fi. C. de fideicom. & in. l. fi. §. j. C. vsur. rei 7 iudi. & in. l. successione. C. de reuoc. his q̄ in frau. cred. ¶ † Nec insinuatio fuit necessaria in dicta renunciatione facta propter dotem datā, vt clare decidit Bar. in. l. illud. C. de sacrosan. eccl. & fuit opportune dictū per prefatū dominum cōsulentē. ¶ Nō obst. etiā predictis, si diceretur quod dictus Nicolaus, vt presumēdum est, fieri fecit dictā renūciationē cōtēplatione posthumorum masculorum, quos sibi nascituros sperauit: ideo cum nulli nati fuerint, debet deficere dicta renūciatio. arg. d. l. iubemus. & facit quod no. Bal. in. d. l. pactum. C. de collat. in. iiij. q. Quia 8 † respondeo quod hic non est presumendum hoc fecisse propter posthumos nascituros, ad quos non presumitur habere affectionem saltem tantum, quanta habet ad descendētes iam existentes in rerum natura, vt probatur in. l. qui filiabus. in princi. ff. de le. j. iūcta ratione illius legis reddita ibi per Dy. & approbata per Pe. Bald. Io. de Imo. Rapha. & Pau. de cast. ibi, & per Bal. in. l. si quis filiab⁹. ff. de test. tut. & per Ioā. de Imo. in. l. Titius. in prin. ff. de libe. & posthu. ¶ Et ideo Doct. bene di- 9 cunt, † quod si extāt fratres masculi tempore quo soror renunciat presumit facta renūciatio patri propter dictos fratres masculos extantes, & illis decedentibus [a] deficit renunciatio. argu. l. qd seruus. ff. de condi. ob cau. cū ibi not. vt not. Saly. in. d. l. pactum qd dotali. C. de pact. & Paul. de cast. in. d. l. pactū. de colla. post Bal. in. iiij. q. & Domi. de sancto Gemi. in. d. c. quāuis. ad fi. & Io. de Imo. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. he. & sic sentiūt aliud esse si masculi non extabant tempore renunciationis, & probatur per rationem dicte. l. qui filiabus. licet ipsi nō allegēt. ¶ Comprobatur etiā alia ratione, quia si habuisset Nicolaus respectū ad posthumos masculos nō oportebat dictam renūciationē fieri: quia per statuta ciuitatis mihi transmissa excludebatur filia propter dotem extātibus masculis. ¶ Non obstat etiā dicte renūciationi si diceretur quod statutum Senense disponit quod nullus filiusfamilias posset aliqualiter obligare in aliquo contractu vel quasi: obligatione vel quasi. sine consensu et voluntate sui patris. & si secus fieret, nullam habeat roboris firmitatē, ergo videtur quod dicta filia non potuerit se obligare dicto eius patri, put in dicto instrumento renunciationis continetur, quia pater non potuit dictum consensum prestare ad sui vtilitatē. l. j. in prin. cum ibi no. per Bar. ff. de autho. tuto. & per not. 10 per modernos in. l. j. §. quesitum. ff. ad Trebel. † quia respondeo primo quod tale statutum loquitur de filiofa, nos autem q̄rimus de filiofa. & statutum contra ius cōmune, loquens in masculo: non habet locū in femina, [b] quia quod nomina prolata in masculino comprehendant feminam: est ex interpretatione extēsiua, non autem ex propria significatiōe. l. pnūciatio. in verbo porrigitur. ff. de verb. signi. & est bonus tex. in. l. pe. in fin. C. de prepo si. sacri cubi. lib. xij. & notat glo. Dy. & Bart. in. d. l. j. ff. de ver. 11 signi. & Iaco. butri. & Bar. in. l. si quis in tatam. C. vnde vi. & in l. j. in prin. ff. de decu. † sed in correctorijs nō fit extensio. l. precipimus. C. de appel. no. in authē. quas actiones. C. de sacrosan. ecc. & no. Bar. in. l. omnes populi. in. vj. q. princ. ¶ Et cōstat dictum statutum esse correctorium, vt. l. filiusfa. ex omnibus. ff. de actio. & obli. l. fi. §. j. ff. de ver. obli. l. & heres. §. filia. cum. §. seque. ff. de pac. & qd statutum correctorium loquens per dictum nomen masculinum non habet locum in femina, tenent etiam Dy. & Io. de imo. in. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de leg. ij. & Ioan. de imo. & Dominicus de sancto Gemi. in. c. generali. de elec. lib. vj. & dominus Cardi. Flor. in clemen. j. de elec. ¶ Itē confirmo alia ratione quod dictum statutum nō cōprehendit casum nostrū, vt patet ex rubro & nigro alterius statuti sub rubrica de cōtractibus factis ante nuptum cum parentibus, vbi apparet posse cōtrahi per filiam cum patre preterquam quo ad 12 certum respectū, de quo in dicto statuto. ¶ † Et pro hoc etiam facit id qd notanter dixit Bal. in. d. l. pactum [c] quod dotali. de colla. in. xxi. q. vbi notabiliter dixit quod si statuto cauetur qd mulieres nō possint contrahere sine consensu duorum propinquorum etiam cum iuramēto: hoc nō habebit locum quando filia renunciat patri. & propter affectum naturalem propter quem lex plurimum confidit de patre: & ei pl⁹ cōfidit quam alteri. ar. l. si furioso puberi. ff. de cura. fur. & l. nec in ea. §. fi. ff. de adulte. & illud dictum sequit Ludo. ro. in. l. si qs mihi bona. §. quod si mandauit. ff. de acqui. here. ¶ Cōfirmari potest etiam per id quod no. Do. Abb. in. c. cum in veteri. super gl. j. de elect. vbi per not. per glo. 13 ibi dixit † quod si ex forma statuti mulier nō potest cōtrahere sine cōsensu duorum propinquorum: & contingat quod mulier vendit aliqua bona vni ex propinquis cum cōsensu alterius propinqui, valebit cōtractus, & dicetur satisfactum statuto: quia propinquus emēdo a muliere videt consentire [d] illi contractui. l. cum pater. §. liberis. & quod ibi not. Bar. ff. de lega. ij. & l. Titius. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. Et dicit qd non obst. id quod habetur in cle. ij. de re. eccles. nō alie. quia respondet quod in casu dicti statuti consensus propinquorum non exigebatur vt authoritas, sed tanquam cōsensus, per not. in. c. cum cōsuetudinis. 14 de consue. ¶ † Accedit id qd not. Bal. in. l. si quādo. §. j. C. de inoff. testa. vbi voluit quod si statutum disponat quod filia non possit cōtrahere vel renunciare sine licentia vel cōsensu patris, pater poterit prestare licētiam vel cōsensum quod renunciet sibi patri: licet dicat aliud esse quando requireretur authoritas: quia inter predicta est magna differentia per no. per Inno. in. c. dudum. de rebus eccles. nō alie. in. vj. & eandem conclusionem approbat Ange. in. d. l. j. §. quesitum. ff. ad Trebe. ¶ Bene facit quod not. Cy. in. l. senium. in penul. q. C. qui testamen. face. pos. tamen circa istam vltimam responsionem nonnulli tenuerunt contrarium: ideo magis adhereo precedentibus responsioni- 15 bus. ¶ † Ad quartam cōfirmationem etiam accedit quod statutū predictum nullam facit mentionem de iuramento, & ideo non videtur trahi ad contractum iuratum [e] per id quod habet in. c. cum contingat. de iureiuran. cum ibi notatis, maxime per Ioā. de Imo. in tertio membro principali, precipue in versic. nūc pro declaratione materie an per statutum possit pbari &c. ¶ Nō obstat etiā quod dicta domina Catharina esset minor xxv. annis. quia responsio patet per id quod habetur authent. sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. & presertim attenta qualitate dotis, quam habuit: & consideratis facultatibus dicti Nicolai quas tēpore renunciationis habebat, prout in themate latius cōtinetur. ¶ Nec etiā obstant dicte renunciationi duo statuta transmissa, quorum vnum incipit, si qua mulier fecerit. & aliud incipit, nulla mulier nupta. quia in veritate illa duo statuta nullatenus attingunt casum nostrum, attento quod per dictam renunciationem nullum fuit factum preiudicium, do- 16 mine Catharine, aut eius filijs in dote data. ¶ † Postremo nō obstat quod dicta renunciatio non debeat subsistere susceptis demum filijs per dictam Catharinam, iuxta illud quod habetur in. l. si vnquā. C. de reuocan. dona. & plene in. l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. ij. quia respondeo quod illud non habet locum in renunciatione facta per filiā in manibus patris pro dote cū iuramēto, secundum formam dicti. c. quamuis. & hoc euidēter probatur per id quod no. gl. in dicto. c. quamuis. in gl. fi. iuncto illo tex. ibi dum dicitur, dum nuptui dabatur &c. Nam ibi habetur quod si filia tēpore quo nuptui dabatur renūciat successioni paterne in manibus patris dote cōtenta, non poterunt filij dicte mulieris postea suscepti venire contra dictam renunciationem: vt in glo. preallegata, que intelligitur quando filij venirēt tāquam heredes matris, vt clare dicit & probat Ioā. de Imo. in. l. qui superstitis. in. ij. vel. iij. colum. ff. de acquirend. heredita. ¶ Hoc etiam tenent omnes Doctores communiter dum di- 17 cunt quod † quando filius vellet venire ex persona vel iure matris cōtra renunciationem factam per eam secundum formam dicti. c. quāuis. nō posset, vt declarāt Doct. maxime Bal. in. l. fi. in. vj. col. C. de pact. & Saly. in. l. pactum quod dotali. in vlti. q. eod. titu. & Oldr. in consil. xl. incipiente, breuiter videtur quod nepotes ex filia &c. & ita etiam de mente Bal. in. d. l. pactum. de codicil. in. ij. & xviij. q. & etiā Bart. in preallegata. l. qui superstitis. attento, quod vt dixi, text. in dicto. c. quamuis. loquitur de renunciatione facta per filiam tempore quo nuptui dabatur, & sic semper talis renūciatio possit infringi in casu in. d. c. quāuis. per ipsam mulierem susceptis filijs seu per ipsos filios heredes mulieris, cuius in cōtrariū communiter concludūt gl. & Doct. in dictis locis. ¶ Preterea dispositio dicte. l. si vnquam. habet locum in mera & propria donatione, nō autem in donatione ob causam, vt per Bal. & Ang. in. d. l. si vnquā, & cōstat istā renunciationem nō fuisse donationē, maxime ppriam: vt ex eius inspectiōe patet: & etiā patet ex superius dictis, & ex not. per Bal. in d. l. illud. de sa. san. eccles. ¶ Et quia de hoc etiam fuit opportune dictum per prefatum dūm consulentem, idcirco absque lōgiori discussione cōcludo dictā renuntiationē impugnari non posse.

[a] ¶ Decedētibus. bal. 3. cccc xxxvij. li. j. l. ius agnationis. C. de pac. Ce. cau. ciui. cōsil. xlix. nu. xj. Guid. pa. Deci. delp. cxcij. cōsil. clviij. in fine. Cor. cōsil. cccxxx. li. j. cōsil. lxxxv. col. ij. cōsil. xcviij. li. ij. cōsil. xx. libro. iiij. Deci. cōsil. cccix. consi. ccclxx. in fi. cōsil. cccxxxiij. col. iij. Bert. consi. lx. qm. cōsil. cxxxiij. p faciliori. col. j. li. j. cōsil. cccxviij. quia tēpore. li. iij. Fran. rip. l. qui rome. §. duo fratres. nu. lxxxix. d ver. obli. adde Alex. 3. li. j. consi. lxix. num. j. Aymo cōsil. xlj. col. j.

[b] ¶ In femina. j. li. vj. cōsil. ccxxiiij. col. j. fulgo. consil. lxxxv. col. iij. and. tiraq. in cōsue. picto. tit. retrac. §. j. glo. ix. nu. cxcj. th hoc dictū in casu subiecto falsum puto. vt & j. li. vij. cōsil. cliiij. nu. iij.

[c] ¶ L. pactū. & ibi las. deci. idē Alci. l. transactionē. C. de transac.

[d] ¶ Cōsentire. j. li. v. consi. viij. col. j.

[e] ¶ Iuratum. s. li. j. cōsil. xxvij. nu. viij.

## Epitome.

¶ Testamētum agnatione posthumi ruptum per clausulam codicillarem sustinetur indistincte siue testator sciuerit & diu superuixerit

peruixerit siue non,saluo ꝙ si etiam expresse testamentū reuocauerit non debentur legata ꝛ fideicommissa ope exceptionis. h.d.Ego vero puto etiam citra expressam reuocationem ipso iure nil deberi.C.M.

# Consilium.XXX.

columna. cū tractat an per testes singulares probet. ¶ Preterea secundus testis, nō deponit de cōfessione facta presente parte ꝛ sic nō pōt dici quod ille solus facit semiplenā probationem: q2 qn̄ talis cōfessio facta absente parte esset plene ꝓbata. s. ꝑ duos testes, nō faceret semiplenā ꝓbationē. c. fi. de succe. ab intesta. l. fi. in prin. de interro. actio. no. Bar. in. d. l. admonēdi. ꝛ doc. in. l. fi. de iureiu. cū fi. ¶ Nec obstant quedā cōiecture allegate per dn̄m aduocatū Laurentij ad supplendā ꝛ ꝑficiendā dictam probationē vltra ea que tamen dicit ꝙ antonius actor respondendo positionibus fatetur se debitorē fuisse dn̄e Lazare in libris octuaginta. ꝛ qđ ducti fuerūt estimatores ad estimandū dictā domū, q2 rn̄deo ꝙ si Antonius erat debitor dn̄e Lazare, nō sequitur ergo ꝙ dedit ei insolutū domū. ꝛ apparet ꝑ instrm̄ de absolutione facta dicto Antonio, absq3 eo ꝙ dicatur ꝙ data fuerit insolutū dicta domus. Et est satis verosimile. ꝙ in eodē instrō voluisset dn̄a Lazara, qđ appareret de datione insolutū facta de domo pro tuitione ipsius dn̄e Lazare, sicut voluit Antonius apparere absolutionē. nā etiā videmus

9 cōiter seruari ꝛ fieri. † ꝛ ꝓcedit argumentū ꝛ ꝓsumptio a cōiter accidētibus iuxta no. ꝑ gl. in. l. neq3 natales. de ꝓbat. ꝛ similiter nō refert ad propositū sola actio estimatorū, vt dixi. s. ¶ Non obstat alia cōiectura. s. qđ Antonius fatetur nunꝙ molestasse laurentiū pro pensione: q2 dico qđ imo Antonius rn̄dendo positionibus, dicit se pluries petijsse dictas pensiones. ¶ Non obstat alia cōiectura qđ estimatores ꝛ Antonius acquieuit estimationi q2 hoc nō inuenio in processu, ꝛ dato qđ appareret, tn̄ non sequitur: ergo Antonius postea dedit insolutū: q2 tex. nō probat contractū esse secutū. l. si ex causa. §. nunc videndū. in fi. ff. de minori. Non obstant cautele solutionis gabelle: q2 respondi supra, ꝛ sic nō potest dici quod hic cōcurrunt multe presumptiones: q2 nullibi probatur etiā in iure istas presumptiones inferentes dationē insolutū esse factā. ¶ Non obstat quod saltem debet deferri iuramentū in defectum semiplene probationis: quia rn̄deo quod ex forma statuti vltra summā. xxv. librarum non potest deferri ꝛ † etiam de iure cōmuni quando causa

10 non est modice quantitatis non defertur vt sunt cōes conclusiones in vulgaribus. ex quibus cōcludo partes clarissimi dn̄i iudicantis esse in pronunciando male appellatum ꝛ victum victori ꝛc. Reliqua suppleat claritas domini iudicantis.

a ¶ Nullum. j. lib. vij. consi. cxlvij. in princip.

b ¶ In integrum. Anto, Butr. consil. xxvij. Cur. senior consi. lxxvij. col. ij.

## Summarium.

3 ☞ Decretum ex falsa causa est nullum, etiā si error procedat ab eo qui illud obtinuit, ꝛ vult dicere nullum. nu. 4.
5 Restitutio datur ob nouiter reperta, etiā contra diffinitiuam.
9 Condicitur bis solutum propter sententiam iniustam.
11 Fides bona prescripta non iuuat nisi allegatur.
13 Fides mala impedit prescriptionem actionum personalium.
15 Juramentum parit actionem iure canonum etiam in foro ciuili.
16 Restitutio ex clausula generali datur contra prescriptionem longissimam.
17 Solutio per alium facta non nomine meo, me non liberat.

## Consilium. LXIX.

In causa ꝛ lite inter Romeum de dubijs ꝛ dominam Bartholomeā vxorem eius, ꝛ filios eximij legū doctoris domini Borini de sala agētes, ꝛ heredes quondā comiti de Ruffinis descendentes post oretenus allegata. ¶ Contingit de duobus

1 principaliter dubitari: ꝛ primo † vtrū dicta sententia adiudicationis teneat, saltem taliter quod nullo remedio posset rescindi in fauorē domine Sancte matris dicti Borini. ꝛ habentium causam ab ea. ¶ Secundo, vtrum omnibus pro parte rei petitis obstat allegata exceptio prescriptionis, ꝛ maxime attēto ꝙ iam sunt anni. xxxij. qđ decessit dictus comes. ꝛ sic videntur quod dicti sui heredes potuerunt per dictū tēpus prescribere. ¶ Circa primum videtur dicendum, quod aduersus dictam sententiam nō possunt venire aliqui heredes Sare ꝛ Bertran-

2 di: † q2 dicta sententia fuit lata in fauorem, igitur non videtur ex aliquo etiā capite presumpte vel allegate ignorātie, aut erroris iudicis qđ possunt contrauenire per. l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j. ꝛ hoc ibi tenet Bal. cuius verba sunt hec, videlicet. Nota quod ille qui obtinuit sententiā iudicis nō potest turpitudinem allegare. nam sententiam facit ius contra ipsum in his que sunt consecutiue victorie seu dependentia ab eo. Bal.

¶ Secundo pro hoc facit tex. in. l. cum putarem. ff. famil. erciscun. vbi si lata fuit sententia cōtra me in fauorem vnius tanquam mei coheredis. cum vere non esset: si tamen pretextu sententie per errorem solui non possum per conditionem indebiti repetere. ¶ Sed his non obstantibus puto contrarium. Primo quia cum nos sumus in directo: nō autem proprie est

3 diffinitiua, que fertur per verbum: condēno vel absoluo. † dico quod sentētia vel primi vel secūdi decreti, seu quodcunq3 aliud

a decretum interpositum ex causa falsa. est ipso iure nullū [a] l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. ꝛ. l. iij. §. puberi. ff. de Carbonia. edict. l. cum vero. §. subuentū. ff. de fideicōmis. libe. ꝛ. l. sepe. ff. de tut. ꝛ curatori. da. ab his. not. Bartol. in preallegata. l, ꝛ in. l. iuste. ff. de acquiren. possessio. ꝛ in. l. si is ad quem. ff. de acquiren. here. ꝛ in. l. is cui bonis. de verbo. oblig. ꝛ Bal. in. l. prescriptione. C. si contra ius. ꝛ. l. si putas. C. de peti. here. ꝛ in. l. ij. ff. de fideicommis. ꝛ in. l. j. C. de vindic. lib. cū similibus. ¶ Sed in dicto decreto fuit expressa causa, que probata est falsam fuisse, q2 adiudicauit iudex dictam petiam terre Bertrando pro quantitate librarum. lxv. Bo. tanquā tornaturas cōtinentē. xxx. ad rōnem librarum. xxij. pro qualibet tornatura: sed hoc probatū est falsum esse, igit ꝛc. ꝛ ex hoc patet vna respōsio ad dictam. l. cū putarem. q2 respondet Bal. in. d. l. iuste. quod dicta lex. cum putarem. loquit in sententia diffinitiua, que ꝓpter falsam causam in facto consistentem, non est nulla, vt ibi. l. si preses. ff. de re iudica. ꝛ in. l. si is ad quē. vbi sequit Jmol. bona assignans rationem differentie inter decretum ꝛ sententiā diffinitiuā. ¶ Non obstat si dicatur ꝙ dicta adiudicatio fuit facta ad instantiam dicti Bertrandi: ꝛ sic non potest allegare ꝙ illa causa fuit falsa

4 ꝛ non vera: q2 dico quod posito quod ita esset. † tamen etiam error in facto proprio est tolerabilis, quādo tractatur de dāno vitando. vt in casu nostro, ꝛ vbicunq3 probatum est in se aliter habere dicitur esse probatum de errore. l. sed si putem. in princ. cum ibi not. ff. de condi. indeb. ꝛ in. l. cum de indebito. ff. de proba. plene ꝑ doct. in. l. error. C. de iuris ꝛ fact. ignor. ꝛ in. l. nō fatetur. ff. de confes. ¶ Quāto magis d3 audiri in casu nr̄o: q2 error fuit in facto alieno: q2 illa petia terre fuit de bonis comitis: ergo tolerabilis fuit ignorantia. l. fi. ff. ꝑ suo. c. ab excōicato. de rescri. cū vul. ꝛ in ꝓposito nostro not. Bar. in auf. s3 cū testator. C. ad leg. fal. ¶ Et pōt talis error qn̄cūq3 allegari etiā post sententiā. maxime per restitutionē in integrū. ꝛ no. Bar. ꝑ illū tex. in. l. pe. ff. de cōfes. ¶ Pōt ꝛ d3 etiā rescidi dicta sn̄ia ex pluribus alijs causis, posito ꝙ teneret vt in allegationibus oretenus factis dictū fuit. ¶ Unū tn̄ rememoro, vez illud ꝙ nō. decidit Cy. in l. j. C, de cōd. inde. ꝛ Jo. an. in addi. Spec. in tit. de execu. sn̄ie. §. sup. ver. illud. ꝛ sequit Jm. in. l. imperatores. ff. de re indic. vbi

5 cōcludūt † ꝙ l3 alia sn̄ia q̄ trāsiuit in rē iudi. nō retractet ꝓtextu instrorū nouiter repertorū. d. l. imperatores. ꝛ. l. specie. C. de re iud. tn̄ si ille qui vult dictā sn̄iam infringere, habuit iustā cām ignorādi dicta instrā poterit petere dictā sn̄iam retractari per

b remediū restitutiōis i integrū [b] cōcedēdū ex clausula generali, si qua mihi causa iusta ꝛc. de qua in. l. j. in fi. ꝛ in. l. s3 ꝛ si ꝑ ptorē. §. hec clausula. ff. qui. ex cau. maio. allegauit. etiā not. in. l. seruo

6 in inuito. §. cū ptor. ff. ad trebel. † qđ tēpus petēde restitutiōis in integrū nunꝙ currit ꝓbabiliter ignorāti, ꝛ valde solēniter decidit ꝛ ꝓbat Bal. in. l. penul. C. si ex fal. instr. Presumptā aūt habuit cā ignorātie dicta dn̄a Sara quo tornaturarū esset dicta possessio, q̄ fuit res aliena. vt. s. dixi. ¶ Aduertēdū etiā ꝓsumptā cām ignorādi, an per dictā sn̄iam adiudicationis esset lesa ꝛ dānificata i numero tornaturaꝝ: q2 nō apparet ꝙ dicta sn̄ia talē errorē cōtinētē dn̄a Sara tanꝙ notitiā habuerit, q2 fuit lata cum procuratore Bertrādi. ¶ Quinimo quod plus est, dictus Bertrandus habuit iustam causam ignorandi lesionē ꝛ errorē sn̄ie: quia cū dicta sn̄ia nō fuerit lata cū eo, sed cum eius

7 procuratore. † dn̄s d3 habere iustā ꝛ presumptā causam ignorantie eorū que gesta sunt a procuratore suo, vt. l. quod vulgo. ff. pro emptore. ꝛ not. glo. ꝛ doct. in. l. si res obligata. ff. de lega. ¶ Non ob. d. l. si seruus pluriū. ꝛ qđ no. Bal. q2 respondeo qđ cum reuerētia nihil obstat: ꝛ etiā prudentia vltra lōge melius nouit. nam ibi substitutus volebat retinere hereditatē virtute sn̄ie pro se late, ꝛ volebat excludere legatarios cōtra eū agētes opponēdo eis qđ alius erat heres, ꝛ qđ ipse obtinuerat sn̄iam pro se ꝑ iustitiā vel errorē iudicis imperite iudicātis. certe non audit q2 turpitudinē allegat ad lucrū suū, ꝛ ad dānū alterius, qđ facere non pōt. ex quo sn̄ia facit ius cōtra ipsum in his que

8 sunt sequela victorie. † Nā lata sn̄ia in fauorē substituti, seq̄la victorie est, qđ ipse teneat ad legata vel onera hereditaria. l. l3 imperator. ff. de leg. j. l. si plures. ff. de leg. j. §. id quod in substitutione. ff. ad leg. fal. Unū aduertēdū ꝙ ibi sententia fuit lata in fauorem obtinentis, ꝛ in totū ita quod in aliquo sn̄ia nō continebat lesionē vel dānū obtinētis. Unde non auditur si vult vel

vtilitatem

vtilitatē suā ꝛ dānum alterius allegare se ob timuisse ꝑ iustitiā: sed casus noster est longe diuersus.[a] Nā nos nō allegamus ad dānum alicuius iniquitatē vel nullitatē snīe, sed ipsam tantum allegāmus ad dānum nostrū euitandum: non ad lucrū, vt.l.si seruus pluriū. Itē nō dicimus snīam ꝓ nobis fuisse latā iniuste. Primo dicim⁹ ꝙ sentētia est lata cōtra ius iniuste inquantum in effectu comes debitor per dictā sententiā fuit absolut⁹ a quantitate librarū.l.xvj. vbi tantū debuit absolui a quātitate librarum quinquaginta: ꝛ triginta vel circa. Nec sumus in his que sunt seqla victorie ita qꝺ casus remanet extra terminos. ꝺ.l.si seruus. Aū ex notatis ꝑ Cy. ꝛ doc. in locis.s̄.allegatis. dicta sentētia vel decretū est nullū, vel saltē rescindendū. ¶ Non ob.l.cōputarē.q2.s̄.est rñsum. Uel scꝺo rñdeo ꝙ l3 in casu illius snīe de iure cōiteneat: tū si interueniat iusta ignorantia, dicta snīa posset per remediū restitutionis retractari: vt firmat Cy. ꝛ Joan. And. in locis superius allegatis. ¶ Quinimo plus dixit Bar. ꝛ doc. multū elegāter in.l.iulianus verū debitorē.ff.de 9 cōdi.indeb.in.vj.col.ver.ex ꝑdictis. ergo dicit etiā † ꝙ l3 solutū ꝑ errorē pretextu iniuste snīe nō possit repeti ꝑ cōditionē indebiti.in.ꝺ.l.cū putarē.ꝛ.l.j.C.de cōdt.indeb.ꝛ.l.si fideiussor.§.in b oībus.ff.māda.tū pōt repeti ꝑ conditionē sine cā [b]. ad hec inducit.l.cū fullo.cū similib⁹.ff.de cōditio. ob cau. ꝛ idem voluit Bar.in.l.j.§.ij.ff.quod vi aut clam.ꝛ in.l.si sine.§.j. ff.rē rat.habe.ꝛ Bal.in.l.receptitia.C.de cōsti.pec.in.l.j.C.quando ꝓuoc. non est neces.in.l.sub specie.C.de re iudic.ꝛ Bart.in.l.si fullo.

10 ¶ † Uenio ad ꝭm dubiū, circa ꝙ breuiter dico: exceptio ꝑscriptionis nō obstat, q2 comes fuit in mala fide q ꝑ instrumētum se obligauerat ad dotē dandā, quod nō fecit, q2 non soluit, nec quo ad errorē, siue potest allegari quod habuerit iustā causam putandi quod fuerit satisfactū pro quantitate.l.xv. vt dicit sententia: q2 nō apparet ꝙ comes vnꝙ habuerit notitiā sententie predicte. Preterea posito ꝙ habuit notitiā sententie, non potuisset prescribere, q2 presumebatur ipsum scire quod tornaturarum esset possessio predicta q̄ sua erat, vt.l.quisquis.C.de rescinden.vendi. ¶ Fatetur etiā hoc pars aduersa. rñdendo positionibus qꝺ comes sciebat qꝺ si quot tornaturarū esset dicta possessio, qꝺ sciuisset comes effectū ꝛ cōtinentiā dicte snīe late, vt.s̄. Tamen q2 dicta sentētia adiudicationis erat nulla de iure, vt probaui, iō nō tribuebat comiti iustū errorē conscribēdi, qui error prodest quo ad prescriptionē.l.nunquā.ꝛ.l.fur.§.j.ff. de vsucapio. ¶ Item posito qꝺ etiā comes vel heredes sui habuissent bonam fidē, tamē illa nō est in processu allegata. vnde succedit qꝺ not. decidit Bal.ꝛ Ang.in.l.super longi.in.iij.col.

11 C.de prescriptio.long.tempo. † quod licet sepe in prescribente presumatur bona fides ꝛ titulus, ꝛ sic de singulis, tū nunꝙ talis ꝑsumpta bona fides iuuat prescribentē, nisi sit allegata.l.si adulterium cū incestu.§.itē Pollioni.ff.de adulteri. ꝛ idem tenuit Ange.in.l.eū qui.§.fi.ff.de publiciana.ꝛ Bal.in.c.si quis per.xxx.si de feu.fue.cōtrouer.inter do.ꝛ agn. bona fides cōsistit in animo. ꝛ est qꝺ facti. vñ nunꝙ ꝑsumit̃ nisi allegetur [c] allegat no.instit.de actio.in.§.alie.ꝛ in.l.bonefidei.ff.de acq.re.do. c

12 s3 in dicto toto ꝓcessu nō reperit̃ qꝺ sit allegata bona fides, ergo ꝛc. ¶ † Accedit ergo quod dixit Bal.in.l.etiā.in.iij.col.C. de execu.rei iudi. vbi dixit: qꝺ licet in pluribus casib⁹ ex possessione sola quis presumat̃ dñs, vt plene per Bal.in.l.quidā in suo.ff.de condi.insti.ꝛ per doc.in.l.siue possidetis.C.de ꝓbat. ꝛ Canoni.in.c.cū ad sedē.cū simi.de restit.spol. tamē nunquam presumit̃ nisi hoc allegetur per partē.ꝛ idem sentit recte intuenti Bar.in.l.rem alienā.circa.iij.col.ff.de pign.act.ꝛ sequitur in.l.

13 certi.C.loc. ¶ † Non obstat etiā predictis si diceretur quod de iure etiā debitor malefidei prescribit: quo ad actiones personad les [d], vt sub dubio posuit Bart.in.l.sequit̃.§.si viam. quoniā vt est notoriū cōmunis opinio secundū quā debet iudicari, est in contrarium. ꝛ non scribo hic hac de causa, mitto copiam cōsilij mei ad qꝺ me refero. ¶ Item nō obstat etiā si diceretur ꝙ statuto caueturquod de iure municipali in quocūq3 casu ius cōe ciuile debeat obseruari, q2 respondeo primo, ꝛ dico qꝺ etiam si statutū specialiter ꝛ expresse diceret qꝺ debitor malefidei prescriberet, tale statutū nō valeret, vt est cōis sentētia doctorum. Super quo mitto copiā mei consilij, ad qꝺ me refero. ¶ Preterea ꝛ primo ad hoc rñdeo ex his que bene ad propositū decidit Host.in.c.lator, q fi. sint legi. cū quo etiā transeunt doct. ꝛ

14 do.Ant.in.c.cū sit generale.de fo.cōpe. ¶ † Nā dicunt ꝙ posito qꝺ ꝭm canones tantū cōcubinatus sit ꝓhibitus.xxxij.q. iiij.nemo.ꝛ ibi glo. Tū attento qꝺ in his que tāgunt peccatum lex ciuilis submittit se canoni, vt in auꝭ.q̄uo op3 epis.circa prin. ꝛ in auꝭ.de eccle.tit.circa prin.ꝛ in auꝭ.vt cleri.apud proprios epi.§.si vero ecclesie. infertur ꝭm eos qꝺ concubinatus in quo vertit̃ peccatū, & prohibitus de iure etiā ciuili. ¶ Ex hac ra-

15 tione cōcludit etiā do.Abb.in.c.cū venissent.de insti. † qꝺ etiā in foro ciuili poterit allegare ex iuramento introductorio oriri actionem, attento quod circa nō obseruantiam iuramenti vertitur peccatū periurij. ꝛ in tangentibus peccatum lex ciuilis submittet se canoni vt dixi de iure canonico ex iuramēto introductorio oritur actio ꝭm magis cōmunē opi.ꝛ not. Inn.ꝛ Jo. And.in.ꝺ.c.cum venissent.ꝛ do. Anto.in.c.cum contingat.de iureiur.ꝛ Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiuſ. quanquā lege ciuili cautū sit quod nō oriatur actio ex tali iuramēto, preterquā in liberto, vt.ꝺ.l.si quis pro eo.in princip.ff.de ope.liber.ꝛ plene per Cy.ꝛ Bal.in.l.j.C.de ope.liber.cum cōcor. ¶ Ad propositum ergo, cum nos sumus in materia peccati in quo incurrit prescribens cum mala fide, vt est tex.in authen.vt eccle. Rom.circa medium, vt plene scribo in dicto consilio, ergo in tangentibus peccatū lex ciuilis se submittit canoni vt dixi, infertur quod de iure ciuili debet dici propter conuenientiā capituli fi.de prescrip.ꝛ.c.possessor.de reg.iur.in.vj.interdictū quod malefidei possessor hodie non prescribat per rōnes predictas, ꝛ sic posito quod statutum vellet stare debere dispositioni iuris a ciuilis. ꝛ valeret tale statutum adhuc haberemus dicere quod talis prescriptio cū mala fide haberet ꝓcedere. ¶ Non obstat etiā si diceretur qꝺ iam sunt anni.xxxij. quod decessit dictus b comes, ergo heredes sui potuerunt propter iustā ignorātiam prescribere, q2 respōdetur pluribus modis. ꝛ primo quod non est allegata bona fides, vt.s̄.dixi. ¶ Scꝺo, q2 stantibus deductionibus temporū, que fieri debēt ex forma statutorū, nō sunt decursi anni.xxv. ergo respōdeo qꝺ mala fides defuncti nocet heredibus quo ad impediendā prescriptionē.l.sequitur.§.coheredes.ff.de vsucap.ꝛ vt etiam plenius tetigi in dicto cōsi.ad

16 ꝙ me refero. ¶ † Preterea tollo in oībus exceptionē ꝑscriptionis vltra ꝑdicta, q2 posito quod verū esset cōpleta tū nō potest e negari quin ex clausula generali [e] ꝓpter ꝑsumptā ignorantiā detur restitutio, vt firmat not. Bart.in.l.j.§.si quis autem propter.ff.de iti.actuq3 priua.per illū tex.cum glo.ꝛ Spe.in tit.de prescrip.§.j.versic.pone colonos, ꝛ glo.in.l.si partem.§.j.in ver. nō vtendo.ff.quemadmodū seruit.amit.ꝛ firmat Imo.in repetitione.c.fi.de prescript.ꝛ Ludo.Roma.in.l.si vero.§.de viro. in.xxv.fallen.ff.solu.matri. Accedunt no.per Bar.in leg.Emilius.ff.de mino.ꝛ in.l.cum filius.§.in hac.ff.de verb.obli.ꝛ gl. ꝛ doc.in.l.ij.de iure emphy.ꝛ Bald.ꝛ Bart.in.l.ij.C.si aduer. vēdi.pig.ꝛ Bal.in.l.fi.C.si pendē.appel.mors interue.ꝛ Spec. in tit.de locat.§.nūc aliqua.ver.xvij. ¶ Accedit etiā quod no. Cy.in.l.quoties.de pre.imper.offe.ꝛ Bal.post Guil.i.l.senat⁹. ff.de offi.ꝑsi.ꝛ Bal.in.l.j.C.de anna.excep. Nemo aūt dubitat qꝺ dña Sara habuit iustā cām ignorātie, q2 succedit tanꝙ hr̃s in ius defuncti.l.q in alterius.ff.de reg.iur.l.Marcell⁹.ff.rerū amotar.ꝛ.c.eū q in ius.de reg.iur.in.vj.cū vulgari. ¶ Ex quib⁹ c omnibus puto clare nō obstare etiā exceptionē prescriptionis. ¶ Nec dicat aliquis do.Borinus in causa pendēte coram arbitris, dum ageret cōtra nepotes cōsecutus est mille pro dote matris, q2 primo cum reuerentia negatur quod illa habuit licet latum sit laudum cōtra illos preterea ipse dominus Borinus nec arbiter dicunt quod dicte libre mille fuerūt solute per comitem: vel alium eius nomine, ꝛ sic nō est probatio cōcludēs quod comes soluerit. nec dicat etiā quod soluerit comes tempore promissio ab eo quod euitauerit cursum alimentorū ꝛ pe- d

17 narū. ¶ † Itē etiā solutio facta per alium non nomine comitis non pōt comitē liberare q2 illud quod non est gestum nomine e meo, nō possum ratū habere.l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de nego. gest. ¶ Quinimo si nepotes dñi Borini soluissent tanquam indebite solutum: repetere possunt, per totū titulum de condit. indeb. ergo nō potest eadem solutio petere conditionē indebiti. ꝛ liberationē.l.qui hominem.§.fi.ff.de solu.ꝛ.l.cum his.ff.de condi.indeb. Ex omni ergo capite apparet de iustitia Romei, quam viam sapiētie tanquam cultrix vel amatrix omni studio fauere debetis.in.l.libertas.§.j.ff.de verb.signifi.

[Marginal notes:]

a ¶ Diuersus.j. lib.iiij.consi.lxiij. nu.xxiij.

b ¶ Sine causa. Idem alexā.in.l. Julianus verū debitorē.col.ij.de condi.inde.ꝛ.l.j. consi.clxxj.col.ij. ꝛ lib.ij.cōsi.clxix. nume.xij. hippo. marsi.l.j.§.si quis vltro.nu.lxij.de q.ꝛ sing.cccxix. adde qꝺ not.Jo. and.in add.spec. de instru.edi.§. postꝙ.nu.ix.ver. in princ. Et verū puto, ꝛ intelligo qn̄ iustitia sententie directo non infringitur, vt hic, q2 fatetur debitū fuisse, secus si ꝓbare vellet se nunquam debuisse.

c ¶ Allegetur. frāc. balb.trac.ꝑscri.in ij.par.iij.partis princ.q.x.nu.xix. in repeti.l.cel.de vsuca.par.iij.nu. iiij.matt.affli.de cisi.nea.clxxxviij. ad fin.

d ¶ Personales. j.li.iiij.consi.xcix.

e ¶ Generali.s̄. lib.j.consi.lxxj.

# Epitome.

¶ Reprobatio vnionis beneficiorum ꝛ probationis pretense fame.

# Consilium.LXX.

In causa inter dominū Baltasarē de zugholis ex parte vna ꝛ dominum Christophorū muriariū ex altera. ¶ Duo breuiter videnda sunt que iudicio reuerēdi patris domini vicarij cōmis-

sa sunt. ¶ Primo, an sit ꝓbata vnio ecclesiarū dictarum parrochialiū sancti Cataldi, ⁊ sancti Jacobi. ¶ Secundū an dicto dominus Baltasar sit capax beneficiorū curam animarū habentiū. ¶ † Circa primū presuppono ꝙ onus probādi incumbit ei qui se fundat ex ea. vj. q. iij. §. actor. l. ei qui. ff. de probatio ni. etiā qꝛ sacerdos iure communi duabus curatis ecclesijs ꝑfici nō potest. c. cū nō ignores. de preb. ⁊ constat istas duas esse parochiales, ⁊ curā animarū habere vt in processum fatet̃ dn̄s Baltasar, ⁊ attestāt̃ oēs collatiōes superinde facte. ¶ Videamus insup an ꝑ parte dicti dn̄i Baltasaris sit de vnione ꝓbatum. ⁊ dico quod nō. nam primo non obstat quod per plures probare conetur quod pluribus annis citra, puta a. xxxiij. annis citra dicte ecclesie fuerunt tente ⁊ possesse tanquam vnite, quia respondeo qꝺ hoc nō sufficit. primo † quia vbi agitur de inducendo nouo statu beneficij, requiritur prescriptio. xl. annorum. c. cum de beneficio. ⁊ ibi gloss. in ver. legitimam. de prebē. in. vj. not. docto. in. c. vt super. de reb. eccle. non alie. ¶ Fortius dixit Joānes Andreas in regula, qui contra. in mercu. † ad inducendā vnionem duorum beneficiorum curam [a] animarum habentiū necessaria est prescriptio tanti tēporis cuius in ꝯtrariū memoria non existat. Adducit ad hoc plures rationes: ⁊ ꝑsertim vnā. qꝛ illa que ad publicā vtilitatē ꝑtinēt ꝑscribi non possunt. xvj. q. iiij. pōt ad finē. l. scriptio. C. de ope. pub. l. cōpetit. C. de ꝑscrip. xxx. anno. Vn̄ cum sacerdotes pctā hoīm comedāt ⁊ suis ꝑcib⁹ ea deleāt ⁊ cōsumāt. x. q. j. qꝛ sacerdos. ergo sequit̃ qꝺ detractio sacerdotū in publicū ledit cū quāto sint plures tāto melius deleāt: cū multitudo exaudiat̃ facili⁹ a Deo. de peni. dist. fleat. paret ergo esse contra bonū publicū in. l. j. §. huius ff. de iust. ⁊ iur. latius hoc ꝓsequit̃ Joā. and. d. c. q contra. ⁊ ita dicit tenere. Host. in summa de supplē. negli. ꝓla. quot modis ver. suppletur. Pro hoc allegat not. per doct. in. c. quia nōnullj. de cleri. non resi. Item etiā tenet dn̄i de rota in decisionibus cōclusiōe. ccix. incipiē. itē no. vbi aliqs dicit. ¶ Et per hoc patet nō obstare id qꝺ no. Host. ⁊ doct. in. c. illud. de presum. in. c. ex insinuatione. de procura. ⁊ no. doct. in. c. ea noscitur, de his q̄ fi. a prela. ⁊ in. c. innotuit. de eo qui fur. or. suscep. ⁊ ea que habentur in. l. si filius. C. de petit. hered. ⁊ in. l. qui aliena. in prī. ff. de acquir. here. ⁊ in. c. ꝑuenit. de emp. ⁊ vēdi. quia illa nō loquūtur in acqsitione iuris ꝯ ius cōe, seu cōtra publicā vtilitatē: nec iure iprescriptibili, put nos loqmur. ꝓ hoc est bon⁹ text. i. c. ad decimas. de resti. spoliato. lib. vi. † vbi qn̄ possessio est ꝯ ius cōe talis possessio nō releuat nec presumptionē inducit ꝓ possidēte etiā si possiderat longo tꝑe, vt in versi. aliquandiu, qꝺ refert̃ ad longum tempus, vt no. Archi. x. q. j. lōginquitate. ⁊ Lap. Ab. in. d. decre. ad decimas. ¶ Preterea Hosti. ⁊ doc. in locis ꝓxime allegatis loquūtur qn̄ essem⁹ in antiquis. Nā tūc sola possessio cū fama sufficeret: † sed de antiquis [b] tractari dꝫ q̊tiescunqꝫ tractatur de tꝑe annorū cētuꝫ vel quadraginta ad min⁹, vt notat Inn. in. c. veniens. ⁊ in. c. quid per nouale, de verbo. signi. et Spec. in tit. de proba. §. j. ⁊ An. de but. in. c. veniēs. el primo. de test. sed nos tractamus de tꝑe a quo distam⁹ ꝑ annos quadraginta: ergo ⁊c. ¶ Quinimo dico famā non posse sufficienter eē probatam vt statim dicam non eīn releuat probatio facta ꝑ famā. prio: qꝛ fama nō facit plenā ꝓbationē. no. in. c. veniens. ⁊ in l. iij. §. eiusdē. ff. de testi. l. admonēdi. ff. de iureiur. cū ꝯcor. ¶ Secūdo qꝛ dico ꝓ certo nō esse probatā famā: † qꝛ fama, vt sit diligēter ⁊ legitime probata, requirit̃ ꝙ testes īterrogati assignent cās probabiles ex quib⁹ induct⁹ sit ppl's ad credēdū, ⁊ dicēdū alias nisi probent̃ iste ꝓbabiles cause, a quib⁹ fama trāxit originē, nō dꝫ fama esse ꝓbata: sꝫ dꝫ potius esse ꝓbatū de vana voce populi. q̄ exaudiri nō dꝫ. l. decurionū. C. de penis. ⁊ no. Bar. in. l. de minore. § si pluriū. ff. de q̄stionib⁹, ad fi. ⁊ in. l. proprietatis. C. de ꝓbatio. ⁊ in. l. diffamari. C. de inge. ⁊ manumis. ⁊ Sal. in. l. ea quidem. C. de accusatio. ⁊ d. Ant. but. in. d. c. veniens.

¶ Capio nāqꝫ primū testē videlicet dn̄m Bar. ⁊ iste deponēs super fama in causa scientie, respōdet se scire quod erat vox publica ⁊ fama: quia audiuit a multis personis ⁊ sacerdotibus, † certe talis testis non probat famam. quia oportet quod dicat se audiuisse non a multis sed a maiori [c] parte, vt notat glo. ⁊ doct. in. l. iiij. §. eiusdem. ff. de testi. ⁊ Bar. clare in. d. l. de minore §. pluriuꝫ. in versic. Quero quid si testis dicit quod hoc audiuit ⁊c. no. doct. in. c. cum oporteat. de accusa. licet testis deponat se audiuisse a multis nō sequitur ergo a maiori parte: qꝛ multi dicunt̃ duo vel tres in. l. j. §. hoc rescripto. ⁊ ibi no. ff. ad Sylla. insti. de iur. perso. §. fi. l. licet imperator. de leg. j. no. in. c. latores. de clerico excom. ¶ Deponit scꝺs testis videlicet Joannes qn̄ germani, ⁊ non ꝓbat, qꝛ non deponit ī quo loco viguerit fama predicta. ⁊ ex hoc nō dicitur ꝓbare, vt in terminis firmat bar. in. d. l. de minore. in ver. qꝛ si testis dicit ⁊ hoc audiuit ⁊c. Secūdo, quia interrogatus vnde fama traxit originē: rn̄det ꝙ a dn̄o Antonio de chino. ⁊ sic nullam assignat probabilē causam ꝓpter quā pōpulus potuerat induci ad sic credēduꝫ ⁊c. ¶ Tertius testis. s. Joannes quōdam Benedicti, nō probat famam tum quia interrogatus nō dicit se audiuisse a maiori parte, sed a scientibus. predicta tamen quia nescit dicere a quibus audiuit, quo casu nihil ꝓbat. vt firmat Inno. in. c. qualiter ⁊ quando. ⁊ accusatio. Spe. in titu. de inquisitione. ⁊ Bar. in. d. l. de minore. in vers. quero si testis interrogatur. tum etiam quia nō deponit de loco vbi erat fama prout requiritur, vt proxime dixi. ¶ Quartus testis scilicet Joannes quōdam bernardi etiam non probat, † quia non assignat aliquam causam probabilem a quo fama traxit originē, prout requiritur, sed simpliciter dicit quod fama habuit originem a populis ipsarum ecclesiaruꝫ ⁊ sic assignata cum alia causa iste dicuntur varie voces populi, que nō attēduntur, vt supra dixi. ¶ Quintus testis Joannes quondam Bart. non probat: quia nescit vnde fama traxit originem, ⁊ sic nihil probat. vt dixi. Item non deponit quod a maiori parte audiuit. ¶ Sextus testis scilicet dn̄s Jaco. non probat, quia nescit a quibus fama traxit originem, nec deponit se audiuisse a maiori parte ⁊ licet dicat quod publice dici audiuit, hoc non sufficit, vt notant Bar. in. l. iij. §. eiusdem. ff. de testa. ⁊ in. d. l. de minore. in ver. q̄ro quid si testis dicit ⁊c. ⁊ in. d. l. Labeo. ff. de sup. leg. ⁊ Bald. in edi. spec. in fi. de sn̄ia. in. xiij. col. ⁊ doct. in. d. c. cum oporteat. nam potuisset audire ab vno homine publice dicente, ⁊ tamen per hoc non infert̃ quod ita esset fama. quam iste testis interrogatus quid sit fama, ostēdit se nō intelligere qd sit fama, qꝛ dicit qꝺ est audire res q̄ dicuntur per istū ꝑ illum ⁊ ꝑ aliā ⁊c. ⁊ sic cū appareat eū nō intelligere qd sit fama, vt not. Barto. in. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. ⁊ in. l. data opera. C. de accusatio. ⁊ Joan. ⁊ Imo. in. l. stipulatio ista. §. hec quoqꝫ. ff. de verbo. obliga. ¶ Dn̄s Carolus de borādis non deponit super fama ⁊ depositione dicti sui, vt infra dicā. dn̄s Franciscus de gadinano octauus testis non probat famā, quia dixit se ignorare ex quibus, vel vnde fama traxerit originem: ac etiam quia non deponit se audiuisse a maiori parte. ⁊ licet dicat quod est fama inter clericos Mutine, illa verba verificantur in duobus. l. theopōpus. Item non apparet qꝺ iste iurauit, ergo non debet stari dicto eius. Et etiam ex dictis suis apparet quod ipse non intelligit quid est fama, quia interrogatus quid est fama, respondet qn̄ aliquis reputatur bonus vel malus. ¶ Vltimus testis nō probat famē, quia interrogatus super interrogatorijs de causa scientie, nō deponit a quib⁹ dici audiuerit, prout cōtinetur in interrogatorijs super quibus fuit interrogatus, ⁊ sic non probat, vt not. doct. in locis proxime allegatis. ⁊ non assignat aliquam probabileꝫ causam vnde fama traxerit originem. ¶ Non ob. etiam id quod deponit primus testis super primo capitulo, qui interrogatus si aliquis notarius fuit rogatus de ipsa vnione, ⁊ respondet quod fuit rogatus vnus notarius, cuius nomen non recordatur, quia respondeo quod iste testis nihil penitus probat, tamen quia interrogatus per que verba fuit facta dicta vnio, dicit non recordari. Tum etiam ⁊ fortius, quia vt dicit in proposito Inno. in c. sicut. de re iudica. ⁊ Bald. in. l. gesta. de re iudic. † Testis volens probare sententiam oportet quod ipse audiuit legere sententiam, ⁊ illā publicari, ita ergo in proposito requirebatur secūdum formam cōmissionis apostolice, quod episcopus Mutinensis causa cognita, ⁊ precedēte processu, ⁊ verificatis his q̄ continebantur in cōmissione apostolica, procederet ad declarationē sup premissis ⁊ veniret si narrata verificata essent, vt no. Inn. in. c. fi. de presump. ⁊ gl. ordinaria in cle. j. de offi. delega. ergo oportebat quod testes deponerent se audiuisse legere dictā declarationē seu vnionem. ¶ Requirebatur ⁊ aliud scilicet ꝙ ante vnionem precederet processus, ⁊ verificatio eorum que in dicta commissione continebatur, quia dictus episcopus elect⁹ fuit non solum vt executor sed vt cognitor ⁊ iudex vt patet per illa verba apposita in commissione, videlicet † si tibi constiterit. [d] ⁊ per illa verba, vocatis vocandis per que intelligitur electus vt iudex. no. Inno. ⁊ doc. in. c. fin. ⁊ Joannes And. in. d. l. cle. j. in gloss. magna, ⁊ Inno. in. d. c. proposuit. de conces. preben. ⁊ domini de Rota sua conclusione. cccxliij. incipien. Item si propter. ⁊ maxime si tractaretur de alterius preiudicio, scilicet, dictorum populorum, vt no. Jo. An. in. d. c. cōtra. in merc. in vltimo argu. prime partis. ¶ Quo casu ꝺm doc. in. d. c. fi. de presum. presumit̃ cōmissum, vt iudici non vt executori. ⁊ sic nō interuenerit dicte cause cognitio ꝓ verificatiōe eorū q̄ in cōmissione cōtinebant̃ ꝓcessus nō valet, vt est gl. not. in. dicta cle. prima. in versi. reperit̃. ad fi. de offi. deleg. facit. c. cum dilecta. de rescrip. ¶ Sed quod dicta cause cognitio interuenerit, ⁊ inuestigatio veritatis sup cōtentis in dicta cōfessiōe, hoc nō deponit iste testis: nec alij, ergo dato qꝺ fuisset fctā dicta vnio non ser-

uatis

---

a ¶ Curaꝫ. ideꝫ est in simplicib⁹ nisi ꝙ qn̄qꝫ ex triginta annis solēnitates ꝑsumunt̃ secūdū no. ī. lib. vj. ꝯs. ccxix. adꝺ. ī. li. iiij. cōsi. xlj. pet. peru. trac. vnio. c. iiij. ad fi.

b ¶ [illegible]

c ¶ Maiori. ꝯ. li. ij. consi. xciiij.

d ¶ Constiterit. ꝯ. lib. ij. cōsi. ccxviij. col. j.

uatis pdictis,nō valeret.ꝛ q̄ nō interuenerit cause cognitio, patebit ex his que statim dicam. ¶ Nō obst.id quod deponit septim⁹ testis,vz rñdēs dñs Carolus quōdā Mutinēsis eps ꝛ iste nō est idoneus testis,q̄ attestaẗ q̄ ipse fecit vnionē predictā precedentibus requisitis,q̄ dicit q̄ fecit primo fieri citationes,ꝛ q̄ verificabat oīa q̄ continebantur in cōmissione sibi facta,ꝛ sic deponit ad validitatem vnionis a se facte,ꝛ sic non
11 est idoneus,† q̄ iudex deponēs sup validitate ꝛ iustitia sue sententie nō est idoneus testis.ij.q.vj.statuendū.oēs notant in.c. cū a nobis.extra de test.ꝛ Inno.in.c.ij.de arbi.ꝛ vbicunq̄ ali
a quis deponit sup eo ex quo possit ascribi laus [a] vel vituperium, semper redditur suspectus,vt no.Jo.And.in addi.Spe.in tit. de teste.§.j.versi.sed pone quod administrator.si aūt attestatur non de eo q̄ ipse fecit.sed iudex de eo quod gestū fuit coram eo.tunc est idoneus.l.ob carmē.§.j.ff.de testi.vel vbi attestatur cōtra id cū verisimiliter ipse deberet fouere,vt q̄ deponeret ꝛ ꝯ validitatem sue snīe,vt in.d.c.ij.de arbi.fm vnum intellectum. ¶ Preterea est vnicus,ꝛ ideo sibi non creditur.d.c.cum a no
12 bis.† Itē non apparet si facta fuerit relatio citationis,ꝛ dictorum ꝛ q̄ relationes sibi cōstiterit,put requiritur.alias eñ vnio subsequenter ab eo facta reddiẗ nulla.l.hec aūt.§.j.ꝛ ibi hoc expresse no.Bar.ff.ex quib.cau.in pos.ea.ꝛ in.l.ij.C.de edē.ꝛ in.l. multū.de cōdi.ꝛ demō.ꝛ Bal.sequiẗ in.l.iij.de pcu.ꝛ in.l.j.C. de spon.d.Anto.in.c.cum dilecti.de dolo ꝛ contu. ¶ Et sic ptz quod non constat de cause cognitione,nec presumuntur talia fuisse seruata,etiā si lōgū tps abinde citra decursum est,nisi eēt tm̄ tps quod impossibilis redderetur pbatio,ar.l.arbiter.ff.de proba.ita dixit Host.Jo.And.ꝛ cōiter doc.in.c.Albericus.de testi.ꝛ sic intelligūt de tanto tpe q̄ in ꝯriū memoria non existat,ptz per.l.quā allegāt.§.p.l.si arbiter.ꝛ etiā per rōnes eorū dū dicit q̄ lapsum dz esse tm̄ tps,q̄ pbatio reddatur impossibilis per lapsum annorum centum:q̄ tm̄ presumitur esse vita hominis,ꝛ testiū.l.fi.C.de sac.san.eccles.no.in.l.ij.ff. queadmo.
13 test.ape. ¶ † Item iste testis.s.dñs Carolus fuit examinatus per notarios cause,quibus non apparet factam fuisse commissionē examinandi,nisi ex actis ꝛ rogatione istorūmet notariorū,vnde illa scriptura eorū nō facit fidē de commissione eis facta.ita dicit Hosti.ꝛ Jo.And.in.c.qm̄ contra.de pba.ꝛ sequiẗ ibi.d.Ant.de bu.i.iij.co.ꝛ Fe.de senis in cōsi.cxlix.inci.Queriẗ an ibi dña margarita.ꝛ Jo.an.in.c.cū ꝯ.in merc.ꝛ Bal.i.l.iurisiurādi.in vlt.col.C.de testi.ꝛ i.l.iudices.C.de fide instr. ¶ Nec obstāt nōnulle collatiōes facte de dictis ecclesijs tanꝗ̄ vnit⁹, q̄ si aliᷓ nō appareat de vniōe,nō p hoc est mutat⁹ stat⁹ primeuus dictarū ecclesiarū maxīe sine cursu maioris tpis,vt est tex.in.d.c.cū de bñficijs.in ꝟ.istitutis.ꝛ q̄ ibi no.de pb.Nō eñ seq̄ẗ q̄ sint vnite,lz in collatiōib⁹ dictis enūciatiue fiat mentio de dicta.vnione,vt in auẗ.si q̄s in aliquo.ꝛ q̄ ibi Bar.ꝛ doc.d edē.ꝛ no.in.c.qm̄ ꝯ.de pba.cū simi.ꝛ ēt cū in talib⁹ collationib⁹ nō interuenerūt nec solitum sit interuenire citationes aliquorū, seu eorū de quorū preiudicio tractabaẗ,ꝛ sic talis collatio papalis taliū ecclesiaꝝ obesse non potest.c.inter quatuor.de maio.ꝛ obe.ꝛ.l.de vno.ff.de re iudi. ¶ Scđo principaliter est videndū de incapacitate dñi Baltazaris,de cui⁹ incapacitate dico euidētissime cōstare.nā in toto pcessu,maxīe rñdēdo positionibus
b fateẗ dñs Baltazar se esse monachū [b] professum regule sancti Benedicti,vnde ad regimē ecclesie parochialis nō pōt admitti de iure cōi sed cum dispensatione epi,ꝛ cum licentia Abbatis suadente necessitate,q̄ alij promouendi non inueniunẗ.vel suadente vtilitate,puta predicandi.vj.q.j.c.in parochia.ꝛ.c.cū pro vtilitate.de istis.c.ij.ꝛ ibi communiter no.doc.ꝛ in.c.quod Dei.de statu mona.lviij.dist.c.j.ꝛ late firmant doct.in cle.j.de elec.vbi per Ant.de but.i.c.Deus qui.de vita ꝛ hone.cleri.vbi per eundē legiẗ ꝛ no.in.c.fi.de capel.monacho.sed de aliqua dispensatione epi nō apparet ꝛc. ¶ Nec ob.quod fuerit per assertum vicariū epi pmotus dictus frater Baltasar ad beneficiū,
14 quia† per promotionē factā etiā sciēter de inhabili,non videẗ
c inferior [c] a principe dispēsare,nisi appareat precessisse cause cognitionem super ipsa dispensatione ꝛ validitate,vt no.gl.in.c. j.in gl.fi.de eta.ꝛ quali.i.vj.ꝛ gl.in.c.ij.ꝛ no.Jo.And.de schisma.ꝛ clare Inn.quē oēs sequunẗ in.c.veniēs.de filijs presby.ꝛ gl.in.c.literas.de conces.preben.ꝛ Spe.in tit.de leg.§.qualiter. ver.dicunt autem quidam.cū versi.seq.probatur in.c.nihil.de elect.ꝛ Bal.in.l.Barbarius.in.vj.col.de offi.preto.ꝛ mod.in.l. quidam consulebant.ff.de re iudi. ¶ Preterea requirebatur constare q̄ vicarius epi qui promouit dictum fratrem Baltasarē ad beneficiū,haberet spāliter in mandatis cōferendi beneficia.de offi.vica.c.j.in.vj.alias nō dz etiam habuisse ptātem habilitādi aliquem ad beneficia,q̄ cui interdictum est aliquid videẗ interdici oīa per que peruenitur ad illud.l.oratio.cū simi. ff.de sponsa.Sed de speciali mandato vicarij non apparet ꝛc.

¶ Constat etiā de incapacitate,q̄ non apparet q̄uod de licentia Abbatis sui frater Baltasar fuerit promotus.ꝛ lz pducaẗ assertū instrm̄ licētie Abbatis:tū nō est pbatum fuisse confectū manu publici notarij,put requiriẗ.vt no.maxime per Jmo. ꝛ alios in.c.fi.de fi.instru.ꝛ Jo.An.in addi.Spe.in ti.de instr. edi.§.j.ꝛ ver.scias.ꝛ Guil.de cu.in.l.cōparatiōes.de fide instr.
15 ¶ † Itē nō est probatum q̄ ille Nicolaus de verona assertus abbas sancte Lucie de ruffeno ordinis sancti Bñdicti,a quo dz habuisse licētiam,fuerit abbas,vel quasi saltē in quasi possessione dicte abbatie.prout requiritur vt no.Hosti.ꝛ alij.c. innotuit.de eo qui fur.ordi.susce.ꝛ Jo.And.in.c.super his.de accu.ꝛ Inn.in.c.veniens.de ver.sig.ꝛ Ant.de But.in.c.quid per nouale.eo.ti.facit.l.nō ignorat.C.qui accu.ꝛ quod ibi late Bal.Ex q̄bus apparet tam ex capite vnionis q̄ incapacitatis Baltasare succūbere oportere. ¶ Preterea nō obst.si ꝯ impetrationē dñi Christophori opponereẗ de vitio surreptiōis.s.q̄ nō fuit facta mētio in līis eius de possessiōe fratris Baltasaris q̄ rñdeo primo q̄ nō est pbatū.saltē p duos testes: q̄ frater Baltasar vnquā fuerit in quasi possessione ecclesie sancti Jac. Nā oēs testes deponūt de auditu,saltē excepto vno:ꝛ testimo
16 niū de auditu nō facit fidē,vt in iurib⁹ vulgarib⁹. ¶ † Preterea dato q̄ frater Baltasar fuisset in quasi possessiōe,tamē illa clausula vz amoto quolibet illicito detentore,que est in literis impetratis per dominū Christophorum,tollit vitiū surreptionis ꝗ̄uis decolorata possessione alterius mētio facta nō fuerit a elegans est decisio Jo.Cal.ꝛ Ant.de But.ꝛ Jo.de imo.in.c. b cum nostris.de conces.preben.ꝛ id q̄ habetur in.c.proposuit. eod.ti.ita referunt tenuisse Joan.de deo in suis.q.ꝛ sic ptz q̄ potior est causa domini Christophori,de cuius capacitate ꝛ sufficientia nemo ambigit.qualis autē sit status domini Baltasaris,ꝛ cuius viuendi norma satis ꝛ plus quam satis ex de c ductis in processu euidenter constet.

[a] ¶ Laus.3.lib.j. consil.cxlj.nu.ix.
[b] ¶ Monachum. Aret.cōsi.vij.colum.j.Egidi.belleme.dci.dccxiij.
[c] ¶ Inferior.rom. ꝯsi.ccxvj.Anth. bu.henry.bohic. c.veniēs.d fil.presbyter.gemi.phil. d.c.j.Panor.c.cū i cūctis.§.inferiora.col.iij.ꝛ ibi dci. de ele.c.diuersis. col.ij.de cler.coniug.deci.c.si quā do.extr.d rescr. consi.dlvij.nu.v. consi.lix.Cur.senior.cōs.xvj.coll. vij.cōsi.xix.num. vj.cōs.xxxv.nu. viij.Jal.l.barbarius.colū.iiij.de officio preto.Neri.de bott.trac.sy no.par.iij.art.iiij. nu.vij.frā.rip.de rescript. respon. xxxv.col.ij.Fely. c.pterea.col.viij. de testib. cogen.

## Summarium.



## Consilium.LXXI.

Clarissime domine Judex in causa accusationis institute per conductores datij folexellorum contra Franciscum ghidini tangam primo vnum tantū breuiter circa processuꝫ.ꝛ postea tria
1 principaliter circa merita cause. ¶ † Uenio ad primum, circa processum dico quod libellus accusationis non procedit tanquam nimis generalis stante oppositione facta per procuratorē quod libellus est nimis generalis iuxta.l.fi.C.de anna.ex cep.Quod autē libell⁹ ille sit nimis generalis, patet quia vbi agiẗ ex delicto debet specificari circa quid est cōmissum.l.itez exigere.de dolo.ꝛ.l.pretor edixit.in prin.ff.de iniur.l.libellorū. de accusatio.sed in libello accusationis nō est specificata qualitas serici,q̄ diciẗ fuisse conductū cōtra formam campionis, imo generaliter dicitur in libello quod cōduxit sericum portari pro habitu secundum formam capitulorū datij prohibetur portare sericum diuersarū qualitatum,scilicet sericuꝫ de quatuor ꝛ ordinatura,vel textura.ꝛ omne illud genu serici nostrū quod comprehēdit plures qualitates:ꝛ serici species:ergo non dz in specie sed in genere expressum,circa quod fuit cōmissum. ¶ Ad hoc bene facit q̄ no.Ang.in.l.prima.ff.de lib.ꝛ posth.
2 vbi inquit † , vbi accuso te q̄ commisisti falsum in tali instrumēto,prout apparet in illo: nō dico specifice ꝛ bene libellasse, falsum allegat.d.l.pretori.ꝛ.d.l.itē exigit.sed oportet quod exprimaẗ qualitas falsi. ¶ Ad idem q̄ no.Bal.in.l.ordinarij. C.de rei vendicatio.in.vj.coll.in versiculo item quero nūquid
3 ille ꝛc.vbi dicit † quod ille qui agit interdicto vti possidetis, asserens se turbatum,tenetur specificare modum turbationis,si pars opponat quod libellus est generalis: allegat not.p Innocentiū in.c.licet cām.de probatio.ꝛ ita not.Baldus in sua disputatiōe incipiēte,Accusat⁹ de vi turbatiua.i vltima charta.ꝛ in.l.edita.in.xvij.col.in versi.circa tertiū ꝛc.C.de eden.cū

fini.ec. ¶ Uenio ad merita cause, z dico quod ex tribus princi
4 paliter non pōt accusator obtinere, † primo qz producēs posi
tiones videtur confiteri vera esse illa que cōtinentur in illis po
sitionibus.l.cum precū.C.de libe.cau.l.ij.C.de institu.z substi.
z no.Spe.in ti.deposi.§.decimo.ver.primo.Et Inn.in.c.cū
5 olim.de censi. ¶ † Et aduersarius ipsius producentis positio
nes potest vnam ex positionibus illis acceptare pro se, z aliam
separatam refutare.l.Publia.ff.deposi.§.fi.vt not.Bart.in.l.
si quidem post gl.C.de excep.z in.l.Aurelius.§.idē quesiuit.ff.
de lib.lega.z in.l.j.C.de confes.z in.l.ij.C.de dona.ante nupt.z
Spe.in tit.de deposi.§.fi.ver.penult.z Archidia.in.c.j.de con
fes.in.vj.cum simi. ¶ Cum ergo etiā inter alias positiones pro
ductas per dictos conductores sit vna positio, que est in ordi
ne sexagesimaoctaua, in qua continetur qū dictus Frācisc[us]
sciuit dictum sericum vltra testoligium non erat sericū serionū,
sed vltramarinum: sed Franciscus respondit, credit qꝫ sic, eam
positionem non impugnauit z ex forma statutorum vel pacto
rum campionis sericum vltramarinum non spectat ad datiū
folexcellorū, vt patet in nono capitulo dictorum capitulorū
ergo cum cōductores videantur fateri qꝫ dictū sericū erat vltra
marinum, est fundata intentio nostra, vt dicit Spe.in.d.§.deci
mo.vers.qꝫ dicta positio est contra ponentem, z nocet ponenti
etiā si illa positio fuerit per imperitiā siue per malitiam posita:
qđ etiā fuit facta per malitiam: qz si illā positionē negasset po
tuissent conductores dicere qꝫ ipsi intēdebāt stare responsioni, z
non positioni, vt signāter dicit Bar.ff.de his quibus vt indig.
l.post legatum.in prin.in.iij.col.in versi.quero aduersarius ec.
¶ Nec obstat si dicat qꝫ ꝓcurator conductorū reuocauit illā
6 positionē tanquā erroneā. † Quia respōdeo postqꝫ illa positio
fuit producta in actis parte presente, non potest reuocari. qđ
no.per gl.singularē.xxxij.q.ij.c.apud misericordē.z no. Joan.
an.z Ant.de but.in.c.ex literis.de diuor.z Joā.mona.in.c.fin.
de iureiur.in Spe.z in titu.de deposi.§.fin. versic. item ponēs.
7 z Ant.de Bu.in.c.fi.de confes. vbi videtur velle † quod adhuc
postqꝫ est deducta in actis cōfessio, possit reuocari incōtinenti.
z istud incontinenti intelligitur iudicis arbitrio: quia dico qđ
non pōt dici qꝫ iudex in casu nostro possit arbitrari: qz sola po
sitio fuerit reuocata incontinenti: quia vidimus quod in casi
bus in quibus quis pōt absqꝫ ꝓbatione erroris reuocare cōfes
sionē, non posset talis reuocatio fieri nisi intra triduū: vt.l.fina.
C.de erro.aduo.z no.gl.in.c.olim.de renuncia.z in.c.cū causā.
8 de appellatio.vbi habetur † qꝫ licet clientulus possit absqꝫ pro
batione erroris reuocare confessionē aduocati, tanquā erronee
factā presente ipso clientulo z intelligēte: tamen oportet quod
ipsa reuocatio fiat intra triduū, quantomagis dicendū est qđ
procurator dictorum conductorū non propria confessione nō
debuit posse reuocare vltra triduū. ¶ Cōstat autem quod di
cta positio fuit ꝓducta parte presente videlicet decima Februa
rij: z postea tertia mensis Martij comparuit Ruphinus ad re
uocandum dictā positionē. quis est ita supinus qui diceret hāc
reuocationē esse factā incontinenti: z idē dico etiā si apparet qꝫ
die qua respondit Franciscus, scꝫ die.xvj.Februarij reuocauit
quia non transiuerant sex dies a die productionis facte parte
presente. ¶ Nec dicatur quod de errore cōstat ex libello z alijs
positionibus: quia respondeo z dico qđ ex hoc colligitur error
qz potuit esse qꝫ Ruphinus fecit dictam positionem per impe
ritiam vel malitiam, vt.s.declaraui, quibus casibus positio no
cere debet ponēti. Idem ad ꝓbandum errorē: nā sufficit quod
Ruphinus producat libellum suum: qz libellus suus ꝓ se non
facit fidē sed contra se.l.de etate.§.j.de interro.actio.l.rōnes.
C.de proba.z potuit esse quod in libello non dixit verū: in po
sitione vero sic. ¶ Secundū principale fundamentum oritur
sit quod conductores non possunt obtinere: qz non probarunt
intentionem suam ec.l.qui accusare.C.de edē.c.vt eccle.benefi.
¶ Nec obst.si dicatur quod per.c.cāpionis datij folexellorum
est prouisum qꝫ stetur dicto denunciatoris cū iuramēto cōdu
ctoris: qz respondeo modis pluribus. ¶ Et primo, quod illud
non habet locū in serico vltramōtano, vt ptꝫ in nouo capitulo
dictorū capitulorū. z istud erat sericū vltramōtanū, vt est osten
9 sum in superiori fundamento. ¶ † Scdo respondeo, quod sta
tutū disponens quod credatur dicto denunciatoris, dꝫ intelli
8 gi si talis denunciator iurauerit [a] ita esse verū: qz credit vt tanqꝫ
referenti veritatē, vt faciēs fidem, vt no.Bart.in.l.Theopom
pus.ff.de dote ꝓleg.per illū tex.z Ant.de but.in.c.veniens.el
primo.de testi.z in terminis nostris firmat hoc Ang.in rep.l.si
10 vacantia.in.ij.vel.iij.coll.C.de bonis vacan.li.x.vbi dicit † qđ
si ex forma statuti dꝫ stari simplici verbo accusatoris vel nūcij
aut denūciatoris: tū intelligitur qđ debeat iurare, dicit ad hoc
singularē tex.in.d.l.theopōpus.z hoc pro inuisa coll.in versic.
tū maxime coram peritissimo, vt sum[9] sufficiāt. z ita dico z cō

8 ¶ Jurauerit. doc. l.j.§.fi.de ver.obl. Soc.trac.de cita. arti.vij.n.xlj. Ja so.cōsi.c.xlviij.col. ij.li.ij.limitat ale. §.lib.ij.consi.liiij. col.ij.

sula ego. Non obst.si diceretur quod non iurauit: quia denun
ciator si vult, dꝫ tenere secretum: quia respondeo quod etiā da
to quod iuraret ita potest tenere secretum iurando sicut non iu
rando Fortius dicit quod tale iuramentum denunciatoris de
buit prestari coram iudice, vt no.expresse Bald.de iureiurand.
11 in.l.iij.in princi.in versi.circa quintum ec.vbi dicit † quod quā
do statutū disponit quod de damno dato stetur iuramento est
necesse quod prestetur coram iudice, vel coram notario haben
te commissionem iudicis. allegat not.in. l. hac consultissima.§.
pen.C.de testa.in.l.iubemus.C.de lib.cau. ¶ Nec ob.quod di
ctum huius denunciatoris erat tenendum secretum ipso volē
te: quia respondeo quod per hoc non sequitur quin debuerit
deponere z iurare coram iudice quia etiam testes debēt exami
nari corā iudice: z scribi dictū eorū per notariū. c. quoniā con
12 tra.de proba. ¶ † Fortius dico quod cum statutū velit quod
stetur dictū denunciatoris, oportet vobis domino Judici con
stare plene de dicto ipsius denūciatoris z quod illud quod est
scriptum sit vere dictum denunciatoris.l.ciuus Traianus.cū
ibi no.per Bar.ff.de testa.mili.in.l.j.§.z per vim.ff. quo vi aut
clā. z ego puto quod in veritate nihil sit vobis dictū qꝫ illa sit
vera denunciatio denunciatoris. z si est scriptura priuata. fidē
nō facit in.d. l. rōnes. z sic sine dubio inuenietis quod de iura
mento huius denūciatoris prestito corā vobis, z de vera denū
ciatione sua credo qꝫ nihil cōstet saltem sufficienter. nec aduer
sarij possunt forte emendare errores suos, pro Deo placeat in
hoc non facere eos aduertentes cautos. qz agitur de re pericu
losa: qz vbi tractatur de magno lucro prout in casu nostro, faci
les sunt hoīes ad mēdacia. ¶ Alia rōne non obstat nobis di
ctum.c.cāpionis: quia vltra dictū denūciatoris requirit iura
mentum conductoris: sed isti cōductores respondendo positio
nibus dixerunt quod non viderunt dictum sericum cōduci eo
modo quo in accusatione continetur: ergo cū tale iuramētum
succedat in locū probationis, non potest deferri ipsius condu
ctoris qui non interfuerunt, z sic notitiā veram de delicto ha
bere non potuerunt glo.est notabilis in.l. maritus. in princip.
ff.de questio.z ibi not.Bart.in princ.z not.Bar.in.l.admonē
di.in pen.colū.ff.de iureiu.z no.oēs in.l.in bonefidei.C. de reb.
13 cred.z ibi hoc etiam not.glo. magna: † quia debet deferri iura
mentum ei qui interfuit facto. nō aūt ei qui diceret aliter habe
re notitiā, puta per famam. ¶ Aū videmus qđ super eo qꝫ cō
tractū est cum defuncto, nō potest deferri iuramētū heredi, vt
not.Bald.in.l.iij.in fine prin.ff.de condi.indebi. z per hoc ap
paret qđ non obstat si pars aduersa diceret qđ ipsi habēt scien
tiam quod Franciscus deliquerit. ex eo quia ibi est fama, vel qz
audierunt Franciscum hoc cōfitentem: quia dico qꝫ ad hoc vt
possit eis deferri iuramentū, requiritur qꝫ habeāt scientiā, eo qz
interfuerunt facto, vt est gl.in.d.l.in bōefidei. nā si sufficeret ha
bere notitiā ꝑ famā vel cōfessionē aduersarij, sequeret qđ eodē
mō posset deferri iuramentū heredi sicut defuncto qui celebra
uit ɔctū qz heredes possent habere notitiā ꝑ cōfessionē aduer
14 sarij, vel ꝑ famā. ¶ † Itē respondeo quod nunquam deferr iu
ramentum qū illud quod vult quis iurare non est verosimile
vt est gl.valde not.in.l.j.C.qui z aduer.quos. quam ad hoc ibi
ponderat per no.Bald.in.iij.col. Sed non est verosimile quod
Franciscum qui semper perseuerauerit negando, fuit confes
sus coram aduersarijs suis delictum z turpitudinem suam: ex
quo sequeretur velle totale consumptionem sue substantie, vt.
l.cum de indebito.in prin. ff. de probat. ergo nō dꝫ eis deferri
iuramentum. ¶ Ad hoc corroborandum accedit quia Ru
phinus in processu fo.xv.dum iurat vera esse contenta in accu
satione, fundat scientiam principalium suorum in eo quod ipsi
hoc habent a persona fide digna, quam sub sigillo conscientie
secretum habere intendunt z volunt, ergo se non fundāt ex eo
qđ audiuerint a Francisco: qz illud non ponebant, vt patet ex
libello vbi asserunt qꝫ Franciscus fuit predicta confessus etiā
in presentia conductorum ipsorum. ¶ Preterea si fundamētū
conductorum fundaretur ex eo quod Franciscus conduxe
rit dictum sericum isti essent singulares. z quia iuramētum cō
ductoris fundaretur in cōfessione. z dictum denūciatoris fun
daretur in ipso facto, conductione serici, z sic tanquam singu
lares nō probarent.c.licet causam, de probatio.c.bone.de elec.
c legitima vel nō ita dꝫ distingui in casu nr̄o.Jstā distinctionē etiā ꝓbat Jo.de imo.i.d.l.gall⁹.§.qd si is.ꝛ expressius Pau.

5 de ca.q dicit hoc fuisse inductū ꝑ.d.l.fi.de naturali.lib.† qꝛ añ illam legem potuisset quis relinquere quantum voluisset nepotibus natis ex filio naturali,etiam existente sobole legitima,qꝛ vitiū nō erat in auo circa talē nepotē,vt ibi in tex.ꝛ nō reperie

¶ Reliq̄re.Siue ex testamēto siue inter viuos Gui. pa.ꝯs.xvij.casus.

¶ Imperij.Jdē Bal.d.auf.ex cōplexu.Jmo.i.l.lucius.§.j.de lega.j. sꝫ imo iure nature seruādū est illic ꝛ vbiqꝫ idem quod vult i hoc i⁹ canonicū fm̄ Ant.but.Card.Pan.d.c.cū haberet.Pau.consi.v.col.ij.li.j.decius.c.ecclesia sancte.col.xiij.de cōsti.c.in presentia.col.xv.de prob.cōsi.dcxi Guid.pa.cōsi.cxv. d.Jas.consi.xxvj.li.j.Ant.Cor.in sing.ver.spurius.Hyppo.Marsi.no.ccclviij.Jo. Lup.rep.c.ꝑ vestras.fo.xc.col.ij.Nico.Eueral.loc.lega.lo.a simili.co.vj.fortu.Barinrub.de iusti.ꝛ iur.ꝛ est communis ꝛ ista obseruatur in hoc regno nō tamē ita modice vt restringat̄ ad casum ꝛ limites necessitatis,vt faciūt Bal.cōsi.cclviij.li.j.dec. cōsi.cccccclxxvj.col.j.sed cōgrue boni viri arbitrio inspecta qualitate domus ꝛ patrimonij bene in hoc senatu heredes eius q magnas possessiōes relinquerat iusti sunt filio illegitimo alimētorū noīe dare fundū quadringētarū librā reditus non soluz ad vitā,sꝫ ēt iure plene ꝓpetatis,ꝓ se ꝛ suis ꝙ facili⁹ admittēdū ē cessāte ltia ple[illegible]

d ¶ Odof.Jmo.is dubitauit vt ꝑ Bar.ꝛ ale.i.d.§.ꝙ si is.sꝫ absqꝫ dubio tenēda cōis

batur phĩbitũ relinquere tali nepoti:tñ per illã.l.est inductũ quod si extat soboles legitima,nõ possit plꝰ relinqui nepoti nato ex filio naturali,quã potuisset ipsi filio naturali.ꝛ sic fa uore legitime sobolis testatoris iura ꝓhibitiua loquentia in filio naturali extendũtur ad nepotẽ,vt ibi in text.dum dicit legitima enim sobole subsistẽte veterũ constitutionũ tenorẽ in naturalibus filijs tãtum ꝛ in nepotibus extendimus ꝛc. ¶ Et dicit Pau.de Ca.hoc esse etiã seruandũ in nepote le gitime nato ex spurio eadem ratione per illã.l.ꝛ dicit ꝙbar. in.d.§.quid si is.omisit istũ casuȝ,ꝛ ꝙ hoc est bene ponderã duȝ,ꝛ quod ab alijs nõ est põderatũ.tñ si bene aduertatur vi detur quod fuit ponderatũ per gl.in.d.l.fin.ꝛ per doct.quos supra retuli tenere hãc partẽ,ꝙ videt̃ esse cõmunis: quia alij qui dicũt posse relinqui nepoti nato ex filio spurio,nõloquũ tur qñ extabat soboles legitima.ꝛ hãc opi.etiã videtur ꝓba re Bar.in cõsi.cxviij.inci.Oducius.col.fi.duȝ dicit ꝙ illa rõ que militat in parte quã capere nõ põt filiꝰ naturalis habẽs filium ex se legitimũ ꝛ naturalẽ,militat etiã in spurio habẽ te filiũ legitimũ.ꝛ ideo approbat op.gl.in.d.l.fi.ergo cum in nepote nato ex filio naturali distiguat̃ an extet soboles legi tima,vt.d.l.fi.idẽ dꝫ esse,i spurio ſm Bar.i dicto cõsi.¶ Nõ obstãt allegata in cõtrarium.ꝛ primo nõ obstat dũ dicit͛ qꝛ ratio propter quã iura ꝓhibuerũt patrẽ reliquere filio minꝰ legitime nato.s.ꝓpter refrenãdum vitiũ paternũ,nõ militat in nepote quo ad auũ,cũ in auo nõ fuerit vitiũ respectu ne potis:qꝛ respõdeo ꝙ hoc argumẽtũ tollit̃ per.d.l.fi.de natu. libe.vbi patet ꝙ hec ratio non attenditur quando extat so boles legitima.Nã si hec ratio attendi deberet quãdo extat soboles legitima , sequeret̃ ꝙ etiã existẽte sobole legitima auus posset instituere libere sibi heredẽ nepotẽ naturalẽ, vt legitimũ natũ ex filio spurio,ꝙ est cõtra.d.l.fin.¶ Et eodẽ modo nõ obstat dũ dicebatur ꝙ spurius põt capere a fratre suo qꝛ in hoc nullũ fuit vitiũ a fratre,ita deberet dici in auo: qꝛ dico sic͛ ꝙ ista ratio tollitur per.d.l.fi.qꝛ si dicta rõ milita ret qñ extat soboles legitima,deberet posse auus libere insti tuere nepotẽ naturalẽ vel legitimum natũ ex filio naturali etiã existẽte sobole legitima:quod est cõtra dictã.l.fi.¶ Nec etiã obstat ꝙ spuriꝰ sit premortuus per.d.l.queritur,quia di co ꝙ dicta cõsideratio est cõtra.d.l.fi.que nõ attendit an fi lius viuat,an sit premortuus.ꝛ illam distinctionẽ etiã nõ at tendit Bar.in.d.§.quid si is.si bene cõsideretur. Et similiter nõ ob.d.l.j.§.fi.ff.de bo.pos.cõtratab.ꝛ.d.l.cognouimus.cũ fi.quia respõsio patet per.d.l.fi.vbi qñ superest soboles legiti ma,defectus illegitimatis filijs nocet nepoti.¶ Nec obst.ꝙ no.Spe.ꝛ Jo.an.in.d.versi.sed qd si habens.ꝛ Feder.de se nis in dicto consilio.ꝛ Bar.in.l.fi.ff.de his qbus vt indi.ꝛ in dicto.§.quid si is.ꝛ Bal.in.d.l.fi.C.de natu.libe.qꝛ respõdeo ꝙ ibi non loquunt̃ qñ extat soboles legitima,vt etiã sepius fuit ostensum.¶ †Non obstat etiã id ꝙ habet̃ in.d.c.cũ ha beret.qꝛ respõdeo ꝙ hic nõ fuit relictũ pro necessitate alimẽ torũ.vel dic ꝙ dispositio illius decretalis solũ debet seruari in terris ecclesie,vt dixi.questio aũt nostra vertit̃ in terris im perij.¶ Nec dicat ꝙ dictũ relictum debeat cõfiscari , imo dꝫ remanere apõ dictos filios testatoris legitimos ꝛnaturales heredes institutos,vt etiã habet̃ in.d.l.j.C.de naturali.libe. ꝛ ibi per Bar.ꝛ no.in.l.aufertur.circa princ.ff.de iure fisc. ꝛ no.Bar.ꝛ alij in.l.hereditas.ff.de his quibus vt indig.ꝛetiã l.l.fi.ff.eo.ti.ꝛ in.l.si totã.ff.de acqui.here.ꝛ est cõmunis opi. ꝛ cõclusio doctorũ vbiqꝫ. ¶ †Circa secundũ vtrum potue rint prescribere decẽ annis inter ꝓsentes.xx.inter absentes. ꝛ tex.est cũ gl.notabili in.l.nemo.ff.pro legato.vbi habet̃ ꝙ nõ põt prescribi tali prescriptione in qua requiratur titulus prout est vsucapio,ꝛ ꝓscriptio.x.annorũ inter presentes,vel xx.inter absentes si volũt prescribere tanꝙ sibi relictũ ab eo a quo capere nõ potuerũt.ꝛ ita etiã no.Bal.in.l.id qõ pau peribꝰ.in vl.col.C.de epis.ꝛ cleri.ꝛ idẽ dicit Bal.in.l.nullo.C. de rei vendic.vbi intelligit hoc esse verũ etiaȝ si ꝓutassẽt se le gitimos:quia plus non operat̃ possessio lõga ꝙ verus titulꝰ cũ volũtate dñi tradẽtis.allegat gl.scꝫ eñ singularẽ in. d.l. nemo.Jta etiã dicit Sal.in.d.l.nullo. vbi intelligit hoc esse verũ:etiã si iusto errore putassent se esse legitimos.ꝛ ita intel ligit preallegatã gl.idẽ tenet etiã ipsemet Sal.in.d.l.ij.C.ꝓ herede.¶ Pro hoc facit:qꝛ nõ cadit titulꝰ verus ibi,nec iu stꝰ error operat̃ ꝙ vsucapio ꝓcedit.l.j.ff.ꝓ herede: ¶ †Cõ probatur etiã quia cuȝ lex prohibeat omnẽ alienationẽ sal tẽ que fieret titulo gratuito in istos spurios seu natos ex eis l.j.cũ ibi no.per Bar.C.de natu.libe.ꝛ per Barto.ꝛ alios in l.si is qui ex bonis.ff.de vul.ꝛ pupil.sequitur quod etiam di cta prescriptio inter eos,videt̃ prohibita.l.alienationis ver bo.ff.de verbo.signific.ꝛ not.in.l.vbi lex.ff.de vsucap. ꝛ ista pars videtur verior,licet An.in.d.l.nemo.tenuerit cõtrariũ qñ errore facti iusto putassent se legitimos,per not.per gl.fi. in.l.j.ff.pro dote.ꝛ Rapha.cu.in.l.nemo. reprehẽdit opin. Ange.quia secundũ eum in casu notato. per gl.in.d.l.j.ff.ꝓ dote.non censetur ibi proprie incapax ꝛc.

## Epitome.

¶ Licet domine moderate castigare ancillam,ꝛ attenditur principium ad excusandum delictum.h.d.

## Consilium.LXXV.

Viso themate visaqꝫ inquisitione firmata contra dictam Antoniam,ꝛ cõ tra predictum Senetum de valentijs eius filiuȝ, ꝛ cuiuslibet eorũ respõsionibus,ꝛ statutis transmissis videli cet sub rubrica de misculãtia ꝛ rumore ꝛ percussionibus sine armis,ꝛ sub rubrica de augmentatione penarũ propter locũ ꝛ tempus commissi delicti.¶ †Mihi videtur de iure conclu dendum Antoniam esse a contentis in inquisitione absoluẽ dã:qꝛ cũ Clara dici possit mercenaria dicte Antonie,ꝛ cuiꝰ domestico famulatu vtebatur.nam saltẽ ipsi Clare victum pro mercede sua prestabat,ipsiqꝫ Antonie clara furtũ dome sticuȝ fecerit,videlicet cuiusdã furti suspicaretur quod ne ali quod sibi furtũ fecisset,licuit tamẽ temperate castigare.ita in quit glo.iij.questio.j.c.sicut alterius.in versic.iudicari.ꝛ not. etiam glo.in.l.respiciẽdũ.§.furta domestica.de penis.in ver bo publice.per illum textũ.ꝛ ita etiam no.doc.maxime An tonius de but.in capi.cum contingat.in.ij.colum.de foro cõ peten.ꝛ domi.Abb.ibidem.ꝛ Joan.fabri institu.de his qui sunt sui vel alie.iur.§.sed hoc tempore.facit.xxiij.qõ.iiij.cap. duo.ista nomina vbi vnusquisqꝫ suam familiã castigare de bet.¶ Accedit id quod habetur in.l.si libertus.ff.de fur.†ꝛ in dubio presumendũ est dominã Antoniam fecisse ex causa qua sibi licuit,scilicet causa corrigendi ꝛ emẽdandi mercena riam ꝛ domesticam sibi famulanteȝ.l.merito.ff.pro socio.ꝛ ꝑ not.per Bar.in.l.non solũ.§.sed vt probari.ff.de oper.nou. nũcia.facit ratio.l.si preses .cum simi.ff.de pe. ¶ Et ex cõfes sione Antonie aliquid inferri nõ video ꝓpter quod ipsa pu niri debeat cum ipsa non percusserit.ꝛ posito quod non per cusserit:dicit se ibi fecisse honestatis causa.¶ Cuȝ etiã qꝛ di cta clara tenebatur,nec alie mihi contra Antoniã probatio nes videntur concludere,ita ꝙ quantum ad Antoniam : nõ video vllam subesse difficultatẽ. ¶ Quantũ vero ad Sene tum est aduertendum quod posito quod aliter nõ appareat dictam Claram esse mercenariam ipsius Seneti, attento ꝙ illud officiũ corrigendi ꝛcastigandi Claram incumbebat do mine Ant.vt dictũ est, si dictus Senetus castigauit Clarã presenti dicta Antonia matre ipsius Seneti, ꝛ non cõtradi cente,videtur eius voluntate ꝛ mandato factũ,quantum est vsqꝫ ad moderatam castigationẽ sibi de iure competentem. Nam circa huiusmodi moderatam castigationẽ deberet do mina Antonia suum officiũ ꝛ diligẽtiam interponere,dicto c.duo.†ꝛ quilibet habens potestatẽ castigandi ꝛ corrigendi, si circa id est negligens peccat mortaliter. ꝛ late probãt Ja. calde.do.Card.floren.in.c.cum ex iniuncto.de hereti. per id quod habetur.xiij.q.iiij.qui palam.ꝛ.xliij.di.ephesijs.Usque igitur ad eam moderatã castigationẽ ad quam domina An tonia exercere poterat,ꝛ debebat,videtur de mãdato ꝛ volũ te factũ qñ ea presente ꝛ nõ contradicente factum est ab eius filio.l.qui fide alterius.ꝛ ibi nota. ꝛ lege si remunerandi. §.si passus.ff.manda.ꝛ per ea que plene no.per Bar.in.l.post do tem.ff.sol.matrim.tantomagis cum dictus Senetus esset fi lius dicte Antonie presentis ꝛ tacẽtis.argumen. l.si seruus communis.ff.de dona.inter vi.ꝛ vro.ꝛ eorũ que no. per glo in dicta.l.q fide.ꝛ per Bar.in.l.que dotis. ff.solu. matrimo. circa vltimã colũ.cũ suis cõcor. ¶ †Circa aliud quod queri tur,an posito quod Senetus excessisset modum honeste ca stigationis:deberet Senetus puniri ꝑ omnibus verberibus an vero pro illis ꝑ quibus fuisset modus excessus.Respon deo breuiter quod solum pro excessu,ꝛ sic non de omnibus. vt per Bart.in dicta.l.si adulterium cum incestu.ff.de adul. in.§.impatores.ꝛ ibi no.Ang.ꝛ.l.Gracchꝰ.C.eo.ti.ꝛ.c.olim. el primo.ꝛ ibi not.Ant.de but.in vlti.colũ.de resti.spoliato. ꝛ no.doc.in.c.significasti.el primo.in gl.fi.de homi.ꝛ per Cy. in.l.j.

in.l.j.C.vnde vi,z ibi etiã Bal.in repeti.in nona.q.z not.Joã. and.in addi.Spec.in tit.de homicid.in rubr. Joan.and.z alij in.c.significauit.de pe.z remis.z Bal.in.l.j.in prin.de pace te nen.z in.c.j.§.si quis vero.de pace iura.firman.z Bald.in.l.vt vim.circa vlti.col.de iustitia z iure.z Bal.z Ang.in.l.filius.de condi.insti.Pet.de Ancha.in clemen.j.de homi. ¶ Pro hoc bñ facit tex.in.l.sed si quecũqz.§.si magister.ibi, quia non faciẽ de zc.ff.ad legem aquil.z quod ibi Bald. vbi ex illo text.notatur † quod ille qui non potest moderate corrigere z castigare si excedat modum in castigãdo:tenet nõ tanqꝫ dolosus sed culpabilis.qd dicit esse not.dignũ,z intelligit hoc esse verũ nisi ex genere instrumenti presumatur dolus,vt percussit ferro: quia ex genere huiusmodi instrumẽti presumitur animus.d.c.significasti.el.ij.de homici.z.l.j.§.sed z si claua.ff.de sica.z ita procederet id qd habetur in.l.j.C.de emenda.seruo.Sed dictus Senetus non cum ferro,sed cum funiculo quodam quadruplicato verberauit dictam claram:igitur zc. ¶ † Quo ad aliud dubium in quo querit an presupposito quod dicta verberatio incepit esse ante tertiuz sonum campane:z sic de die ex forma statuti,si tamen perfecta fuit post sonũ: z sic de nocte debeat attẽdi initium verberũ,an finis quo ad plene duplicationem,z breuiter respondeo qꝫ in dicto actu successiue cõtinuato debet attendi initium:qz vbi agitur de executione delicti:z sic ad fauorem rei attendimus initium in delictis,z non finem.l.qui cum maior.in prin.ver.sed si minor.ff.de bo.lib.z.l. quod ait lex.§. quod ait.ff.de adulte.ibi Barto. qui colligit doctrinam ex illo tex.iuncta.l.illud.in fi.ff.ad.l.aquil.qd quando vtrunqz initiũ z finis fuerunt illicita,vt quia primo cepit vulnerare,z tãdẽ cõtinuatis vulneribus occidit,attenditur finis.s.homicidium,et nõ principium.i.vulnus.z hoc fauore rei ne de vtroqz puniat,id est de vulnere z de homicidio:iuxta no.in.l. q de cau.cogni. de accu.sed si principiũ est licitum:tunc illud inspicimus,z non finẽ vt in.d.§.quod ait. ¶ Et istã doctri.etiam sequitur Ang. z Saly.in.d.l.Gracchus.z Bald.in.l.si quis non dicam rape re.C.de episc.z cleri.in.ij.col.vbi dicit,† quod quando agitur de excusandis delictis,attẽditur principium z non finis per id quod habetur in.d.§.quod ait.cum ibi not.p Bar.nisi quando principium fuisset in vno territorio,z finis in alio ,per id quod habetur in lege quid sit fugitiuus.§.idem Cecillus. ff. de edil. edic.z iste vltimus non est casus noster,sed separatus quẽ prosequitur Joan.Andre.in addi.magna. ¶ Ad propositum igitur dum agitur de excusatione delicti debet attendi initiũ cuz sic faueatur reo,z licet id quod habetur in dicto.§.quod ait loquatur quando actus in sui principio erat omnino licitus hic autem non respondeo primo dici posse quod iste actus castigationis in suo initio,erat licitus scilicet antequã deueniretur ad excessum,vt patet per ea que dixi supra secundo posito, quod non fuisset licitus respondeo quod eadẽ ratio est si actus in sui initio erat minus illicitus seu minus impunibilis, quaz in fine sicut scilicet quando actus in sui principio est in toto licitus et impunibilis.sed in fine est tantũ punibilis: qz eadẽ est ratio in parte respectu partis,que est in toto respectu totius.l.que de tota.in principio.de rei vendi.l.qui stat.in principio.ff.de vsur. ¶ Sed negari non potest,quod ista castigatio in sui principio ante sonuz campane erat minus illicita z minus impunibilis, quam in fin.post sonum campane propter dispositionem statuti.z in casu quo Barto.dicit attendi finẽ est vt faueamus magis reo,vt dicit ipse.sed in casu nostro magis fauemus reo attendendo initium, igitur non debet attendi finis Alexander. Istud consilium factum fuit die Februarij.M.cccclxxij.

# Summarium.

2 ☞ Testamentum nõ valet de quo apparet per scripturaz que dicitur scripta manu testatoris etiam inter liberos: nisi de hoc appareat saltem per duos testes.nu.12.
4 Testes deponentes scripturam esse Titij, debent eandem vidisse per eum scribi.
5 Testator,quid si se referat ad schedulam depositaz penes Titium.
5 Testator mandari potest stari dicto vnius.
8 Comparatio non plene probat nisi in libro rationum.
13 Testamentum imperfectum ratione voluntatis,nõ valet etiã inter libros.
15 Diuisio facta per legitimã administrationem an preiudicet.
17 Filij debent institui etiam in testamento inter liberos.
18 Lego,verbũ,etiam relatum ad vniuersitatem est obliquum.
19 Filius preteritus non potest approbare,testamentum in preiudicium fratrum.

# Consilium. LXXVI.

Ponderatis his de quibus in themate Videtur prima consideratione dictam scripturam,scriptam vt dicitur, manu Joannis de lacu debere saltem intra liberos dicti Joannis seruari pro vltima voluntate ipsius Joannis, quamuis nulli testes interuenerint,per id quod habetur in.l.fina.C.fami.erciscunde. z in auth. qꝫ fine.C.de testamẽ.z ibi no. z expressius in corpore vnde sumitur,scilicet i auth. de testa.imperfectis.circa prin. co.viij.cuz gl.que incipit,ergo zc. ¶ Ad hoc accedat id qꝫ no. Bart.in.l.is qui.ff.de testamen.in versi.quero quid si testator scripsit. vbi querit an si testator scripsit in schedula totam voluntatẽ suam,non tamen publicauit eam coram notario ante mortẽ,an illud testamentuz tanqꝫ perfectũ habere debeat effectum:z respondeo quod tale testamentum dicitur perfectũ ratione voluntatis in totum deducte per scripturã.ideo valeret hodie inter liberos [a], licet dicatur imperfectum ratione omisse solennitatis,ideo nõ valet inter extraneos.l.ea.ff.de test.z.l. fideicommissa.§.j.cum ibi nota.ff.de leg.iij. ¶ † Tamen premissis nõ obstantibus puto in casu nostro contrariam sententiam esse de iure veriorem:qz in casu nostro dictus Franciscus z eius filij,non confitentur dictam scripturam esse factam manu dicti Joannis.Unde oporteret ad hoc vt aliquẽ effectum inter liberos habere posset dicta scriptura, quod probaretur saltem per duos testes,vel per confessionem patris, qd fuerit scripta manu dicti Joannis,vt.d.l.fi.cum gl.in ver.iudicis.C. famil.ercis.z not. glo.in auf.de testa. imper. in verbo dimissionem.col.viij.vbi apparet † quod etiã in casibus in quibus sola scriptura sufficiebat inter solos filios absqz aliqua solennitate, tamen oportet quod probetur scripturam esse scriptam manu patris,vel cõfessione patris,vel per duos testes,z ita expresse vult Bart.Angel.Rapha.Fulgo.z Paul. de cast. in. d.auf. quod fine.z Ang.in dicta auf.de testamẽ.imper.in prin. ¶ Et dicit ibi Ange.quod illi testes debent esse corã, quando pater testamentum scribit,ad hoc vt per eos possit probari testatorẽ scripsisse,si negetur scripturaz esse in manu patris.z patebit ex infra dicendis,vbi autem in dicta scriptura essent etiam relicta legata vxori,vel extraneis personis,prout in casu nostro:tunc requiritur presentia duorum testiuz nõ solũ quo ad probandũ scripturam si negetur:sed etiam ad solennitatem, z etiã requiretur qꝫ testator dixisset coram eis qꝫ ipse pscripserat.Et qꝫ illa que dixerat,z scripsit vult valere ita habetur i dicta authẽtica de testamentis iperfec.§.j.z no.ibi gl.que incipit:ergo.z p bal. in.d.auth.qd fine.z mitto qd addat.d.auf.quod fine.ad.l.fin. C.fami.ercis.ad dictã auth.ibi positã quia nõ expedit, z satis declaratur p Ange.in dicta auf.de testa.imper.in prin. z per Bal.z alios in dicta auf.quod fine.z Ange.z imo.in.l.filio pterito.ff.de inoffic.testa. ¶ † Constat aũt quod ibi apparet p duos testes probari scripturã aliquẽ fuisse scriptã manu alicuius:oportet qꝫ illi testes deponãt se fuisse presentes [b] quãdo ille scripsit dictã scripturam.nec sufficeret si nõ fuissent presentes seu non vidissent scribere dictã scripturã,lz deponerẽt se vidisse euz alias scripturas scribere z literas suas cognoscere adeo z quod inde iudicant scripturam de quo ageretur fuisse manu eius scriptam.z probatur in.§.si quis igitur:z in authẽ. de instru.cau.z fide.z ibi no.z no.gl.in auth.z si cõtract⁹, in glossa magna.de fide.z clare not.ibi Jacob.butri.in versi.modo quero.z not.Barto.in.l.nuda ratio.ff.de donationibus.z in.l.admonendi.ff.de iureiuran.ita vt col.in.l.scripturas.C.qui po.in pig.ha.z Bal.in auf.sz nouo iure.C.sicer.pet.z Anto.de but. in.c.ij.circa tertiam vel quartam col.de fide instr. ¶ Tamẽ cõtra hoc plurimũ videtur facere id qꝫ not.Bar.in.l.si ita scripsero.ff.de condi.z demon.z in.l.quẽ heredi.ff.de re.dub. vbi querit:† pone qd testator in testamento suo solenni dixit, volo qd heres meus det illud qd scriptum est in schedula [c] quã reliqui apud guardianum fratrum minorũ, guardianus ostendit illã an valeat,z debeat illud qd in ea cõtinetur:z arguit qꝫ non qz id qd in testamento nũcupato relinquitur,debet a testibus exaudiri.l.heredes palam,in princ.ff.de test.sed hic nõ fuit exaudita a testibus:ergo zc. ¶ Preterea ista volũtas videt captatoria qz inferri videtur in voluntatẽ guardiani: qz poterit scribere i ea quicqd volet.z postea dicere,hec est quã apud me reliquit testator:ergo valere nõ debet.l.captatorie.ff.de lega.j.l.captatorias.ff.heredi.insti. ¶ Item talis schedula non est solẽnis,cum non cõtineat legitimum numerum testiũ:ergo nõ valet.l.fi.C.de fideic.z ita terminauit Jaco.de bel.tamẽ Bar.i.de l.si ita scripsero.z in.l.quez heredi.dicit qd opi.Jac.de bel.pos

[a] ¶ Liberos.adde s.lib.j.cons.cxxiij. z lib.ij.9s.cxlvj.n. xj.consi.cliij.

[b] ¶ Presentes.s.li. j.cõs.cxxiij.nu.v. Et tunc aliud nõ requiritur Ale. s. 9.clxxxj.nu.ij.li.ij. j.lib.iiij.con.lxxx. nu.iij.

[c] ¶ Schedula.ant. rub.9si.cvij.deci. 9s.clix.9s.dcxxvj. in fi.Ale.j.li.v.9. clxxvj.j.li.vj.9si. ccxxix.j.lib.vij. 9.cxiij.Jas.l.ait pretor.§.si iudex. colũ.j.de re iud.l. vbi autẽ non apparet.§.illud. de ver.ob.l.fi.col.ij. C.de fidei.consil. cxcv.lib.j.

fet esse vera, qñ nõ apparet dictã schedulã esse testatoris, ex legitima literarũ cõparatione, vel aliis legitimis indiciis: alias autẽ putat qd valeret ex dictã. l. si ita scripsero. & per. d. l. quẽ heredi. & p. l. his verbis. in prin. s. de leg. iii. & facit in argu. l. theopõpus. ff. de dot. prele. & per. l. fi. C. de fideicõ. sm vnã lect. sm quã ibi testator posuit in fide heredis, & q2 nõ est voluntas captatoria ex eo quod refert se ad scripturã de pterito. l. hoc articulo. ff. de here. insti. & ibi Bar. vr̃ sentire q sufficit probatio per comparationem scripture. ¶ Sed hic potest responderi q ille casus est longe dissimilis a casu nostro: q2 vt inquit Bald. in. l. captatorias. in. v. q. C. de testa. mili. illud est in casu questionis 6 formate per Bar. in. l. si ita scripsero. cũ similibus: † q2 illa scriptura est approbata in testamento per ipsius testatoris confessionem. arg. auf. ad hec. C. de fide instr. & d. l. si ita scripsero. nam nõ põt negari scriptura apparens de manu testatoris, q testator esse suã pfitetur. arg. l. cũ antiqtas. versi. si autẽ. C. de testa. sm Bal. in. d. l. captatorias. ¶ Istud aũt nõ est in casu nr̃o: qd nõ apparet p approbationẽ alicuius publice scripture, vel per aliud sufficiẽs documentũ, qd dictus Joães de lacu dixerit illã scripturã priuatã esse scripturã suam: seu velle illam seruari. ¶ Uel sm Rapha. cuma. in prealleg. l. si ita scripsero. ideo in casu posito ibi per Bar. sufficit sola cõparatio literarũ: 7 † q2 testator potest in sua vltima voluntate mandare vt stetur dicto vnius testis tantũ. licet alias testimonium vnius non sit sufficiens probatio. c. in omni. de testi. & l. iusiurandi. C. de test. & l. vbi. ff. de testib. ¶ Eodẽ modo videtur voluisse testator, qd priuata scriptura illa cõprobata per cõparationem literarum sufficiat quando testator in testamẽto suo dixit, volo q heres meus det illud q scriptũ est in schedula, quã reliq apud guardianum. ¶ Cũ ergo nõ sit probatũ q testator in aliquo actu vnq̃ dixerit illã schedulã esse suã scripturã, sequit q sumus in casu notato per gl. in auf. de testa. imperfe. in versi. diuisione. & per Bal. & alios in. d. auf. q fine, cũ concor. s. allegatis. vbi habetur q debet pbari per confessionẽ vel per duos testes q testator illã scripserit, & expresse Ange. in. d. auf. de testa. imperfec. in prin. hoc vult. & sic opus est testibus in cõparatione sola prout etiã iam dictũ est. ¶ Facit qd est de mente Bar. in auf. & si contract⁹. in fi. C. de fide instru. & expressius Ang. in. l. com 8 parationes. in penul. & vlt. col. eo. tit. qd nõ solũ in apocha. † sed etiã in epistola & in aliis similibus scripturis priuatis. excepto a libro rationũ, [a] nõ sufficit sola cõparatio [b] ad plenam probatio b nem, nisi interueniat etiã pbationẽ testiũ deponentiũ se fuisse presentes, quando illa scriptura fuit scripta, & hoc idẽ expresse firmat do. Abb. sicu. in. c. ii. de fid. instru. circa. vi. col. q2 tex. in auf. de instr. cau. & fide. in prin. vbi facit mentionẽ in gñe de legib⁹ pmittentib⁹ cõparationẽ, & postmodũ subdit rationẽ generalẽ cuilibet scripture priuate conformẽ dicẽs q accusatione legis permittẽtis cõparatione sentẽtie augmento testiũ homines multũ adulterabantur documẽta, adeo vt semetipsos ad imitationẽ literarũ se exercerent. ideo volẽs puidere subiectis, 9 & obuiare falsitatib⁹, statuit vt sola cõparatio nõ sufficiat †: q2 est probatio fallax illa q̃ fit per collationẽ literarũ. cũ ergo illa ratio sit vniformis & gñalis, debet vniformiter & generaliter intelligi dispositio legis. l. regula. §. si quis. & ibi not. Bar. ff. de iu. & fact. igno. c. maiores. de baptismo. & plenius per do. Abb. d. c. ii. ¶ Et istam opi. etiã. s. q nõ sufficiet sola cõparatio facta ante scripturã priuatã, tenet etiã Jac. de bel. in auf. de instru. cau. & fide. §. fi. in fi. per illum tex. in. §. si tamen quisq3. eo. tit. tñ q2 in hoc vltimo extant aliqui cõtradicentes, ideo non facio in 10 hac vltima rñsione potissimũ fundamentũ. ¶ † Quinimo posito quod per cõparationem posset probari dictã scripturam fuisse scriptam manu dicti Jo. oportet ad hoc probandũ produci aliã scripturã scriptã manu dicti Joã. & subscriptã manu triũ testiũ quorũ duo saltẽ deponerẽt, & testificarent se vidisse dictũ Joan. scribere illã scripturã, cui se subscripserũt. vel si testes illi subscripti haberi non possent, debent pbari q ille subscriptiones triũ testiũ sunt de manu ipsorũ testiũ, probãdo hoc per cõparationem aliarũ scripturarum dictorũ testiũ, ita habetur in. l. cõparationes. aut oporteret dictã cõparationem facere ex aliqua scriptura actorũ iudicialiũ facta manu dicti Joã. si vnquam fuisset deputatus dictus Joannes ad acta iudicii confitẽda. iuxta. c. qm̃ cõtra. de prob. aut ex scriptura publica manu dicti Joãnis, si dictus Joães fuisset notarius, ita habetur in. d. l. cõparationes. aut aliqua alia scriptura, qua dictus Antonius filius dicti Joannis antequã scripturã, factã manu dicti Joan. etiã carentẽ subscriptione testiũ produxisset in iudicio contra dictũ Franciscũ, vel eius filios puta cõueniẽdo d. Fran. vel filios ipsi Antonio aduersarios, vt habetur in. d. authent. ad hec. C. de instru. aut ex aliqua scriptura manu dicti Joannis recõdita in archiuo publico, vt in. d. auf. ad hec. aut ex aliqua scriptura quã dictus Antonius cõfitet esse manu dicti Joannis sm Rico. de matha. & Bald. in. d. l. cõparationes. ¶ Insuper alia ratione nõ potest habere effectũ dicta scriptura paterna ad hoc vt seruetur inter liberos, quãuis sit priuata scriptura posito qd probaretur sufficiẽter q esset facta manu dicti Joãnis: q2 dicta scriptura paterna ad hoc vt seruetur inter liberos, quãuis sit priuata requiritur tẽpus, vt. d. 11 auf. q fine. & in corp. vnde sumitur. † sed vbi in aliqua scriptura etiam priuata requirit tẽpus: debent exprimi nõ solũ dies, mẽ c ses, & anni: sed etiã nomen imperatoris seu regnantis. [c] in auf. quibus modis natur. effici. legiti. §. quecunq3. & in authen. vt preponatur nomen imperatoris. in princi. vt not. in. l. generali. de tabel. lib. x. & in. c. inter dilectos. de fide instru. ¶ Et qd proprie in terminis nostris. i. in scriptura vltime voluntatis facta manu patris inter liberos requiritur nomẽ imperatoris cõsulis seu regnãtis, tenet Bal. in. d. auf. q fine. ad fi. & Ang. ibidẽ & expressius etiã ibi Sal. & dicit qd debet exprimi etiã nomen consulis seu regnantis per iura. s. allega. & per. l. ii. §. diem. ff. quemadmo. testa. ape. de consuetudine, dicunt doc. quod non apponitur nomen consulis, sed in terris imperii nomen imperatoris: & in terris pape nomẽ pape. per gl. i. q. vii. in. c. quoties cordis oculus, & no. An. in. l. i. §. editiones. ff. de edẽdo. & Joã. de imo. in. d. l. ii. §. diẽ. ff. queãdmo. testa. ape. & do. Abb. in. d. c. i. ad fi. de proba. Sed in. d. scriptura nõ est nisi annus, dies, mẽsis: nõ aũt nomẽ regnãtis: ergo nõ sufficit. ¶ Forti⁹ eñ voluit Saly. in. d. l. hac cõsultissima. §. ex impfecto. C. de test. in. d. auf. 12 qd fine. † si scriptura manu patris inter liberos reperit recon d dita in capta [d] post mortẽ patris, & nõ apparet q fuit lecta & publicata, q nõ valebit quasi dicat imperfectũ nõ solũ ratione solẽnitatis, sed etiam ratione voluntatis principaliter. argu. l. a consultissima. C. qui testa. fa. pos. ibi dñ tex. dicit eulogium ipse suũ pfiteat agnoscere. & p. l. fideicõmissa. §. i. ff. de leg. iii. ¶ Et idẽ videt tenere Bal. in. l. qõnẽ. in pe. col. de fideicõ. in versi. qd de scriptura manu testatoris facta &c. nisi testator asseruisset se cõpleuisse dictã scripturã sm Bald. ibi per. l. fideicõmissa. §. i. ita saluatur id qd not. Bart. in. l. si is qui. ff. de testa. cum si. q2 loquitur ibi Bart. qñ apparebat testatorem voluntatẽ suam e habuisse pro perfecta [e], & eã totã in dicta scriptura explicasse. 13 † Et cõstat quãdo testamẽtũ est imperfectũ rõne voluntatis, non seruatur etiã inter liberos sm cõem opi. vt not. per gloss. & doc. in. d. l. si is q. & in. §. fi. C. fami. erc. & per doct. in. d. §. ex imperfecto. ¶ Nec pdicto Antonio obstare põt id qd habetur in. l. fi. C. de fideicõ. §. fi. q2 illa sm aliã lecturã ibi positam: nã facit ad propositum suum, q2 loquit qñ scriptura facta nõ erat cui⁹ cõtrariũ asserit Frãciscus seu aduersarius dicti Antonii. tñ q2 illa lex loquit qñ heres cõuentus a pncipio negauit testamentũ fuisse factũ: & postea recusat hoc velle iurare. nã tũc tenet heres legatario vel fideicõmissario agẽti ad soluẽdũ legatum vel fideicõmissum. secus si a principio nõ negasset testamẽtũ eẽ factũ, sed dicit non esse solenne testamentũ, q2 tũc esset necesse illi qui se fundat ex testamẽto taq̃ valido pbare de validitate. l. si veritas. & l. ex testamẽto. C. d fidei. Jtẽ secundũ aliã lecturã illa lex loquit quãdo apparet q testator noluit solẽniter testari: et voluit cõfidere de fide heredis, quẽ grauauit aliquo onere legati, vel fideicommissi. Nam legatarius hoc pbãs põt cõpellere heredem ad soluendum legatũ. Et sic apparet qd dispositio illius legis nõ põt adaptari cõtra Antoniũ in casu nostro quouismodo. ¶ Ex predictis ergo apparet respõsum ad primum & secundũ dubiũ in qb⁹ querebat an p pdictã scripturã posset dici Joannem fuisse testatũ inter liberos, si non apparet quis fuit ille, qui facit dictã scripturã, & etiã quomõ probari possit 14 dicta scriptura fuisse scripta manu dicti Jo. ¶ † Circa tertium scilicet an posito q dicti Antonius & Fracisc⁹ fratres fecerint diuisionẽ inter se de omnibus bonis dicti Joãnis equaliter, & qd in patrem dicti Antonii obuenerit dicta dom⁹ prohibita alienari: & p ipsum Ant. habitari in ea piudicet dicto Frãcisco, qui habebat plenam notitiam de dicta scriptura: & ẽt preiudiciis dicti Frãcisci legatariis. ita q ipse Ant. possit se iuuare p dictam diuisionem cõcorditer factã. Quis ista dubitatio non videt necessaria stantibus his, q̃ dicta sunt circa precedentia dubia, tñ respondeo q quantũ ad preiudiciũ Francisci videtur q dicta diuisio fieri poterit. Nam ex quo habebat sciẽtiam dicte asserte scripture testamẽti: valuit diuisio facta sup cõtentis in testamẽto, nõ obstãte q in diuisione nõ dicatur, visis & lectis & cognitis pbie testamẽti. iuxta. l. de his. cũ ibi no. p doc. ff. de trãs. l. i. iuxta prin. ff. queãd. testa. ape. l. iiii. ibi Bart. ff. de op. leg. l. i. & l. cum proponas. C. de pac. l. de fideicõmisso. C. de trãs. & no. Bar. & Ang. plene in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de 15 ver. ob. cum si. ¶ † An aũt potuerit valere ad piudiciũ filiorũ dicti Frãcisci. Et dico q si diuisio non fuerit facta p Frãciscũ vt patrem

a ¶ Rationẽ. Soc. consil. xli. colũ. i. lib. iii.

b ¶ Comparatio. s. consil. cxii. nu. vii. lib. ii. matth. affli. decisi. neap. cxxxi. dixi in consu paris. §. lxxviii. adde. i. lib. vi. consil. ccxxxix. Pau. cõ. ccccl xvii. lib. i. cõsi. lxxxvii. lib. ii. Cor. consil. cixix. col. fin. lib. i. consil. lviii. lib. iii. soc. d. l. si ita scripsero. deci. consil. dcxv. col. i.

c ¶ Regnãtis. Nõ seruatur in patria consuetudinaria.

d ¶ Capta. Benedic. rep. c. Rayn. ver. testamẽtum. i. nu. lxxxvii.

e ¶ Perfectam. s. lib. i. consi. lxiiii. nu. iii. s. cõsil. viii.

vt patrē & legitimū administratorē filiorū suorū, constat qđ nō p̄iudicat eis.l.si vnus.§.añ oīa.cū vulgarib⁹.ff.de pac. aut fuit factum per dictū Frācīscū: & vt patrē & legitimū administratorem filiorū suorū: & tunc si aliquid propter hoc consecutus est Franciscus.vt pater & vt legitimus administrator filiorū, vī̄ q̄ valeret cōuentio patris, per no.p glo. & doc.in.l.de re filiorum. C.de trāſ. & l.preſes.C.de trāſ.Stantib⁹ dubijs ſup validitate dicti testamenti de quibus.ś.dictū est, & casu quo per filios dicti Frācīſci, vel per aliū euincerek̄ dicta domus, tenek̄ Franciscus de euictione, & ad oīa promissa dicto Antonio in instrumento diuisionis, si Anto.ignorauit dictā rem esse legitime legatam filijs dicti Frācīſci.l.fin.§.fi.C.cōmunia delega. & super hoc vlterius non me extendo, cum non habeam copiam instrumenti diuisionis. ¶ Super quarto & vltimo dubio quo queritur an per predictam diuisionem concorditer factam in qua assignata est dicta domus Antonio contra voluntatem patris & multa vltra legitimā possint agentes pro fabrica sancti Antonij de padua aduocare predictā domum, & etiam id quod habuit vltra legitimā. & in hoc puto fabricam cum effectu petere non posse.moueor quia vltra defectus inualiditatis testamenti de quibus dixi in primis dubijs hic concurrit expressus defectus scilicet testiū, saltē duorū qui habuerunt adesse tempore testamenti. quando in testamēto aliquid disponitur ad pias causas.c.cū esses.&.c.relatū.el.j.de testa.hoc magis in specie quo ad casum nostrum probatur.in.d.auk.de test.imperfec.ver.si tamē vxori &c.in ver.libertates.col.viij.vbi appa-

16 ret† q̄ qñ testator inter liberos manu ꝓpria scripsit vltimā voluntatem, si vult in eadem volūtate relinquere libertatem seruis, oportet quo ad solēnitatem saltē coram duobus testibus: exprimat illud qđ scripsit, vt declarat Bal.i.d.auk. quod sine. circa pn.cōstat aūt qđ dispositio facta fauore libertatis, & esse dispositio ad piā causam, vt.l.j. ver.si.in verbo rōnem pietatis. C.de cōi seruo manu.& ibi ponderat Bal.& not.Bal.in.l.prima.in fi.ff.de his que in testa.delenk.& in.l.si vnus.C.de test.& l.titia vsusfructus.§.j.ff.de cōdi.& demō.& no. Bal.in l.ij.C.de fideicō.li.& in l.pe.eod.ti.& l.si iure.C.de test.man.& in.l.vni.§.j. C.de cad.tol.in vltima col.& ibi dixit expresse Bal.qđ libertas & ecclesia equiparank̄. ¶ Et ſm istā determinationē videntur necesse intelligenda esse verba eoꝝ, qui dixerūt qđ scriptura testamēti facta a testatore ad pias causas valet.licet nō sit solennis ad predicta: sed isti testes nō fuerūt presentes.d.asserto testamēto.ergo non valet ad pias causas. ¶ Non omitto vltra predicta qđ dicta scriptura asserti testamēti, posito qđ esset manu patris, nō vī̄ valere alia rōne.† nā fili⁹ debet directo habere

17 a iure institutionis [a] id qđ sibi relinquik̄ a patre: alias testamentum nō valet, iuxta.§.aliud quoq; capitulū. in auk.vt cum de appel.cog.& hoc habet locū etiā qñ pater quomodocūq; etiam inter liberos testarek̄, vt no. Jac.de are.Cy.& Saly.in auk.nouissima.C.de inoffi.testa.& dicit ibi Sal.in principio qđ ista est cōmunis opi.& quo ad hoc non habet locū id qđ habetur in.l. hac cōsultissima.§.ex imperfec.C.de test.scđm eos.& p Dyn.& Ang.in.d.§.aliud. ¶ Sꝫ ita est qđ testator ī dicta scriptura nō instituit Franciscū eius filiū: sed dixit qđ legabat Franciscū in oībus suis bonis heredē vniuersalē, & Antoniū instituit in certis bonis dicendo qđ in dictis bonis instituebat dictum An-

18 toniū heredē vniuersalē. ¶ † Sed ita est qđ verbū, lego, relatū etiam ad vniuersitatē hereditatis seu bonorū, non trahitur ad institutionē vel substitutionē directā sed fideicōmissariam: & sic intelligitur de herede per fideicōmissum.l.mulier. cū ibi not.ff. ad treb.& probak̄ in.l.verbis.ff.de ver.signi.& firmat Bart.in l. cēturio.ff.de vulg.& pup.in ver.sed quid si testator cōpendiose substituit p hec verba, quecunq; sine herede decesserit lego, & idē ꝓbatur in.l.cū filio, in princ.ff.de vulg.& pupil.ſm Bald.& Ang.& Jo.de imo.in.l.j.§.si ex fundo.ff.de here.insti.in repet.in antepenul.char.in ver.quid aūt si dixisset.& in.l.his verbis.in pn.eo.ti.& ibi etiā refert ita tenuisse Sal.in.l.si.C.famil.ercīscun.& approbat opi.Bal.in.d.l.fin.ita etiā tꝫ Ang.& Jo.de imo.in.d.l.mulieri.§.fi.& Jmo.in.c.rayn. in.xiij.col.de testa. & respondit ad.c.raynald.de testam.prout colligitur ex ibi no, per glo.in verbo legauit.& per glo.in cap.si pater.in verbo instituit.de testa.in.vj.quod ibi versi. bene lega

19 uit stet proprie, put referk̄ ad heredes. ¶ † Nec obst. si dicerek̄ qđ.d.Frācīſcus quāuis nō sit legitime institutus, & si cēseatur

b preteritus, poterit approbare [b] testamentum.l.fi.§.in preterito.ff.de iniust.testamē.q2 illud limitatur esse verū, si per talem approbationem testamenti alij filij instituti non consequerentur minus quam fuissent abintestato consecuturi. ita firmat & probat Bar.in.l.posthumo.C.de bono.pos.con.tab.& clarius Jo.de imol.Raph.cu.& Paul.de cast.in.l.filio preterito.q2 loquitur in casu in quo per approbationē nō fiebat preiudicium in hereditate alijs fratribus institutis, qui erant instituti in certa seu maiori portione, quamuis esset obuentura abintestato. Sed si diceremus quod dicta approbatio Francisci validaret testamentum, fieret preiudicium fratri suo.s.Antonio, qui fuit institutus in maiori portione, quā in ea quam habiturus esset ab intestato.ergo nō potest talis approbatio sibi preiudicare. Ex quibus omnibus concludo vt supra.

## Summarium.

2 ☞ Uerbum, non potest inducit necessitatem precisam.
3 Jniquitas manifesta reddit sententiam nullam.
4 Jus non patitur pro vulnere, ex quo non sequitur mors, infligi penam capitalem.
5 Occidens nulliter bannitum scienter, morte puniatur: si vero ignoranter pro modo culpe.nu.6.7.9.10.
11 Scriptura publica si excusat a dolo, non excusat a culpa conquerendi & consulendi.
12 Dolus vnius quando non absorbet culpam alterius.
13 Statutum loquens de figura banni, intelligitur rite & legitime lati.
16 Exceptio nullitatis que ex inspectione sententie apparet, obstat etiam post tres sententias conformes.nu.22.
17 Appellatione remota non tollitur grauamen notorium.
19 Nullitas non censetur tolli, que inducitur per alia statuta eiusdem.
20 Judex potest supplere, etiam si pars non potest opponere de nullitate.
21 Presumptio omnis sinistra cessat in iudice.

## Consilium.LXXVII.

Jsis dubitationib⁹ eleganter formatis per curiam magnifici potestatis Bononie in causa Antonij flaragia qui, vt dicitur

c occidit Thomam descriptum in libro bannitorum. [c] ¶ † Ut

1 ostendam prout de iure puto esse verissimum, quod non licuerit domino Antonio impune occidere.presuppono quod dictū bannū datū ꝯ Thomā capitaliter est nullū, & inualidum presertim q2 ex forma statutorū ꝓ percutiōe & vulnere, ex qua vel ex quo nō sequak̄ mors, nō potuit pena capitalis imponi, sed in casu de quo queritur, veniebat imponēda pena pecuniaria, vt est cautum in statuto sub rubrica, de pena vulnerātis.& in conclusione statutorū in fi.est prouisum quod pro aliquo crimine non possit imponi maior pena, quā sit prouisum per statuta & ponderanda sunt dicta verba.s.nō possit,† que verba cū

2 d sint negatiue, ꝓlata denotāt necessitatem precisam.& priuant [d] iudices omni potentia.l.nemo potest.ff.de.leg.j.l.nō pōt.ff.de fur.& est gl.ordinaria in.c.j.in gl.ij.de re.iur.in.vj.& not.Barto, & Bal.in.l.gallus.in prin.ff.de liber.& posthu.& Bald.in.l.j.in penul.col.C.qui admitti.in.l.questionē.in vltim.col.C.de fideicōmis.& ibi dixit expresse qđ actus factus cōtra dictā prohibitionem, est irritus: alle.no.per glo.in.d.c.j.no.etiā Bald.in.l.j. ff.de iniust.testa. ¶ Ūñ dixit singulariter Anto.de butr.in ca.

3 ꝑterea.de dila.in.v.vel.vj.col.vbi refert se de facto dixisse† qđ statutū si impediat qđ iudex non possit exercere iurisdictionem suā, vel vltra limites sue iurisdictionis qđ non valebit pronunciare se cōpetētē iudicē, quādo per hoc excederet terminos sue iurisdictionis per ea que not.in.c.iudex.de sen.excom.in.vj.cū alijs ibi allegatis per eum. ¶ Jtē cum cōtineat in se manifestā iniqtatē tale bānum & sententia reddik̄ ipso iure nullā, & est nul

e la [e] vt tex.no.in.c.inter ceteras.de re iud.ſm vnū intellectuꝫ ibi probatuꝫ a doc.& ibi plene traditur per eos, & maxime per do. Abb.nā vt ipse ibi dicit in casu ꝓpter euidentem & manifestā iniquitatē cessat presumptio que in genere erat ꝓ iudice, & p̄sumek̄ recte agere, iuxta.c.in p̄ñtia.de renū.c.cū iter.&.c.sicut.de re iud.Nam in seriis nō certis locus est cōiecturis, vt.l.ille aut ille.§.cum in verbis.de leg.iij.l.cōtinuus.§.cum ita.de ver.obl. c.euidentia.de accu. ¶ † Qđ autē dictū bānum capitale conti-

4 neat manifestā, iniqtatē, pꝫ: q2 nec ius naturale, nec ciuile, nec municipale patitur q̄ pro vulnere ex quo nō sequak̄ mors, imponak̄ pena capitalis, nec istud fortasse vnq̄ est visum fieri in similibus terminis. ¶ Presupposita igitur nullitate bāni dico q̄ succedit cōis cōclusio doctorū† qđ ille qui occidit bānitū

5 qñ bannuū erat nullū, debet puniri acsi occidisset non bannitū, qñ sciuit bānū esse nullū.l.nō putauit.§.non queuis.& ibi Bar. ff.de bono.pos.con.tab.l.iij.§.cōdennatum.de re iudica.& pro

a ¶ Jnstitutionis. Jdē.j.lib.vij.consil.cxiiij.col.fi.late benedic.rep.d.c. raynutius.ver.in eodē testamento relinq.j. nume. cxxxvj. lꝫ aliud Alex.j.lib.v.cōs. clxviij.nu.vj.

b ¶ Approbare. benedi.vbi.ś.nume.cv.

c ¶ Bannitorū.ś. eo.consi.lxv.ś.lib. j.consil.cxiiij.

d ¶ Priuat.Ale. Jaso.d.l.gall⁹.in princi.Phi.frāc. c.j.colū.j.& testa.in.vj. Cur.senior consi.lxxxij. num. xxx.Jas.l.j.principio.l. stipulatio ista.§. alteri. col. vj.& ꝟ.obi.l.fi.co. iiij. de fer.Anto. corse.i sing.ver si. pōt limitat deci.l. pacta q̄ ꝯ.colū.ij. C.de pac.Alcia.ī l.nepos. colū.ij.& verbo.sig.

e ¶ Nulla.Paul.ī c.qñ ꝯtra falsam. & ibi Fel.co.xij.& prob.Andre.iser. c. vnico.q̄ sint regali.versi.cōdēnatorū.ī prin.in vsi. feud.Guid.pap. q̄.ccxxj.colū.fin. Anto.corse ī singu.versi.sentētia. Matth.affl.deci. neap.xxxix.Pyppo.de marsi.sing. cccclxxiij.j.li.vij. consi.xcj.

bat hoc Barto. ⁊ alij post eum cōmuniter in.l.iij.§.si seruus.ff.
de acqui.pos. vbi ad hoc adduxit.l.debitor.ff.de verb.sign. ⁊.l.
si qs filio exheredato.§.qđ si quis.ff. de iniusto ⁊ irri.test. ⁊ oēs
vbiqȝ illam eius opi.sequuntur, vt patet ex not. per An. ⁊ Bñ
dictuȝ de plūbino.in.l.cū vero.in prin.ff.de fide.liber.per illum
tex. ⁊ Bal.in.l.ij.ff.de iureiur. ⁊ in.l.app.ad fin.C.de app. ⁊ in.l.
j.C.si a nō cōpetē.iudi. ⁊ in.l.eū qui duas.C.de adul. ⁊ Bal. in
auť.que supplicatio.C.de preci.impe.offe. ⁊ in.l.lite.C.de liber.
cau. ⁊ in.l.qui a latronibus.§.j.ibi Jo.de imo.ff.de test. ⁊ ī.d.l.
6 si quis filio exheredato.§.quod si qs. ¶ † Si aūt ignorauit bā-
nū esse nullū: tunc cōis opi.est qđ non excusetur, quī saltez te
neatur de culpa arbitrio iudicis: q2 si ille qui contrahit cuȝ alio
nō excusatur, si nō est diligens in inuestigando conditionē pso
ne eius.l.qui cum alio.ff.de reg.iur. multomagis qui aliuȝ pro
pter eius cōditionē occidit, debet esse bene certus de cōditione
persone sue: ita per hec ⁊ alia plurima argumēta cōcludit Bar
to.in.l.pen.alias si.ff.de adul. ⁊ Bal.in.l.ex more.C.ad.l.aquil.
¶ Et ibi dicit Bal. qđ ille qui occidit illum qui nō erat rite bā
nitus, ⁊ sic errauit in iure punitur non de dolo sed de culpa ex
tra ordinem.iuxta.l.in.l.cornelia.ff.de sica.l.respiciendum.§.pe
nul.ff.de pen.est enim lata culpa errare in iure.l.late. ff. de ver.
signi.no.in.l.libellorū.§.notatur.ff.de infam.ita etiam đt Bal.
in.l. quid si fugitiuus.§.apud labeonē.ff.de edil.edic.vbi đt ꝙ
propter authoritates publice scripture excusatur a dolo.argu.
l.de etate.§.ex causa ff.de interro.actio. ⁊ in.l.j.C.de his qui ve
niam eta.impet.cum sim.sed nō excusabitur a culpa lata: quia
debuit diligenter inuestigare.allegat.l.ij.§.hac actione.ff.vi bo
no.rap.ita etiam Bal.in.l.j.ff.de legi. ¶ Et Bald.in.l.ij.in.iiij.
7 col.ff.si quis ī ius vo.nō ierit. ⁊ ibi cōcludit † quod si cleric⁹ fuit
bānitus a iudice seculari, ⁊ ille qui sciebat illū esse clericum occi
dit euȝ authoritate statuti dicentis ꝙ bānitus possit īpune oc-
cidi: non excusabitur a pena imponēda ratione culpe, postꝙ bā
nitus nō reputabatur publice pro laico, vt etiaȝ no. Jo. An. in
regula ꝙ quis mādato.de reg.iur.in.vi.in mercurialibus, ⁊ Al
bericus de rosate in vltima parte statutorū.q.xxix.incip.querit
ipse Gādinus.eo.ti.⁊c. ⁊ ibi plus voluit post Gandinum ꝙ q2
non sciebat illū esse clericū, sed fuit bānitus: tñ non excusatur
a pena doli.tȝ in proposito iste qui occidit vigore banni.sciebat
eū esse bānitū per iudicē ex quo mors secuta nō fuerat, vt etiā
ex inspectione bāni apparet: ergo sciuit seu scire debebat ban-
nū esse manifeste iniquū ⁊ nullū, vt dixi, ⁊ merito non excusari
saltē a pena extraordinaria imponēda rōne late culpe. ¶ For-
tius dixit Bal.in.l.j.C.si a nō cōpetē.iudice. qđ etiā qui occidit
clericū bannitū ignorans eū esse clericū, non excusatur: q2 illud
nomen bānitus positū in statuto, significat quidditatē banni.
sicut res iudicata significat subsistentiā. l.ij.ff.de penis. nec dȝ
excusari pretextu ignorantie cū cōtumelia iuregentiū interue-
nerit.l.si adulteriū cum incestu.in prin.ff.de adul. ⁊.l.vt vi.ff.de
iusti. ⁊ iur.ideo debuit diligēter perquirere ⁊ nō percurrere ad
8 actū, cui naturaliter inest dolus. † nā homicidiū nō potest fieri
a priuato sine dolo, etiā si statutum disponat qđ non puniatur
q2 alius est iustificare, aliud nō punire, vt no.in.l. accusationis.
C.qđ met.cau.ita residet Bald.in.d.l.j.C.si a non compet.iud.
9 ¶ Accedat doctri.bal.in.l.j.C.de pe.qui cōcludit qđ † qñ nulli
taȝ bāni est patens, nō excusatur occidens taliter bannitū. l.si
quis legatū.ff.de fal. ⁊.l.si quis.§.testamentū.ff.de pe. ⁊ ita etiā
Bal. ⁊ Saly.in.d.l.eū qui duas. Sed.d.nullitas est patēs p ea
que dixi.s̄. ⁊ ꝙ plus est continet errorē iuris municipalis, quo
casu sententia lata expresso errore ꝓcedente aliquo statuto in-
serto in volumine statutorū est nullū ipso iure, sicut quando est
lata cōtra ius cōmune cū expressione erroris, vt voluit Barto.
in.l.cū prolatis. ⁊ ibi no.ff.de re iudi. ¶ Ad predicta etiā bene
facit quod not. Jo.and.in addi.Spe.in ti.de accus. in.§.j.super
versi.sed quid si bannitus. ⁊ in tit.de oblig. ⁊ solut.in rubrica in
fi. vbi post antiquos dicit quod si ex forma statuti condēnatus
vel bannitus potest offendi, qui erat in scriptura banni descri-
ptus, tamen soluerat ⁊ nondū erat cācellatus licet de solutio-
10 ne factū esset instrumentū: postea fuit occisus † non tenetur oc-
cidens pena legis cornelie.de sica.tanꝙ dolosus, se tanꝙ culpa
bilis tenebitur sicut iudici videbitur qualitate facti pēsata.per
id quod habetur in.l.j.§.sed si clara.ff.ad.l.cor.de sica. ⁊ in.l.de-
lictum.de re mili.in.§.pen.ita etiā Bal.in.l. nostrā. C. de testa.
secus quando nulla posset īputari culpa offendi.ita loquiť Ja
co.but. ⁊ Bal.in.l.de etate.ff. de inter.actio.s̄ allegat, ⁊ istā di
stinctionem precise loquitur Ange.in.l.filio quē pater. ff. de li-
be. ⁊ posth.referens ita fuisse consultū per Jaco. de bel. ⁊ Ja-
co.de but.in.c.Balducij. ⁊ Jaco.de clari.de flo. ⁊ ita etiā tenet
Ang. ⁊ Moderni in.l.si duo.ff.de acqui.hered. ⁊ Ludo.roma.
in.l.ij.in prin.ff.si cer.pet.bene facit quod not. Bal. ⁊ Moderni
in.l. huiusmodi.§.si ita. ff.de leg. j. ¶ Et per predicta apparet
responsio ad allegata in contrarium, ad que specialius respon-
11 deo † quod publica scriptura, posito quod excusaret a dolo ⁊
sic a pena vltimi supplicij, non excusata culpa commissa in non
perquirendo seu consulendo peritiores, ⁊ errore iuris in quo
versatur lata culpa vt.s̄.probaui. ⁊ est cōmunis opinio, ⁊ pre-
sertim cum ex inspectione scriptura apparet de nullitate ⁊ de
errore, ⁊ manifesta iniquitate bāni: nec ad hoc excusat iustitia
⁊ equitas, que presumiť esse in potestate seu in iudicante, quia
respondeo ꝙ euidens iniquitas banni patens ex inspectione
banni, tollit istā presumptionē.vt dictum est.s̄.inferendo doct.
in d.c.inter ceteras, cum vna presumptio tollat aliam.l.cum de
indebito.in prin.ff.de proba.l.diuus.ff.de in integ.resti. ⁊ pare-
cat mihi magnificus ille pretor cuius nomen ignoro.ipse pro-
fecto cōmisit aut maximū dolum, ⁊ iniquitatem, aut crassam ⁊
supinam, ignorantiam, que tollerari nō debet: q2 de facili tra-
heretur in maximam perniciē: ⁊ in pessimum aliorū exēplum:
q2 satis supplicandū est ne dolis ⁊ figmentis hec figura fuerit
ex coniecturis, satis huic Antonio apparentibus, potissimum
cum dictum occidentē nō lateat qđ Thomas pro simplici vul
12 nere erat inquisitus ⁊ bannitus. ¶ † Non obstat si dicatur ꝙ
Thomas fuerat in dolo percutiendo, ⁊ vulnerando ꝓpter qđ
fuit bannitus: ideo talis dolus preponderat culpe, in qua fuit
Antonius non perquirēdo.l.itē si obstetrix.§. fin.ff.ad.l.aquil.
q2 respondeo primo ꝙ illud procedit quando agitur ciuiliter.
sed vbi agitur de pena criminaliter imponenda: tñ dolus vel
culpa vnius non tollit dolum vel culpā alterius.l.ij.§.si publi-
co.ff.de adul.l.j.§.qui reus.ff.de publ.iudi. no.gl.in l.viro atqȝ
13 vxore.ff.solu.matri. ¶ † Secundo respondeo, qđ quando do-
lus vel culpa commissa est ab vno circa vnū factū, ⁊ dolus vel
culpa cōmissus vel cōmissa est ab vno alio circa aliud tūc nun
quā dolus vel culpa vnius absorbet aut perimet dolū vel cul-
pam alterius, vt not. expresse Inno.in.c.intelleximus.de adul.
⁊ Bal. ⁊ alij post eū in.l.cum mulier.ff.sol.ma. vbi ad hoc alle-
gat.l.quēadmodū.§.si nauis alterā.ff. ad.l.aqui. sed Thomas
cōmisit dolū factū.s.circa illationē vulneris per eū illati. ⁊ An-
to.non posito quod non cōmisisset dolū occidendo, de quo di-
ctum est.s̄.negari nō pōt quin nō cōmiserit culpā in non inue-
stigando ⁊c. ⁊ sic culpa fuerit circa aliud cōmissa. ⁊ per hoc ap-
paret nō obstare si dicatur ꝙ Thomas fuerit in maiori culpa
non faciendo declarari ⁊ publicari bannū esse nullū per viā re-
scripti, fm formā statuti. ⁊ sic in pari causa potior debet esse cō
ditio rei.l.vna.ff.ne quis eū qui in ius vo. Nā illud nō procedit
quando agitur de pena criminaliter imponenda: vel de culpa
commissa: circa diuersa: vt dictū est. ¶ Preterea si Thomas
fecisset declarari ⁊ publicari bannū esse nullū, tunc vt oēs sciūt
proculdubio Antonius veniret puniendus pro homicidio pe
na vltimi supplicij. Vñ si nō fecit Thomas declarari ⁊ publi-
cari bannū nullū esse bene est deterioris conditionis. q2 posito
9 ¶ Corroborantur hec, † quia sententia recipit interpretationem z declarationes ex probationibus z actis, vt not. in. l. he enim. in prin. ff. de suspe. tuto. z in. l. si quis ad exhibendum. ff. de exce. rei iud. z in. l. qd tamen. §. põponius. ff. de arbi. z not. in. c. si cõfirmationẽ. in gloss. fi. de elec. in. vj. z per doct. in. l. iulianus veruz debitorẽ. ff. de cõdi. indebi. z Bar. in. l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi. sed ex attestationibus receptis p ipsum delegatum apostolicuz apparet q solũ illa pars dictarũ terrarũ q̃ est de subt⁹ petiã terre steclini vsus benanellũ, z vsus castiglionum est illa que differt in pretio ab alijs terris positis in dicto plebatu propter dictam inundationem aquarum: ergo de illis debet intelligi act⁹ licẽtie z declarationis dicti delegati. facit. l. quoties idẽ sermo. ff. de re. iur. cuz si. Accedit q2 non est verosimile q abbas sancti Rofelli qui interuenit in vtroq3 actu voluerit incõtinẽti se corrigere z sibi contrariari. l. non ab ea. ff. de cõdi. z demõ. ¶ Quarta ratione principali probatur neq3 dictuz instrumẽtuz cõcessionis facte nasimbeni neq3 assertam tenutã apprehensam vt dicitur vigore dicte cõcessionis per nasimbenum die vltimo dicti mensis Julij posse suffragari dicto actori: quia posito quod diceremus verba instrumẽti cõcessionis facte nasimbeni ad rationẽ solidorũ. xxv. cõprehendere locum differentie: tamen nihil operat attẽto q in ea est nulla dicta concessio, per ea que supra proxime dicta sunt, z qũuis etiã diceremus q vtute tenute postea apprehẽse die vltimo mensis Julij. M. cccclv. nasimbeni acquisiuisse possessionẽ corporalem: non dico ciuilez esse translatam ex consensu abbatis: tñ

10 etiã hoc non suffragat nasimbeni: tũ q2† non apparet de mandato Guidonis affectiões mãdatarij dicti abbatis, imo poti⁹ ɔtrium apparet ex quadã affectione dicti abbatis z guidonis cum iuramento, nec per verba narratiua instrumẽti tenute faciẽtia mentionẽ de mãdato pbatur illud mãdatuz, vt in auf. si quis in aliquo. C. de edẽ. no. Inn. in. c. cuz in iure. de offi. dele. z in. c. qñ cõtra. de proba. z no. in specie Bald. in rubri. C. de fide instru. in. vj. vel. vij. col. in ver. venio ad secundum zc. in fin. illi⁹ questionis. z Pet. de ancha. in cle. j. de probat. facit quod not. Cy. in. l. optimã. in. ij. q. C. de cõtrahẽ. z ɔmit. stip. cũ si. de quo mãdato ẽt nõ põt dici esse pbatuz per dñz franciscum olim abbatẽ sancti Seueri. z p Guidonẽ abbatẽ testes actoris q2 non pbãt vt dicã infra dum discutiã de virib⁹ probationis testium

11 tum etiã q2† nõ esset translata ciuilis ex consensu abbatis: qm talis possessio ex contractu nullo seu inutili facto prelato ecclesie nõ transfertur fm cõem op. l. iubem⁹. §. fi. fm vnã expositionẽ. C. de sac. san. eccle. z no. bar. z alij in. l. j. §. si vir. ff. de acq. pos. sicut nec talẽ possessionẽ trãsfert pupillus ex ɔctu inutili dato q trãsferret corporalis seu naturalis possessio in aliũ apprehẽdẽtẽ, iuxta. l. possessionẽ pupillũ. cũ ibi no. ff. de acqr. pos. tamen attento q ser Bernardin⁹ habuit possessionẽ trãslatã in eum ex consensu abbatis tradentis in contractu valido z legitimo

[a] ¶ Preambulus. alex. l. diuortio. colũ. iij. sol. ma. Bal. cor. ias. l. q fideicõmis. C. de fideicõ. adde. j. libr. v. cõs. cxij. Alcia. de presump. re. iij. psum. xlij. deci. c. qñ ab. col. vj. de off. dele. c. prudẽtiã. i fine. pn. e. hypp. mar. no. clxxij. fallit qñ fauorabili⁹ ẽ actũ nõ valere, vel qñ agit de pĩudicio tertij. deci. c. super eo. ij. nu. vj. de appel. ant. rub. cons. cix.

dicto ser Bernardino licentiā apprehendendi possessionē quā apprehendit ser Bernardinus in loco differentie vigore inuestiturarum suarum, vel saltem alicuius ex eis, vt apparet ex instrumētis, et etiā attestationibus testiū pro parte sua receptorum. ¶ Unde dato q̄ diceremus Masimbenem habuisse possessionē etiam antiquiorem, et etiam quod probationes testium vtriusq; partis numero et dignitate, et in alijs circunstantijs essent pares: tamen interdicto vti possidetis probans de possessione quantuncunq; iuniora [a] et de titulo legitimo et efficaci obtinet cōtra eum qui probauit de possessione antiquiori, qui non probauit de legitimo titulo, vt no. vult Anto. de butri. in c. licet causam. de proba. circa princip. vltime charte in versic. oppo. q̄ non arceatur fauentini etc. et in versicu. se. et clare Joānes de imola, et Paul⁹ de castro, in. l. si de eo. §. fin. ff. de acquirenda possessione, vbi dicunt hoc esse verum quando ille qui habēt possessionē antiquiorem simpliciter deduxit se habuisse et habere antiquiorem possessionem et aduersarium possedisse rem illam et iniuste se cepisse possessionem, iuniori tēpore: quia intelligitur deduxisse q̄ aduersarius possidet clam et iniustam rem, scilicet respectu proprietatis et sic quod dominium non spectet ad ipsum habētem iuniorem possessionem per. l. si rem aliquam. ff. de acquirend. possessio. ideo non obtinet, cum aduersarius habeat legitimum titulum. et sic apparet q̄d non possidet clam respectu dominij. ¶ † Secus si deduxisset q̄ aduersarius habens possessionem iuniorem possidet clam respectu possessionis ipsius habentis antiquiorem possessionem: quia tunc obtineret probans de antiquiori possessione per id quod subtiliter et singulariter notat Barto. in. d. l. si de eo. §. fin. et ita dicit Jo. de Jmo. ibi debere hoc non declarari et cōcordari id quod no. Bar. in. l. si duo, in prin. ff. vti pos. in. l. j. C. eo. istud autem non reperio capitulatum et deductum in actis per Masimbenem eo modo quo dicūt prefati doc. in. d. l. si de eo. §. fi. ergo debet obtinere dictus Bernardin⁹. ¶ Nec predictis obstat si dicatur quod locus differentie non comprehenditur in concessiōe facta dicto ser Bernardino dicta die. xxiiij. Julij. M. cccc lv. quia ibi nō deciditur iuxta illam petiam terre Steclini, sed potius videtur contrariū, dum dicitur iuxta iure monasterij Sancti Seueri a latere superiori, versus villam castiliōi, et etiā a latere inferiori versus passuz sancti Geruasij pro inferiorib⁹ et bonis dicti monasterij pariformiter concedentis. ¶ Cōstat autem q̄ petia terre Steclini erat iam concessa a dicto monasterio vt patet ex instrumentis productis in actis: ergo nō potest comprehendi talis locus in dicta concessione: quia respondeo q̄ petia terre Steclini dicebatur esse a parte superiori de iure dicti monasterij ratione directi dominij. l. j. §. j. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. l. si domus. §. fin. ff. de leg. j. et illa qualitas adiecta circa vltimum confinē per illa verba, pro similibus rebus dicti monasterij pariformiter cōcedentis non referuntur ad precedentia. l. filium. cum ibi not. ff. quādo dies leg. ce. et q̄d not. Bald. in. l. auia. ff. de condi. et demonstr. ¶ Preterea clare in vltima inuestitura dicti ser Bernardini est cōprehensus locus differentie: et sic in eo habet titulum validum: et illius vigore apprehendit etiam possessionem seu in ea cōtinuauit, vt constat publico instrumento producto: et sunt roborata ista per confirmationem sedis apostolice. ¶ Et his apparet multis modis esse ostensum q̄ allegatum instrumentum concessionis facte Masimbeni et dicte sue tenute non releuant eū nec suffragantur aliquo modo sibi et etiā nō faciovim in eo q̄d abbas sancti Seueri, cōstituerit se possidere noīe Masimbenis: † q̄ si titulus Masimbenis non extendat ad locum differentie et res est clara aut se extendit ad locū differentie et tūc q̄ titul⁹ principalis est nullus, vt iam dixi. s. ita etiam redditur nullum ipsum constitutū vt singulariter decidit Bal. in. l. ex testamēto. C. de fideicō. et in. c. ij. de feudo dato in vicē legis cōmissorie. et est de mente Bar. in. l. q̄d meo. in prin. ff. de acq. pos. Per ibi not. per glo. ibi dū dicit Bart. circa primā col. dicit q̄ si quis constituat se alieno nomine possidere nō facit per aliū possessorem, niū precedat causa habilis. ¶ Ad idem q̄d not. Bal. in rub. extra de prescrip. in. iij. col. dum dicit † q̄ precariū sine titulo nō transfert possessionem dicti hoc colligi ex elegāter not. per Bart. in. d. l. quod meo. in prin. ad hoc q̄d voluit glo. not. in. l. si patronus. in verbo Fauiana. ff. si quid in frau. patro. ¶ Et quod no. Bald. in. l. si absentis. in vlti. col. C. si cer. pe. dū dicit q̄ si nō tenet contractus principalis nec etiam p̄ceptū guarētigie vel conceptio ibi accessoria vel accessoria. et dicit probari per tex. singu. in. l. fi. ff. de consti. pecu. ¶ Alio respectu etiam videtur q̄ constitutū factū in dicto instrumento per abbatem, [b] nihil releuet: † q̄ isti legitimi administratores cōstituēdo possidere nomine alteri⁹, nō transferūt possessionē: nec etiā p aliū modū fictū transferende possessionis: vt no. decidit Bar. ff. de acqui. pos. in. l. j. in p̄nc. in. iiij. q. prin. in fi. illius questionis. in versi. quero. pone q̄ tutor vel curator, etc. per. l. quāuis. §. j. eo. tit. et per. l. et per iusiurandū. §. tutor. ff. de accep. ¶ † Attento q̄ s̄m magis cōmunē opi. prelatus non dicit nomine suo habere possessionem particularium rerum ecclesie. quam opi. ponit Jnn. in. c. cum super. de causa. pos. et proprie. et licet ipse taliter videatur tenere in. c. in literis. in pe. char. in ver. venio ad vltimam sc; ad declarandos effectus etc. prima opinio est verior. idem etiam tenuit Pau. de leaza. in commento dicti. c. in literis. in pe. col. in v̄. sed cuius nomine p̄latus etc. Anto. de but. in rep. c. fi. de causa possess. circa. x. col. in ver. pro veritate inuenienda huius puncti etc. per id quod habetur. xij. q. j. in. c. expedit. cum alijs ibi allegat. per eū. ita etiam tenet dn̄s Abb. in. d. c. cum super. vbi hoc probatur per plura que referre non expedit. ¶ Non obst. etiam predictis statutū sub rubrica q̄ nemo audeat se iuestiri facere, etc. p quod prohibetur q̄ quis nō audeat se inuestiri facere de re qua esset inuestitus alius vel quam alius possideret, vel q̄ alius acquiuisset nisi seruata certa forma: alias inuestitura reddatur nulla ipso iure, quia ad hoc respondeo quod inuestitura facta dicto Bernardino de re de qua est controuersia nō dicitur facta de re de qua esset inuestitus Masimbenis: qua inuestitura nas. non cōprehendit istam partē, vt superius fuit ostensum. et idem dico in tenuta data Masimbeni. ¶ † Secundo respondeo q̄ per dictum statutum non intelligitur denegari virtus translationis naturalis possessiōis que facti est, et apprehēsa fuerit s̄m Bald. in. l. ij. in fi. ff. de iurisdi. om. iudi. per. l. j. §. si vir. ff. de acqui. posses. ¶ Tertio respondeo q̄ dictum statutum intelligit¹, qn̄ alius habet primo inuestituram validā et efficacē, al's nō. l. iiij. §. cōdenatū. ff. de re iud. l. non putauit. §. non queuis. ff. de bo. pos. cōtra tab. et q̄d ibi no. Bar. in. l. filium. §. si quis. et ibi no. Bart. ff. de leg. p̄stā. l. j. §. fi. et ibi no. Bal. ff. q̄d quisq; iu. sz inuestitura Masimbenis, quantum est respectu patris: de qua est cōtentio esset nulla, posito q̄ illa pars comprehenderent in inuestitura, vt. s. puto offendisse, ergo etc. Adduxit etiam actor cōtra reum ad probationem quādam scripturam estima sed de ea dicā postea q̄ dixero de viribus attestationum. ¶ Viso igit̄ q̄ probationes facte instr̄a non fundāt intentionem dicti Masimbenis, restet videre quid de p̄batiōe testiū, et certe etiā ex supra deductis cōstat q̄ ex p̄batione testium nō p̄t actor obtinere q̄ etiaz si probasset de antiquiori possessione, tū q̄ non h; legitimum titulum quantū ad rē de qua est questio, sicut ser Bernardin⁹ q̄ habet legitimū titulum, et etiā possessionē dato etiā q̄ possessio sua fuisset iunior, deberet in casu isto obtinere: vt p̄baui. s. in quarta rōne p̄cipali. ¶ Preterea sine dubio p testes meli⁹ probat ser Bernardin⁹ de possessione decē annorū, vt probant fere omnes testes ser Bernardini, et p̄sertiz Jacob⁹ de clericis super. x. c. capitulorū secundo loco p̄ductorū, et Bart. francus Jo. berton⁹. Jo. cabalari⁹. Uentura de donatis. Dominicus zassus. Jo. stagnatus. Jo. de villa sancti Zacharie. Uian⁹ de zambis. Antonius de guiruttis, Fran. vēture, et fere oēs alij sequētes super. d. x. c. et nōnulli etiā ex testibus actoris deponūt de antiquiori possessione ser Bernardini maxime Jo. teutonicus. ¶ Testes autez Masimbenis q̄ deponūt de sua possessiōe sunt lōge pauciores et paucissimi: nā in primis est dict⁹ Jo. teutonic⁹ q̄ deponit q̄ modo sunt duo anni q̄ vidit duos substātes in terris positis vltra fossatū q̄d intermediat terras Baptiste grossi, et terras quas seminari fecit Bernardin⁹ p̄dict⁹, et q̄ substabāt longe a dicto fossato per bonū spaciū versus mare, et dicebāt se esse missos a vicecomite et sic iste testis nō cōcludēter deponit de loco differentie, et etiā deponit de tēpore ante q̄ est meli⁹ p̄batū ser Bernardinū incepisse possidere: ergo Bernardin⁹ debet obtinere tāq̄ probās de antiquiori possessione dicto. c. lz causam. l. clā possidere. in prin. ff. de acquiren. possessio. Ali⁹ testis q̄ conat̄ de possessione deponere est Matthe⁹ vngar⁹ q̄ deponit q̄ iam est annus q̄d venit vn⁹ senex cum duobus filijs nomine vicecomitis ad substādū vltra terras Baptiste grosse v̄sus mare et q̄d iā sunt tres anni quod qdā Martinus vicecomitis fecit ligonizare in terris seminatis p ser Bernardinum iuxta quendam Albergū, et sic apparet q̄ iste testis etiā non deponit cōcludenter de loco de quo est contentio et de quo in libello actoris et peccat etiā prout p̄cedēs testis: vt proxime dixi. ¶ Ali⁹ testis est domin⁹ Fracisc⁹ abbas sancti Seueri: et iste nihil deponit de possessiōe Masimbenis; sed dicit de certa arborē q̄rcus q̄ debet esse cōfinis inter Masimbenē et ser Bernardinū: sed in hoc nō puto insistendū: q̄ deponit de auditu ab alio sc; a Thomasio filio Guidonis qui tū postea examinat⁹ sup hoc dicit se nihil scire. et constat quod tale testimoniū dicti domini Francisci † de auditu [c] ab alio non p̄bat, c. tam literis. de testi. l. testiū. C. de testi. et vtrobiq; notat̄. et ista responsio q̄ vera et tuta est sufficit lz etiā alijs modis respōderi posset. ¶ Deponit

a ¶ Juniori. s. li. ij. cōsil. lxxvj. col. j.

b ¶ Abbatez. idem sentit Alexā. l. j. §. fi. prin. et ibi Jas. in fi. de acqui. posses. et verum puto q̄cq̄d dicat matth. mathesila. singu. clxvij.

c ¶ Auditu. s. lib. j. cōsil. lxxvij. in. iiij.

¶ Deponit etiam dictus testis se dedisse mādatum Guidoni abbati, quod induceret Nasimbenē in tenutam rerum, de quibus fuerat inuestitus, sed in hoc testimoniū eius non nocet ser Bernardino, tum quia locus differētie non cōprehenditur in cōcessione facta Nasimbeni, vt superius est dictū: tum etiam quia posito quod comprehēderetur dictū istius non probat mandatum: quia ipsemet testis anteq̄ testificaret, affirmauit cum iuramēto [a] quod nunq̄ dicto Guidoni vel alteri dedit tale mandatum, et hoc pñte dicto ser Bernardino, et ad eius instantiā, vt patet in publica scriptura confecta de anno. M.cccclxiiij. de mense 20 Junij, et est in pcessu mihi exhibito folio. cxcij. † vnde propter hoc in tm̄ deprehenditur mendax quod eius testimonio iudiciali in cōtrariū nō creditur, vt concludit Anto. de but. in. c. cum in tua. de testi. c. per tuas. de proba. Bar. autem plus voluit q̄ testis incidit in falsum, vt ipse dicit in. l. eos. p illum tex. ff. de fal. et licet aliqui in hoc teneant cōtra eū, volentes quod per hoc nō dicatur quinci de falso, tamē nemo negat quod ei non credit tanq̄ integro testi. vt etiam tenet Pe. de ancha. in clemen. testib⁹ ad fi. de testi. et domin⁹ Abba. sicul⁹. in. d. c. per tuas. de probatio. per ea que no. Innocē. in. c. preterea. de testi. cogē. et ita etiā consuluit Ang. in cōsilio in ordine meo. cclxxv. quod incipit: Quedam domina Margarita &c. et saltem in casu nostro pter iuramentū: quia necesse est cū esse periurum: et sic nō est idone⁹ testis, vt. c. testimoniū. de testib. ¶ Plurima etiam sunt probata pro parte ser Bernardini ad ostendendum improbam et inhonestā, ac infamen vita hominis, † que proculdubio ostendunt 21 eum non esse integrum testem. iuxta. l. iiij. in prin. ff. de testi. et in auf. de test. §. j. ij. q. j. in primis. versic. sed et de personis. et. iiij. q. iij. ver. item in testibus. que quidē referre vnūquodq̄ pudere debet preterea est solus: quia nullum integrum contestem habet. ¶ Alius testis est Guido abbatis: et iste deponit super tertio capitulo, quod in petia terre nuncupata, la presa del salexe, vltra dimidiam ipsi⁹ fuit signata quedā arbor existēs sup ripa fossati prope viā, q̄ arbor fuit signata pro confine inter Nasimbenem et Petrum de parma: quia dicti ser Bernardinus et Nasimbenes remanserunt contenti quod a dicta arbore eūdo versus mare Petrus de parma haberet tornaturas centum, casu quo reperirentur ibi esse tot terre: que sufficerent pro inuestituris Nasimbenis et Bernardini, et aliter Petrus de parma nihil haberet. ¶ Et in hoc dictum huius testis non obstat Bernardino, primo quia dicit quod arbor illa debebat esse confinis inter Petrum de parma, et Nasimbenem, eo casu quo ibi superessent terre que excederent quantitatem comprehensam in inuestituris Nasimbenis et Bernardini. et ista conditio non est verificata in processu. s. q̄ superessent tot terre &c. et sic testis iste in casu quo modo superessent terre nihil dicit fuisse actum inter ptes q̄ illa arbor esset cōfinis: preterea nō vr̄ sufficiēter probatū p alios testes idoneos q̄ illud quod factū est per Bernadinum fuerit factū, vbi est dicta arbor seu supra dictā arborē. et q̄ ille locus sit comprehensus intra confines, de quibus in libello. ¶ Item in hoc iste testis nō habet alium cōtestem idoneum, et cōcludēter deponētem. Itē iste testis est periur⁹, vt. s. proxime dicam. et sic minus idoneus. d. c. testimonium. ¶ Deponit etiam iste testis super quinto capitulo q̄ ipse de mādato dicti abbatis induxit Nasimbenem in tenutam petie terre nūcupate la presa del salexe vltra dictā arborē versus Castiglionū: et in hoc ipse testis priusquā testificaret asseruit cum iuramento contrariū ad petitionem instantiam dicti Bernardini, vt constat dicto instrumēto, in quo dictus dominus Frācīscus olim abbas etiam vt dixi. s. asseruit contrarium eius quod testificatus est vnde p easdem rationes quib⁹ improbaui attestationē dicti dn̄i Frācisci, etiam improbat dictū eius scilicet Guidonis. de cuius pessima vita et inopia malis moribus fuit plusq̄ abūde pbatū pro parte Bernardini. Itē qtradicit ei Jacob⁹ de clericis testes Bernardini, q deponit q̄ Bernardinus fuit inductus in tenutam per Gui. predictū, incipiendo iuxta petiam terre Steclini: quia Nasimbenes fuit inductus in tenutā incipiēdo supra petiā terre Steclini versus Castiglionū, et licet aliqua opponant ad impugnandā fidē et testimoniū dicti Jacobi pro quo sustinēdo possem insistere: verum quia ista guido laborat in suo testificatu tot defectibus non est expediēs in hoc vti multiloquio. Alter testis est Masius de morigijs, et iste conatur etiam deponere quod signata fuit arbor pro confine et supra arborē fuit data tenuta Nasimbeni, sed iste nihil probat: quia dicit se nescire vbi sit dicta arbor, et si bene inspiciatur etiam nō deponit q̄ Bernardinus consenserit illam arborem esse pro confine inter eum, et Nasimbenem, sed dicit q̄ Jacobus filius Guidonis abbatis dictam arborem significauit pro confine: et sic nō qcludit p ambiguitatem incertitudinem et obscuritatem. c. in presentia. de proba. et no. Spec. in tit. de teste. §. j. versic. item q̄ testis obscure. Alius testis est Joā. maria, super vltimo capitulo, et iste nihil probat quia deponit de auditu, sed testiū, vt dixi. s. ¶ Ali⁹ testis est ser Appiso de bansamolinis, qui dicit min⁹ adhuc q̄ dicat in strumentū tenute Nasimbenis, de qua ipse fuit rogatus: quia dicit q̄ quia terre tunc erant syluose, non pōt declarare in qua parte, totam Nasimbenis fuerit inductus in tenutā per dictum Guidonē: et de illa arbore signata pro cōfine, etiā nihil probat: quia deponit de auditu ab alio, et nescit vbi sit arbor. ¶ Alij testes nihil de possessione deponere videnť intra probatiōes testium, produxit etiā actor scripturā librorum estimi: in qua cōtinetur estimum Bernardini, et ibi est scripta dicta petia terre Bernardini sub istis cōfinibus, videlicet via qua itur Resennam ab vno, Petrus de parma a latere superiori: Masius Maurisius, ne Ricius de forliuio et Benanellū a latere posteriori. Sed certe talis scriptura in aliquo nō nocet in hac causa dicto ser Benardino: quia per hoc non inferť q̄ locus differentie spectet iure dominij et possessionis ad Nasimbenē: et dato quod spectaret ad petrū de parma, non deberet obtinere Nasimbenes: imo a sua petitione absoluēdus Bernardinus, etiā si esset 22 iniustus possessor. l. j. §. fi. cū. l. sequē. ff. vti possid. ¶ † Preterea per estimū regulariter nō pbat dominiū atq possessio. l. si pater. et ibi ad hoc illum tex. not. Bald. C. de actio. emp. et. l. solennibus. et ibi no. Bal. in prin. C. de rei vendi. et not. per Bald. in l. penul. ff. de cōdi. insti. et certe quod ad dictum Nasimbenē, cū quo nihil gestum fuit quo ad ordinationē dicte scripture estimi, clarum est q̄ illud estimū nihil operetur. l. etiam. cum ibi no. ff. de dona. et. l. nec ambigui. cum ibi not. C. eo. Et quare fuerit nominatus ibi pro cōfine Petrus de parma declarant maxime tres testes, videlicet dn̄s Franciscus olim abbas sancti Seueri super. vj. c. et Gui. abbatis super eodem capitulo, et Masius de morisijs super. v. c. quia fuit inuestitus Petrus de certa cōditione que nō reperitur verificata: et ideo dictus Petrus nunq̄ possedit ibi aliquid. Ex quibus videtur stare conclusio q̄ pro parte actoris non sunt probata incumbentia, et potiores sunt etiam probationes rei, et merito recte fuit pronunciatum in causa principali absoluendū reum. et ita debet per iudicem appellationis confirmari prima sententia, attento q̄ in causa appellationis nihil noui actum est, saltem tale per quod elidentur fundamenta superius denotata. Alexan. de Imo.

## Summarium.

1 Sententia post peremptorium instantie est nulla.
2 Sententia de procedendo contra iuris ordinem non valet.
4 Sentētia patiente marito vel debitore lata in fauorem vxoris vel vsurarij semper potest rescindi. nu. 5.
7 Judex ex officio se informat de veritate styli.
8 Intentionem fundare sufficit ex communi et regulari causa.
9 Probationem concludere presumptiue sufficit.
12 Statutū, q̄ non possit impugnari sententia post certum tempus intelligitur agendo, non autem excipiendo.
14 Lex si exigit factum cum qualitate vtrunq probandum est.
17 Statutum loquens de simplici non habet locum in mixto.
20 Rubrica habens orationem imperfectam non potest allegari.
21 Narratiua verba que sunt.
23 Testium dicta non probant nisi publicentur.
24 Quia possessio in incorporalibus non acquiritur sine scientia superioris.

## Consilium. LXXXII.

Viso processu inter vniuersitatē Bisileriorum ex parte vna et vniuersitatem Merzariorum ex alia. ¶ Attingā pmo nullitatem sentētie diffinitiue. ¶ Secundo, posito q̄ sequētia fuisset valida: attingam iniquitatē sentētie. ¶ † Quo ad primum 1 presuppono q̄ sententia lata extra tempus prefixum instātie est nulla, [b] vt not. l. properandum. in prin. C. de iudicijs. l. scire oportet. §. qn̄s. ff. de excu. tuto. et no. doc. in. c. penul. de iudic. cū suis multis concordantijs. Sed facto calculo, apparet q̄ sn̄ia diffinitiua lata p dn̄m Vicariū in fauorē Bisileriorū fuit lata extra tp̄s instātie, ergo fuit nulla. ¶ Nec ad hoc obstat pnunciatio facta p Vicarium de volūtate partiū q̄ supessent adhuc xxv. dies de instātia: quia dico q̄ talis pnunciatio nō potuit operari q̄ habeať pinde ac si supfuissent si in veritate non supererat, pbať maxime p infrascripta. ¶ Primo p id quod notabil' dixit Ant. de bu. i. c. exhibita. i. ij. col. de iud. vbi p illum tex. dixit no

a ¶ Juramēto. sed hec cautela arestis huius senat⁹ reprobať. ad d. s. li. ij. consil. ccxxij. numero. xiij.

b ¶ Nulla. supra. li. ij. cōsil. cxxxvj. cū seq. colum. j.

2 sta.†sententiam de ꝓcedendo contra iuris ordinem non iustificare processum contra iuris ordinem habitū, ex quo infert ꝙ si iudex in lite ordinaria pronunciat esse ꝓcedendum lite non contesta. vel pronunciat litē contestatam esse vbi non est ex tali pronūciatione processus non validabitur ſm eum. ¶ Sicut ergo iudex pronunciando litem esse cōtestatam, vbi nō est nō potest facere qđ habeatur pro cōtestata: quia litis contestatio tanꝙ sit de substantialibus iudicij non potest tolli per iudicem aut cōsensu partium, vt notatur in auk. offeratur. C. de li. cōte. ꝛ in cle. sepe. de verbo. signi. ꝛ in. l. j. ff. de ferijs. ibi, neqꝫ enī pretoris factū iuri derogare ꝛc. ꝛ. d. c. exhibita. ita nec debet posse facere ꝙ instātia cause principalis duret vbi est extincta, quia neqꝫ de iure cōmuni, neqꝫ municipali potest instantiam perdi tam prorogare, aut suspendere. l. properandū. in princip. C. de iudi. ꝛ etiā patet ꝑ statuta allegata in causa. ꝛ presertim in statuto sub rubrica in versi. prohibentes. vbi dicitur, ꝓhibentes insuper aliquam suspensionē aliquo modo in causis principaliter fieri posse, etiam cuꝫ iuramēto, ꝛ facta nō valeat ipso iure. ¶ Per hec etiā infertur non valere declarationem vicarij factam puod propter quandā integram restitutionem petitam instantia cause deberet stare in suspenso, qꝛ est contra dispositionem dicti statuti, ꝛ contra decisionem traditam in. d. c. exhibita. ꝛ etiam contra aliud statutum sub rubrica, de vocatis in iure ꝛ venientibus. in versicu. preterea statuimus qđ nulla questio principalis, quo caueṫ qđ aliqua q̄stio ꝑiudicialis ad aliaꝫ non possit moueri, per quā in causa principali impedireṫ. posse procedi: ꝛ ꝙ omnino in causa principali procedaṫ. ¶ Accedit ad confirmationem predictoruꝫ id qđ notabiliter dicit Anto.

3 de but. in. c. preterea. de dila. circa. vj. colū. vbi dicit † ꝙ si statutū ipediat vt iudex nō possit exercere iurisdictionē suā vltra limites sue iurisdictionis ꝙ nō valebit se pronunciare cōpetentem iudicē: ꝛ si pronunciabit nihil operabiṫ: quoniam est facta cōtra prohibitionem dicti statuti. monetur per no. in. c. si iudex. de senten. excō. in. vj. ꝛ in. c. super. de offi. delega. ꝛ per alia ibi allegata per eū. ¶ Ad idē adduco text. reputatū singularem in

4 l. si spōsus. §. si vxor. el. ij. ff. de dona. inter virū. † vbi si maritus agit cōtra vxorē ad id qđ ipsi marito vere debebatur, ꝛ mulier ad repellēdū maritū opposuerit aliquā exceptionē nō verā, sed inefficacem: ꝛ tū volēs in effectu donare vxori, passus fuerit se sub moueri exceptiōe, ꝛ ꝯsequēter mulierē absolui, poterit semper etiā absqꝫ appellatione retractari dicta sententia, tāquaꝫ in fraudē legis data. ꝛ ideo Bar. illū tex. dicit ibi esse multuꝫ not. propter multas fraudes, q̄ quotidie fiunt. ꝛ Bal. ibi etiā dicit in lectura Florentina ꝙ ille tex. ꝓstat argumētū ad reuocationem multarum sententiarum, vbicunqꝫ ꝑ fraudē partiū mediantibꝰ talibus sententijs cōueniret ad ꝓhibitū ꝛ illicitū. ¶ Unde dicit etiā Bal. in. l. cū allegas. in. iiij. oppo. cum seq.

5 C. de vsu. † ꝙ si debitor passus est se vinci ꝑ sentētiaꝫ nō opposita exceptione vsurarū, semper poterit dicta sentētia rescindi. dicit esse tex. singularē in rōne sui in. d. §. si vxor. ꝛ idē dicit Jo. de Jmo. in. l. stipulatio ista. §. alteri. circa antepe. col. ff. de ver. oblig. ꝛ facit. l. j. in fi. cū duabus legibꝰ seq. ff. que in frau. credi.

6 ¶ † Preterea dicta ꝓnunciatio ꝙ causa debeat stare in suspēso pēdente dicta petitiōe restitutiōis in integrum, dicitur ꝯtinere expressum errorē iuris municipalis: ꝛ ꝓpterea est nulla. l. ij. C. quādo prouoca. c. j. de re iudi. nā sententia ita reddiṫ nulla si continet expressum errorē statuti inserti in volumine statutorum, sicut si cōtinet expressum errorē iuris cōmunis, vt inquit Bal. in. d. l. ij. ꝛ do. Abbas in. d. c. j. ꝛ est de mente Bar. in. l. cū ꝓlatis. de re iudi. ¶ Facit etiā ad hoc ꝙ no. Jo. An. in addi. Spe. in ti. de appel. §. nunc breuiter. in addi. incipiē. ibi nō fuit ꝛc. vbi dixit ꝙ si iudex interloqueretur tēpora appellationum posse prorogari, non valet: qꝛ expressum diceret cōtinere errorē. l. nemo. C. de tēpo. appella. ¶ Nec obstat quo ad validitatē dicte ꝓnuncie declarātis ꝙ supererāt adhuc dies. xxv. allegaretur statutū vnū quo caueri diciṫ qđ stetur declarationi iudicis coram quo causa verteretur quātum supersit de instantia, nisi ex actis cause cōtrarium ꝯstaret. ꝛ in ꝓposito nostro nō videtur dici posse ꝯstare ex actis qđ nō superessent. xxv. dies: qꝛ lꝫ ꝑ inspectionem actorum appareat de litis cōtestatione ꝛ de cursu dierū cōtinuorū abinde citra decursorū: attamē ex actis nō ꝑcipit numerus dieruꝫ vtiliū in quibus solum currit tempus instantie: qm̄ ad hoc rūdeo qđ cum de stylo curie seu ꝯsuetudine in foro causaruꝫ ciuitatis Bononie sit ꝙ in calculādis instātijs causarū stetur libro notarij actorū q in principio libri signāt omnes dies iuridicos, per vnum. v. ꝛ dies feriatos per binuꝫ. ff. poterit facta ꝓductione dicti libri actorū in causa di-

7 ci qđ ex actis cause ꝯstat dictos dies. xxv. nō superesse † ꝛ sup ve

8 ritate dicti styli[a] curie seu ꝯsuetudinis poterit iudex ex officio se informare, vt. l. iij. §. fi. ff. de test. ꝛ ibi no. Bar. no. ēt Bal. in. l. j. in fi. C. vt q̄ desunt aduo. vbi dixit ꝙ iudex ex officio supplet circa consuetudinē que versatur in foro, ꝛ not. Anto. de but. in c. fi. in penul. col. de consue. ꝛ cautum est ꝙ hec in actis redacta sint. ¶ Aliter etiā pōt respondeṙi vt statim subijciā. Jtem non obstat si diceretur ꝙ dato ꝙ appareret per ꝓductionē dicti libri actorū decursos etiā tot dies vtiles. q ſm cōem ꝛ regulareꝫ cursum causarū sufficiant ad inducendā peremptionem instatie: tamen non sequitur ꝙ in hac causa dici possit cōcludenter constare ex actis de peremptione instantie: quia esse posset ꝙ fuissent facte alique suspensiones in hac causa propter infirmitatē alicuius procuratoris huiꝰ cause. nā ex forma statuti prouisum est ꝙ procurator infirmus, si iurat se infirmū, ꝛ ꝑ ꝓcuratorē det causas suas pro suspēsis ex actis alicuiꝰ notarij, ꝛ corā vno iudice omnes sue cause intelligunṫ suspēse, vel etiā contingere potuisse ꝙ regimina declarassent ꝑ viā ꝓuisionis gñaliter causas dñi Bernardini, vel ser Cōstantini, stare in suspenso. ꝛ sicut ista non apparerent in actis huiꝰ cause, ꝛ per cōsequēs non est sufficiēs ista probatio per inspectionem actorum, qꝛ probatio debet de necessitate concludere. c. in presentia. de ꝓba. l. nō

8 hoc. C. vnde cogna. † qꝛ ad ista rūdeo, ꝙ satis est pro parte vniuersitatis. Mezariorū probare intētionem suā inspecto cōmuni ꝛ regulari cursu causarū: qꝛ ad illum debet haberi respectus quo ad hoc vt quid dicatur reddi certū, nisi ex aduerso aliud apparet, vt probaṫ in. l. ij. in fi. ff. si quis in ius voc. non ie. inducendo vt ibi per Bar. in. j. col. ꝛ not. Jnno. in. c. preterea. de dila. bene facit. l. ab ea parte. in princ. ff. de proba. quam etiā allegat Bar. in. d. l. ij. vnusquisqꝫ enim debet probare id quod ad fundamentū intentionis sue. l. ij. ꝛ. l. in exceptionibus. ff. de ꝓba. no. in. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogan. ¶ Ergo si per librum actorum apparet ꝙ sunt lapsi tot dies iurisdici, qui excedunt communē ꝛ generalē cursum instātie, si aduersarius vult dicere ꝙ propter infirmitatem vel similem causam fuit facta vna particularis suspēsio, illud est fundamentum intentionis sue: ideo illud probare debet. ¶ Hoc cōfirmo: qꝛ videmus ꝙ satis est ꝙ testis qui deposuit aliquid, ita est interrogatus in causa scientie, respondeat se scire: quia vicinus vel consanguineus per. l. Octaui. ff. vnde cogna. ꝛ. l. de tutela. cū ibi not. C. de in integ. restit. mi. l. si ita. in fine. ff. de fun. instr. l. si vicinis. C. de

9 nup. c. quosdam. ꝛ. c. quāto. de presump. † ꝛ quamuis probatio debeat concludere: tamen sufficit ꝙ cōcludat vere vel presumptiue, ita per predicta not. Bart. in. l. j. ff. si cer. peta. ꝛ in. d. l. de tutela. ꝛ in suo tractatu de teste. ꝛ in. l. de etate. in. ij. q. ff. de mino. ꝛ per Ange. in authen. de teste. ad finem principij. Bald. in. l. conuenticulam. C. de episc. ꝛ cle. ꝛ in authē. quas actiones. ad fi. C. de sacrosan. eccl. ꝛ in. l. prima. C. de seruis fugi. ꝛ in. l. nō omnium. ff. de legi. ꝛ Ant. de bu. in. c. literas. de presum. ¶ Et sufficit quod dicta ratio ꝑ testeꝫ reddita cōcludat ꝓsumptiue,

10 inspecta regula. † nā licet vicinꝰ ꝛ cōiunctꝰ ꝓsumaṫ scire facta coniuncti, fallit, nisi fuisset absens vel infirmus. l. Titius. §. j. ff. de libe. ꝛ post. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. in. c. cuꝫ in tua. qui matri. accu. pos. ita dicit Bal. in. l. is potest. ff. de acqui. heredi. in. vj. col. in versi. venio ad alias qualitates ꝛc. vbi in proposito subdit quod ille qui ex aduerso vult tollere dictam regularem ꝛ presumptaꝫ scientiam, habet necesse ꝓbare dictam absentiam vel infirmitateꝫ. ꝛ vt dixi bene probatur in. d. l. ab ea parte. cū glo. ꝛ ꝑ id qđ no. glo. in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Jta ergo in ꝓposito nostro, si Bisilerij ad infringendam probationē Merzariorum factā de peremptionem instantie per cursum tot dierū iuridicorū allegarent instantiam non peremptam propter aliquam suspensionem factam occasione alicuius infirmitatis, vel ex simili causa habent illud probare. nec sufficit dicere quod potuit contingere dictam suspensionē esse factā, nisi de ea doceaṫ, vt patet ex predictis. ¶ Secundo ad hoc respondeo qđ quāuis procurator vnus iuraret se infirmum, ꝛ daret causas pro suspēsis ex actis vnius notarij coram vno iudice, ꝛ per hoc redderentur cause omnes suspēse, etiam corā alijs iudicibꝰ: tamē nisi de tali suspēsione fieret dies alijs iudicibus, producēdo apud acta eorū dicta suspensionem tales iudices quibus iudicialiter nō cōstaret de suspensione, ꝓnunciare deberet instantias causarum coram eis pendentiam

1[1] cucurrisse: † qꝛ iudex non pōt se fundare ex eo quod sibi tāquā iudici nō cōstat. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio presi. l. quinquaginta. ff. de ꝓba. notaṫ in. l. ij. ff. de ferijs. cū si. ꝛ similiter quando per regimina fuissent suspense cause vnius, nisi esset ꝓducta iudici apud acta talis suspēsio, iudex haberet necesse eadem ratione pronūciare instantiā cucurrisse: qꝛ talis ꝓuisio facta quo ad vnū, nō esset lex, que debet esset generalis. l. iura nō in singulas. ff. de lega. ꝛ. l. j. cū sequē. e. ti. ꝛ. l. si priuatus. ff. qui ꝛ a quibꝰ. l. j. ff. de constitu. princi. ꝛ ideo tales prouisiones debēt produci coram iudice ac ꝓbari. c. pastoralis. de fide instru. ꝛ ibi no. doc to. ꝛ. l.

a ¶ Styli. j. li. v. ꝯsi. xiiij. in princip.

cto.⁊.l.cum prolatis.⁊ ibi doct.ff.de re iudi.⁊ no.Bart.in.l.oēs populi.ad fin.ff.de iusti.⁊ iure. ¶ Potest etiam ad istas duas vltimas obiectiones respōderi sufficere quo ad ostendendam dictā peremptionem instantie,quod non valuerit alia declaratio vicarij supradicta.per quam fuit declarata quod propter integrā restitutionē petitam,instātia cause deberet esse in suspenso prout supra puto ostendisse eam nō tenuisse. ¶ Nō obstat etiam predictis si diceref quod de nullitate sentētie interlocutorie late super declaratione instantie,dici nō potest vltra tēpus quinque dierū,a die ipsius interlocutorie late,vt latius prouisum est in statuto sub rubrica de sentētijs interlocutorijs executioni mandatis:quia respōdeo quod dictū statutū dum dicit:si petatur aliqua interlocutoria lata in contradictorio iudicio ꝓnunciari nulla ⁊c.† intelligif quādo quis per viā principalis petitionis peteret declarari nullam ipsam interlocutoriam,nō autem loquif quādo quis solum exciperet [a] contra dictā interlocutoriā ꝙ esset nulla.vt est casus noster.⁊ ꝙ hoc sit verum patet per verbum petaf.positū in statuto,qđ intelligif per ꝓductionem petitionis cū litis ꝯtestatione.l.amplius non peti.ff.rem ra.ha.sed quando aliquid per viā exceptionis deducif,nō est super eos lis contestāda:q2 sup deductis ꝑ viam exceptionis,nō est lis contestanda,sed super deductis in petitione ⁊ libello,vt not.doct.in.c.prudentiam.§.sexta.de offi.iudi.delega.reprobata glo.ibi in ꝟbo,ex ꝯfessione.⁊ dicit dominus Abbas ibi,quod ita cōmuniter tenef ⁊ no.per Spe.in ti.de litis contest.§.pe.versic.et nota.⁊ versi.sed nunquid.⁊ dicit expresse ibi Joā.And.in addi.sup versi.quid de causa nullitatis.qđ quādo nullitas sentētie deducif per viā exceptionis,nō requiritur litis contestatio,per not.per Specul.in titu.de libe.concep.§.nunc dicendū.ad fi.⁊ quod dictum statutum ita intelligitur probatur etiā quia statutum debeat interpretari vt quanto minus fieri potest ledat ius cōmune.c.cum dilect⁹.de consuetu.l.ij.C.de noxa. ¶ † Sed de iure cōmuni facultas excipiēdi est perpetua,etiā vbi alias facultas deducēdi illud per viā actionis esset temporalis.l.pure.§.fi.ff.de doli excep.et iste intellectus etiā colligif euidenter ex dispositione alterius statuti sub rubrica de appel.in ꝟsi.⁊ saluo ꝙ vbi nullo modo ⁊c. vbi statutum etiā post lapsum tēpus statutum ad dicendū de nullitate per viam principalis petitionis ꝑmittit posse perpetuo ꝑ viam exceptionis posse de nullitate dici. ¶ Nec insistere oportet quod Bisilerij dicere possint se fuisse impeditos facto iudicis:quia dico clarum esse quod ꝑ dictas pronuncias nō impediebanf Bisilerij terminare facere causam intra verū tempus instantie:⁊ cum dicte ꝓnuncie essent nulle,nō prestabat vllū impedimētum,vt đt regula iuris,non prestat vllū impedimentum ꝙ de iure nō sortitur effectū,vt in regula nō prest.at.libro.vj. ¶ Secundo principaliter videndum est de meritis cause:⁊ sic circa iustitiam vel iniustitiā sentētie late per dominum Uicarium,posito ꝙ dici posset dictā sententiam fuisse aliquā,in quo concludo eam fuisse iniustam : quia actore non probāte,reus debet absolui,vt in iuribus vulgaribus ꝙ autē Bisilerij non probauerint intentionē suā patet,nā ipsi intētarunt petitorium ⁊ possessorium:quia deduxerūt ꝙ Pegoloti ex forma statutoꝝ,⁊ ex antiqua consuetudine emēdo ⁊ vēdendo velosellas ⁊ bindas,⁊ alios pannos a capite sunt obedientes dicte societati Bisileriorū:⁊ non sunt nec esse debent obedientes societati Merzariorum ꝙ ipsi homines Bisileriorum sunt in quasi possessione ꝑcipiendi obedientias,et cōcedendi licētias dictis pegolotis.⁊ super istis petunt iustitiā ministrari,quo fit vt intelligaf esse deductum possessoriū ratione illius possessionis,⁊ etiā petitorium ratione illius iuris percipiendi,qđ asserunt sibi competere ꝑ id quod legif ⁊ not.in.c.querelā.de elec.et per not.per doct.in.c.ij.de ordi.cog.⁊ nō ꝓbarūt incumbētia,nam ex tribus conantur sumere intentionē suā:primo ex statutis dicte sue artis Bisilerioꝝ,per que est eis cōcessum ꝙ pāni a capite cuiuscunqʒ conditionis ⁊ qualitatis sint de mēbro Bisileriorum,⁊ ꝙ alia vniuersitas nō possit se intromittere de rebus ꝑtinētibus ad mēbrū dicte societatis Bisileriorum,ꝙ statuta fuerūt approbata,vt dicif,priusꝙ statuta societatis Merzarioꝝ. ¶ Sed ad hoc statutū respōdef ꝙ ꝙuis in eo ꝯtineaf ꝙ panni a capite cuiuscunqʒ cōditionis spectant ad societatē Bisileriorum,nō tñ sequif ꝙ veloselle,seu vela,et binde spectēt ad societatē Bisilerioꝝ:q2 nō est ꝓbatū,⁊ hmōi veloselle seu vela et binde sint aut in cōi vsu appellanf panni a capite seu de genere pānoꝝ a capite.debuit enim formaliter ⁊ specifice ꝓbari illa qualitas reqsita a statuto,scilicet ꝙ iste res de quib⁹ est cōtrouersia essent pāni a capite.l.ij.§.docere.ff.vi bo.rap.⁊.l.j.§.ait pretor.ff.ne qd in flu.publi.vñ colligit ex illo text.Bart.in.d.l.j.post prin.ff.ne qd in flu.publi.† ꝙ qñ a lege proferf aliqd cū aliqua qualitate, [b] dʒ vtrūqʒ probari.s.illud et qualitas eius.ideo dicit Jo.Andr.in.c.j.de homi.lib.vj.in nouella se liberasse quēdā ꝑlatum a pena illius capituli primi vbi imponif pena prelato,qui assassinari fecerit aliquem Christianū,⁊ ꝓbatū erat ꝙ quidā prelat⁹ assassinari fecerat quēdā hominē.⁊ nō erat ꝓbata illa qualitas.s.ꝙ ille qui fuit assassinatus esset Christianus per hoc euasit prelatus penā illius capituli.⁊ idē dicit Bal.in.l.si quis non dicā rapere.in.iij.col.C.de epi.et cle. ¶ Sed neqʒ apparet ex ꝓpria significatione † neqʒ ex cōi vsu loquendi qui etiā dat significationem rebus.l.Labeo.⁊ ibi not.Bar.ff.de supel.lega.ꝙ veloselle,seu vela,⁊ binde sint aut in cōmuni vsu appellenf panni a capite:igif ex dicto statuto non fundaf intētio agentiū,⁊ qđ plus est pro parte vniuersitatis Merzarioꝝ sunt examinati quā plures testes deponētes ꝙ appellatione pannoꝝ a capite ex cōi vsu loquēdi,nō cōprehendunf vela,veloselle,⁊ binde,quāuis hoc nō esset necessariū ꝓbari Merzarijs:q2 ꝯria ꝓbatio affirmatiua est fundamentū intētionis agētiū:vt dixi.⁊ licet aliqui ex dictis testibus alias exercuerint artē Merzarioꝝ:tñ tēpore depositionis non exercebāt.⁊ ideo ad eos nō spectabāt cōmoda et ꝑrogatiue Merzariorum.l.qui sub pretextu.C.de sacrosan.eccle.⁊ ibi no.Bar. [a] et.l.j.C.de collegiatis.li.xj.⁊ ibi Bar.⁊ in.l.medic⁹.et ibi Bar.C.de profes.et medi.lib.x.⁊ no.Bal.in prin.ffoꝝ ⁊ per ꝯsequēs non repellebantur a testimonio. ¶ Nec ad hoc ob.si diceref ꝙ imo hoc videatur probatum ex responsionibus factis per ꝙ.Merzarios,respondendo positionibus Bisileriorum,vbi re- [b] spondent ꝙ vela ⁊ binde sunt facta pro vsu capitis,⁊ etiā pro alijs vsib⁹:q2 dico ꝙ per hoc non fatenf ꝙ sint panni a capite.potest enim vna res esse pro vsu capitis:⁊ tñ nō erit pannus a capite,vt patet in quibusdam iocalibus ⁊ ornamētis a capite [c] que nō sunt pāni.⁊ ꝙ dicta responsio nō importet ꝙ sint panni a capite etiam euidēter apparet,eo q2 Merzarij respondendo alijs positionib⁹ expresse dicūt se nō credere qđ vela et binde cōprehēdanf appellatione pānorū a capite † ⁊ ideo debent dicte responsiones intelligi ⁊ interpretari vt non cōtineant repugnātiam,vt specifice no.Cy.⁊ Bal.in.l.cū falsa.ad fi.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ Bal.in.l.j.in prin.in lec.antiqua.⁊ ibi Paul.de cast.ff.ne quis eū qui in ius voc.vi exi.et Sali.in.l.cum precum.in fi.C.de lib.cau.arg.c.cū tu.de testi.⁊ in prima cōsti.C.§.quibus.facit qđ no.Bar.in.l.scripture.C.de fide instru.cū si. ¶ Preterea dicti Merzarij respōdent ꝙ vela ⁊ binde sunt facte ꝓ vsu capitis,⁊ ꝓ alijs vsibus,⁊ q cōsequēs sunt ad mistū vsum,ergo statutū Bisileriorū loquēs de pānis deputatis ad mistū vsum.s.capitis,⁊ etiam ad alios vsus,nō hʒ locū in casu nostro.l.hoc legatum.ff.de le.iij.vbi legantur vestes pāni ad vsum vxoris nō veniūt vestes pāni ad ꝓmiscuum vsum viri,⁊ vxoris,vt ibi.⁊.l.legatis.ff.de le.ij.† ⁊ statutuʒ loquēs de vno simpliciū nō hʒ locū in casu misto. [c] vt notat Bar.in.l.certi cōdictio.§.qñ.ff.si cer.pe.⁊ Bal.in.l.oēs populi.i.xij.col.ff.de iusti.⁊ iure.vbi allegat dictam.l.hoc legatū.⁊ Pet.de anch.in.c.canonū statuta.de consti.in ꝟsic.sʒ venio ad quartū mēbrū.⁊ Joā.de Jmol.in.l.q fundū.in pn.ff.ad.l.Fal.⁊ Albe.de rosa.in prima ꝑte statutorū.q.xc.incip.itē qro statuto cauef ꝙ de rebus ⁊c.† vbi đt ꝙ statutū ꝓuidēs ꝙ nō soluaf gabella de reb⁹ que portanf ꝓprij vsus cā.ꝓut etiā est ꝓuisuʒ de iure cōi.l.vniuersali.C.de vectigal.⁊ cū.l.i lege Cēsoria.ff.de ver.sig.nō habebit locū in his q portanf cā ꝓprij vsus ⁊ alterius,ꝑ.d.l.hoc legatū.⁊ etiā respō.notoria inspectione ⁊ experiētia constat ꝙ dicte res de qbus est questio etiā sunt ad aliū vsuʒ quā capitis vt ad cooperiendas spatulas mulierū:⁊ ad plures alios vsus. ¶ Quinimo ꝓ parte Merzariorū est ꝓbatū ꝙ statuta sua qđ vela,⁊ binde,⁊ veloselle spectant ad vniuersitatem societatis Merzariorū.Et si diceref ꝙ in approbatiōe statutorū Merzariorū facta vt dr.post approbationem statutorū Bisileriorū est expresse dispositū ꝙ iste res de qb⁹ in statutis Merzariorū pertineāt ad eos si prius alteri societati nō fuerūt attribute respōdef qđ per statuta Bisileriorū non erat ꝓuisum qđ iste res de quibus est questio spectarēt ad Bisilerios.quāuis statutū eoruʒ loquaf de pānis a capite,vt superi⁹ dictum est.Si autē Bisilerij ꝓbassent melius quā Merzarij ꝙ ex cōi vsu loquēdi appellatiōe pannoruʒ a capite veniunt vela,veloselle,⁊ binde de bōbice tunc aliud esset:⁊ tunc verificaret id qđ no.Bar.i.l.diuus.ff.de bo.dāna.dum dicit † qđ ex cōmuni vsu loquēdi appellatio pannoruʒ largior est,ꝙ appellatio vestis.⁊ appellatione vestis veniunt ea q sunt de bōbice.l.vestis.ff.de auro ⁊ argē.lega. ¶ Secūduʒ ꝑncipale adminiculuʒ ex quo conata est vniuersitas Bisilerioruʒ fundare ⁊ ꝓbare intētionē suā,est qđdam sumptum a libro cāpionis pactorum datioruʒ,in quo libro sub rubrica datij gabelle grosse,sunt posite oēs res de quibus dʒ solui gabella.⁊ ad quālibet artem sub literis grossis exprimentibus nomen artis,sunt descripte ille res que viden-

a ¶ [illegible]

b ¶ Qualitate.s.lib.ij.consil.clxxij.coll.ij.

c ¶ Misto.Alexā.l.si dignum.ff.ad leg.fal.s.li.ij.cōsi.xcvj.coll.fin.j.lib.v.consi.cxl.cepol.cā.ciui.cōsi.si.col.iij.Pau.ꝯs.ccclxxviij.coll.j.lib.j.

tur esse accommodate ⁊ deputate ad talem artem describēdo quid ⁊ quantum debeat pro gabella solui. Et reperitur quod in dicto libro sub literis grossis nominantur Bisilerij, ⁊ inter ceteras res descriptas post dictum nomen Bisilerij, sunt hec verba, videlicet. ve Labinde ⁊ veloselle. ⁊ sub literis grossis exprimētibus Merzarios non est aliquid dictū de vellis ⁊ velosellis. Sed etiā ex hoc capite dico nō ꝓbari intentionē agētiū: 20 quia † rubrica que habet orationē imperfectā, non potest allegari vt per se inducat decisionē cause. secus si habet orationem perfectam. vt patet ī rubrica. C. ne fideiuſ. do. den. ⁊ no. gl. in. l. j. in gl. magna. eo. titu. ⁊ patet in rubrica. ff. quod quisq; iur. in alterū statuerit ⁊c. ⁊ in rubri. extra vt eccle. beneficia. sine dimi. ꝯfe. cum si. ⁊ hec est doc. Jo. And. post Spe. in tit. de disputa. alle. §. fi. ⁊ fi. ⁊ Anto. de butr. in ꝓemio decre. ⁊ Sali. ⁊ Rapha. Fulgo. in. l. j. ff. si cer. peta. ⁊ Jo. de Jmo. in rub. ff. de verb. obl. ¶ Sed dicta rubrica nō habet orationē perfectam, sed solū in ea dicit̄ Bisilerij: ergo ex ea nō potest dici qđ decidat̄ qđ bona ibi subscripta debeant pertinere ad Bisilerios, non ad alios. potest enim esse qđ illa rubrica ⁊ similes fuerūt apposite, vt facilius inueniri possent res ipse, ⁊ quātitates soluende pro ipsis reb⁹. potius ⁊ fuerint posite dicte res sub rubrica Bisileriorū, quā Merzariorum: quia lōge plures res erant specificate sub rubrica Merzariorū, quā Bisileriorum: ⁊ ideo si fuissent posite sub rubrica Merzariorū longior fuisset necessaria perquisitio. ¶ Jtē cum dicta rubrica imperfectā habeat orationē, potest ita suppleri ⁊ intelligi hoc modo videlicet ꝙ ille res descripte sub rubrica Bisileriorū, sunt res quas Bisilerij pretēdunt vel asserūt ad suā artē pertinere sicut potest intelligi ꝙ ille descripte post rubricā Bisileriorū sint res que de iure seu ex forma statutorū spectāt ad vniuersitatē Bisileriorum: ⁊ ideo cū talis liber campionis ꝓducatur per Bisilerios ad ꝓbationē, ⁊ non concludat illa ꝓbatio quod ille res spectent ad vniuersitatem Bisileriorū: ideo non releuat quia ꝓbatio debet de necessitate cōcludere. d. c. in presentia. ¶ Preterea verba dicti libri campionis, dum narrāt res illas sub rubrica Bisileriorū, nō potest dici ꝙ sint verba dispositiua, id est qđ emanent ad disponendā principaliter ad quas vniuersitates spectet vēdere dictas res, sed emanarunt ad declarandū quid exigere possint ꝯductores datij mercationum pro rebus que cōducunt̄ per Bononiā, vt patet ex rubrica perfectā orationē habente, q̄ dicit pacta datij mercationum, videlicet, rerum que conducunt̄ per Bononiā, ⁊ sic apparet quod illa verba alterius rubrice, que dicit Bisilerie panno de lino, vna cū descriptione rerū ibi posita sunt ꝟba narratiua, ⁊ incidenter et enūciatiue quo ad ipsos Bisilerios apposita propter aliud, non ad disponendum que sint illa que spectari debeāt ad Bisilerios, sed ad disponēdum q̄tum exigi possit per cōductorem datij mercationum de illis rebus, vt 21 ostendit̄ ex dicta rubrica habēte orationē perfectā. ¶ † Nam verba enunciatiua, seu narratiua, ⁊ nō dispositiua dicunt̄ esse illa, que vel sunt quoddam proemium vel preambulum, vel in quib⁹ nō sistit voluntas, sed trāseunt seu per se non stant, ⁊ nō sunt ꝟbum principale orationis seu in dispositiuis verbis, ita declarat Bal. in. l. j. C. de falsa cau. adiec. leg. in ver. quero quid est dictum verba enunciatiua ⁊c. allegat id qđ habetur in. l. ex 22 hac scriptura. ff. de donatio. ¶ † Sed verba legis vel statuti enunciatiua nō inducunt ius eo quod narrrat̄ vel enunciatur: vt signanter dicit Federicus de senis consilio. xxxix. incipiēte. Viso puncto predicto et motiuis ⁊c. argumentū. c. si papa. de priuile. in. vj. ⁊ hanc decisionē reputat singu. Ludo. Roma. in l. iiij. §. Cato. in. vj. col. ff. de verbo. oblig. ⁊ idem dicit Sali. in. l. qui se patris. in. v. col. C. vnde libe. ⁊ in. l. accusationē. C. qui accusa. nō pos. allegat. l. verba cū materia. C. de test. bene facit qđ not. glo. in. c. ij. in verbo non teneris. ⁊ ibi Domi. de dolo ⁊ contuma. lib. vj. ¶ Tertiū principale adminiculum ex quo conatur vniuersitas Bisileriorum fundare ⁊ probare intentionem suam, est depositio testium ꝓductoꝝ in causa ad probandum quasi possessionē predictā. Sed nec etiā huiusmodi testes probant. nā primo nō ꝓbant testes ꝓducti, qui fuerunt examinati alias in alio preteīto iudicio iam sunt anni. xx. vel circa: q2 illi nō fuerunt iurati p̄sente aliquo Syndico Merzariorum, vt requirebat̄ iuxta. l. si qñ. C. de testi. ⁊ c. ij. de testi. et licet dicat̄ per partē Bisilerioꝝ ꝙ iurarunt presente ser Cesare tanq̄ Syndico Merzarioꝝ: tamē est negatum ꝑ parte Merzariorum ser Cesarem fuisse tunc Syndicū eorū. ¶ Et posito ꝙ Merzarij respōdendo positionibus Bisileriorum confessi fuerint ꝙ ser Cesar tēporis ei⁹ vite fuit Syndicus Merzarioꝝ: tñ dicta confessio nō releuat tanq̄ ambigua ⁊ obscura, cū nō dicāt quo tēpore. l. cētum. in prin. ff. de ꝯfes. ⁊ presertim: q2 Merzarij respondētes alteri positiōi subsequēti, ⁊ ꝯtinēti ꝙ Cesar fuerat Syndicus in causa vertēte inter Bisilerios ⁊ Merzarios, negarūt. ꝑ quod datur intelligi ꝙ in precedēti respōsione intellexerunt ꝙ fuerit sindicus in alia causa. per no. ꝑ Cy. ⁊ Bal. in. d. l. cum falsa. cum concor. s̄. alleg. ¶ Preterea dicti testes nō probant 23 alia ratione: † q2 dicta eorum nō fuerunt publicata in causa in qua fuerunt recepti: ⁊ instantia illius cause fuit perempta. nec iudex alterius instantie saltē qui non fuerit successor in officio iudicis recipientis testes, potuit publicare, adeo ꝙ nō probāt. c. cum causam. el. j. in fi. cum glo. in verbo habere voluerunt. de testi. nisi ꝓbatū esset ꝙ dicti testes mortui essent. l. fi. C. de testi. de qua morte non est ꝓbatū. Jta ꝯcludit Bar. Bal. ⁊ Sal. in l. gesta. C. de re iudi. ⁊ Ant. de but. in. d. c. cum causam. circa pe. col. ⁊ in. c. causam. el. j. e. ti. ⁊ in. c. Albericus. circa fi. de testi. et ibi dicit ꝙ illi qui allegant Jnno. ibi tenere contrariū nō bene allegant. et Cyn. post Jaco. de are. in. l. properandum. §. j. C. de iudi. ⁊ no. Bar. in. l. j. in fi. ff. de priuile. credit. ⁊ Bald. in. l. ij. in vij. col. C. de edē. Nicol. de mata. ⁊ Bal. in. d. l. fi. C. de testi. facit quod no. Bar. in. l. solā. C. de testi. ⁊ in. d. l. ij. C. de edē. ⁊ lz nonnulli aliter teneant: tñ ista videtur verior ⁊ cōmunior opin. maxime per preallegata, et alia adducta per doc. in dictis locis. ¶ Jtē tres ex dictis testib⁹ erāt de societate Bisileriorū tempore depositionis. ⁊ sic pretendebant incōmodum. ⁊ nō potuerunt produci in testes vt clare est prouisum ꝑ statutū ciuitatis Bononie: ideo nō oportet discutere an de iure cōi possint esse testes. ¶ Alij etiā testes de p̄senti examinati in hac causa non probant dictā quasi possessionem iuris percipiēdi obediētias ⁊ 24 pegolotis ⁊ faciendi eis bulletas: † q2 ad hoc vt ꝯstituerentur in dicta quasi possessione iuris incorporalis, requirebat̄ ꝙ Bisilerij predicta fecissent sciēte ⁊ patiēte vniuersitate Merzarioꝝ aduersariorū suorum qui ius habebant in dicto iure obedientie, vigore statutorum suorum. vt dictum est probatur in. l. ij. et ibi plene no. de serui. ⁊ aqua. ⁊ in. l. pe. ff. de serui. ⁊ no. Bar. ī. l. si Publicianus. §. in vectigalib⁹. ff. de public. et ibi dicit ꝙ si tale ius incorporale nō erat acquisitū alteri: tunc ille qui vult adipisci talem quasi possessionē alicuius iuris, cuius concessio vel exactio respiciat authoritatē publicam, oportet ꝙ vtat̄ illo iure sciente superiore vel magistratu, qui preest illi territorio, vbi hec exerceatur, vt patet ex no. ꝑ Jnn. in. c. bone. el. ij. de postu. prela. ⁊ in. c. olim. el. iij. de resti. spo. ⁊ in. c. ij. de restit. in integr. cū si. ¶ Sed ista nō sunt probata per testes Bisileriorū: ergo frustra de quasi possessione cōtendunt. Et posito ꝙ Bisilerij probassent de quasi possessione, quā tamen nō ꝓbarunt, nihilominus: quia in petitorio non probarunt, sed melius probarunt Merzarij qui per sua statuta docuerunt specifice ꝙ vela, veloselle, ⁊ binde spectant ad vniuersitatem Merzariorum: idcirco non essent restituendi Bisilerij ad aliquā quasi possessionem: quia obstaret exceptio dolo facis: quia petis id quod restituturus es. l. qui dolo. ff. de doli except. c. cū dilect⁹. de causa pos. ⁊ proprie. ita declarat Cyn. in. l. incerti. C. de interdic. in versi. sed iuxta hoc solet queri ⁊c. ⁊ Joā. Andr. in. c. pastoralis. de causa posses. concludo ꝙ siue de nullitate queratur, siue de iniustitia sententie Merzarij sunt in casu victorie.

# Summarium.

2 ☞ Proprietas solum conuenit directo dominio.
4 Publiciana ⁊ petitio hereditatis non dantur contra titulo possidentem.
6 Fama quomodo probatur, ⁊ quantum valeat.
10 Filia debet esse dotata tēpore delate successionis vt excludat̄.
11 Priuilegium datum instrumento intelligitur inter quos confectum, non contra tertium.

# Consilium. LXXXIII.

Viso themate suprascripto, ⁊ his que copiose ⁊ eleganter per excellentissimos doctores Pisis legētes mihi maiores honorandos in hac causa consulentes allegata sunt. ¶ Cōcurro in eandē sententiā. Et duo sunt principalia fundamēta, quibus videt̄ dictū Bartholomeū de mignauellis se posse tueri aduersus dictā dominā Jacobā, ⁊ Franciscū agentes. primū est qđ ipsi nō ꝓbarūt ea q̄ sunt fundamentū intētionis eorū: et sic sum⁹ in regula: qđ actore nō ꝓbāte, reus debet absolui. l. q accusare. C. de edē. c. vnico. vt eccle. benefi. ¶ Secūdū est: posito qđ ꝓbassent ea que sunt fundamentū intētionis sue. tñ obstat eis exceptio p̄sumptionis. ¶ Primū cōstat qđ aut egerūt rei vēdicatiōe seu publiciana, aut petitione h̄rditatis: 1 † vtrūq; em̄

simul

simul intentare nõ potuissent,vt notabiliter cõcludit Guil.de cu.⁊ Bal.in.l.ij.post glo.C.de petiti.heredi.imo ex ibi notatis per eos clare apparet fuisse intentatã rei vendicationem:qr in conclusione libelli petitum est declarari dominium ⁊ proprietatem dicte possessiõis pertinuisse,⁊ pertinere ad dictas dñas que conclusio est illa que cõuenit rei vendicationi.l.⁊ ex diuerso.§.j.⁊ ibi no.Bar.in prin.ff.de rei vẽdi.⁊ in.l.põponius.§.sed ⁊ is.cum simi.ff.de procu. ¶ Et attento ꝙ in cõclusione dicti libelli que debet attendi iuxta no.per Inno.in.c.super literis.de rescript.l.nõ debet.⁊ ibi declarat Bald.ff.de dolo.⁊ Cy.in l.nec exẽplum.C.ad.l.cor.de fal.⁊ Bar.in.l.aurelius.§.sticho.ff.de lib.le.petitur declarari etiam proprietatẽ dicte possessionis pertinere ad dictas mulieres.sequitur quod fuit intentata
2 directa rei vẽdicatio pro directo dominio:† quia proprietas[a]
a solum connenit directo dominio,⁊ non vtili dominio,etiam in libello,vt notabiliter probat Bald.in.l.ij.ff.de condi.insti.⁊ in l.cum res.in fi.C.de proba.et in.l.pe.in.j.col.C.si a nõ compet.iudice.⁊ posito quod sit dare quasi proprietatem sicut quasi dominium.c.fi.de iudi.⁊ nota.gloss.reputata singularis in.l.ij.§.quedam.ff.de interdic.tamẽ vbi in libello simpliciter fit mentio de dominio seu proprietate,vt hic.nõ intelligitur deductũ quasi dominium pro quo cõpetit publiciana illi qui acquisiuit a non domino iusto titulo,⁊ bona fide.l.minor.§.j.cum ibi no.ff.de euic.et no.Bar.in.l.si mater.§.eandem.ad fi.ff.de except.rei iudicat.nisi in libello esset facta mentio de quasi dominio seu quasi proprietate,de quo vel qua in libello predicto nulla est facta mentio secũdum quod patet ex narratis in themate.
¶ Cum igitur sit intentata rei vendicatio predicta,sequitur quod oportebat probari de directo dominio.l.in rem.in princ.ff.de rei vendicatione,⁊ no.in locis.s̃.allegatis.sed de illo non est probatum:quia non apparet quod domina Nicola,cuius iste mulieres vt filie sue,dicunt se esse heredes,habuerit directum dominium dicti predij.non enim sequitur fuit datum in dotem ser Hugolino pro dicta domina Nicola:ergo directum
3 dominium fuit dicte domine Nicole:† quia etiam predium alienum a non domino seu a non domina potest in dotem dari.l.j.C.de iure dotiũ.⁊ etiam appellabitur dotale.l.j.§.dotale.iuncta gloss.j.⁊.ij.ff.de fundo dotali.imo non probatur quod aliquam titulum acquisitionis dominij vel quasi,habuerit domina Nicola,sed solum probatur quod Cheicus Iacobi vice ⁊ nomine dicte domine Nicole,pro qua de rato promisit habens fundum in dotem,dedit ser Hugolino,⁊ per talem traditionem factam nomine domine Nicole,cum promissione de rato:et sic sine mandato domine Nicole dicitur ser Hugolinus habuisse titulum dotis cum mala fide.l.fina.ff.pro empt.⁊ not.Barto.in.l.cum vir.ad finem.ff.de vsusca.Ex quibus patet dici non posse quod domina Nicola habuerit dominium directum,nec etiam vtile quod acquiritur ex prescriptione longi temporis cũ titulo ⁊ bona fide,vel ex prescriptione longissimi tẽporis.xxx.anno.sine titulo cũ bona fide.iuxta ea que not.in aut.nisi tricennalis.C.de bonis mater.⁊ tex.in.c.si diligenti.de prescrip.cum simi.quia per illos quinque testes receptos pro parte dictarum mulierum,scilicet Bonellum,et Thometum:ser Laurẽtium:Bartholomeum,⁊ Leonardum non est probatum de predictis necessarijs ad prescriptionem complendam.¶ Non est etiam dicendum quod agentes possint detinere in quasi dominio seu Publiciana.primo:qr illam non intẽtarunt,vt dixi.¶ Item quia etiam nõ probarunt ea que requirebãtur in Publiciana,nam aut volumus dicere ꝙ intentauerit publicianã ex persona domine Nicole matris sue:⁊ cum non probauerit de aliquo titulo acquisitionis matris,⁊ non possunt obtinere iuxta.l.j.⁊ fere per totum.ff.de Publicia.⁊ in.c.abbate sane.de re iudi.lib.vj.Aut volumus dicere ꝙ intentauerint Publicianam ex propria persona ipsarum filiarum,quasi habeant titulũ pro herede in dictis bonis:sm quod colligitur ex not.per Barto.in.l.j.§.j.⁊.l.cum sponsus.§.j.ff.de Publicia.⁊ adhuc dico ꝙ ex hoc capite non possunt obtinere:quia requirebatur ꝙ probassent se adeptas fuisse possessionem vacuam dicti predij,pro quo agerent Publiciana,vt no.per Cy.⁊ alios in.l.cum res.C.de ꝓba.⁊ Bar.in.l.Celsus.ff.de vsucap.⁊ Ioã.Andr.in addi.Spe.in titu.de causa pos.§.nunc videndum.in addi.incip.de hoc ⁊c.⁊ Bald.in.l.eum qui.§.pretor.ff.de publicia.⁊ in.l.nam ⁊ postea.§.si pretor.ff.de iureiur.⁊ in.l.si fundum.ff.de fundo dot.sed hec non apparent proba-
4 ta:ergo non possunt obtinere.¶ † Preterea Publiciana nõ datur contra titulo possidentem.l.siue autem.§.si duobus.ff.de publicia.Sed dictus Bartholomeus possidet titulo donationis,ergo ⁊c.¶ Non etiam possunt obtinere dicte mulieres in petitione hereditatis,tum quia illam nõ intentarunt,vt patet ex dicta conclusione libelli:tum etiam quia non potuissent eam cumulare cum rei vendicatione in eodem libello,vt dixi.
5 ¶ † Preterea etiam petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem.l.regulariter.ff.de peti.here.l.ij.⁊.l.hereditatis.C.eo.titu.⁊ tanto magis in casu nostro,cum dictus Bartho.cõuentus habuerit titulum a possidente cum titulo,hoc dico propter ea que no.moderni in.l.fi.C.de edic.diui Adria.vbi alias hoc examinaui ⁊ scripsi super gloss.in verbo missus.
¶ Nec predictis obst.si diceretur ꝙ per dictos testes est ꝓbatum famam fuisse ꝙ predictum predium fuerit fundus dotalis,⁊ seu in dotẽ datus dicto ser Hugolino per dictam dominam Nicolam,seu per eius quendam administratorem:quia respõdeo primo ꝙ per hoc testes nõ dicuntur probare famam fuisse per directum dominium,aut etiam vtile spectare ad dictam dominam Nicolam:quia non sequitur ꝙ ipsa dederit in dotem dictum fundum:ergo spectat ad eam dominium,vt.s̃.probaui.¶ Preterea isti testes non videntur probare legitime de fama propter plura in quibus deficiunt,sed vnũ in spe-
6 cie sufficiat attingere.† nam testis qui habet probare famam publicam interrogari debet a quibus dici audiuerit,⁊ ipse interrogatus debet aliquẽ nominare,⁊ licet postea diceret a pluribus alijs audiui,de quibus dixit se non recordari,satis esset:[a] ⁊ hoc vt videatur an fama habuerit originem ab honestis personis,vt habere debet,vt declarat Inn.in.c.cum oporteat.de accusa.⁊ Specu.in titu.de acquisitio.§.nunc tractemus.versi.[b] super probatione autem.⁊ Bar.in.l.de minore.§.si plurium.ff.de questio.in.vij.col.in ver.quero si testis ⁊c.⁊ per Angel.in.l.iij.C.de testi.vbi etiam dicit sic vidisse de facto iudicari,sed dicti testes neminem nominat:imo aut dicunt se non recordari:aut dicunt ꝙ longũ esset narrare.⁊ sic ratio qua dicti doc.mouentur ad concludendũ ꝙ testis non probat,militat isto casu.
7 ¶ † Preterea etiam fama nõ facit nisi semiplenã probationẽ iuxta plene not.in.l.iij.§.eiusdẽ.ff.de testi.⁊ in.l.admonendi.ff.de iureiur.⁊ plene per Bar.in.d.l.de minore.⁊ per Canonistas in.l.veniẽs.el.j.de testi.cum simi.¶ Et licet alias quãdoqꝫ fama plene probet,qñ sumus in antiquis iuxta not.in dictis locis.⁊ ꝑ glo.⁊ doc.in.l.at qui natura.§.cum me absente.de neg.gestis.⁊ per Inno.in.c.veniẽs.⁊ in.c.quid per nouale.de ver.
8 sign.cũ suis concor.¶ † Tñ sm cões cõclusiones illud ꝓcedit
b qñ agit̃ de ꝓbatiõe negotij,a quo distam⁹ per annos centũ[b] vel circa,ꝓpter difficultatẽ ꝓbatiõis,cum tãto tpe ⁊ non vltra duret lõgeuã vita hoĩs,quãto tpe ducere p̃sumat̃.l.fi.C.de sacrosan.eccle.l.an vsufru.ff.de vsufruc.ita colligitur ex not.per Spe.in ti.de proba.§.j.ver.⁊ no.ꝙ prescriptio ⁊c.⁊ Bal.Ang.⁊ Saly.in.l.ꝓprietatis.C.de proba.⁊ Ange.in.l.cuꝫ super.C.de rei vẽdi.⁊ ĩ.d.§.cũ me absente.⁊ Io.de Imo.i.l.ij.§.idẽ Labeo.ff.de aqua plu.arc.⁊ Ioã.de Imo.⁊ do.Abb.in.d.c.veniẽs.⁊ sic nõ sumus in illis antiqs tãti tpis,ꝙ debeat sufficere ꝓbatio ꝑ famã,qñ talis fama esset legitime ꝓbata,qd tñ non est,vt iam dixi.¶ Nec ob.etiã iuẽtariũ cõfectũ,vt dicit̃,ꝑ tutorẽ dictorum filiorũ ser Hugolini ⁊ dñe Nicole,qr inuẽtariũ ita simpliciter cõfectũ dato etiam ꝙ in eo exprimeret̃ dñiũ dicti p̃dij fuisse dñe Nicole:⁊ successiue heredum,qd tñ ibi nõ inue-
9 nio ita expressum:tñ si ita esset exp̃ssum † posset ꝓbare c̃ illũ,q fecit illd describere.l.fi.C.arbi.tute.nõ ꝓ eo aut c̃ aliũ.l.exẽplũ.cum simi.C.d ꝓba.⁊.C.res inter alios acta.ꝑ totũ.⁊ no.Barto.in.l.tutor qui repertoriũ.in prin.ff.de admi.tuto.in ꝟsi.qro an instrumẽta in quib⁹ cõtinet̃ ⁊c.¶ No.etiã ꝙ dict⁹ Bartholomeus respõdendo positionib⁹ dixerit se credere habere dominiuꝫ dicte possessionis post vitã dñe Baptiste de mignanellis:qr respondeo ꝙ ad excludenduꝫ dictas mulieres nõ requirit̃ ꝙ Bartholome⁹ ꝓbat se esse dñm,sꝫ satis est ꝙ actor non ꝓbat se esse dñm.¶ Item dato ꝙ actor etiã deduxisset ĩ libello quasi dominiũ ⁊,de illo ꝓbasset,satis esset reo qd ipse reus probasset se possidere cum titulo,vt supra ostẽdi.¶ Preterea si nõ apparet probatũ dictam dominam Baptistã viuere,dicta verba ꝓlata per infinitiuũ sunt apta cõprehendere dñium dicti Bartholomei de p̃nti,vt no.in.l.stipulationum alie.§.stipulati.ff.de verb.ob.⁊ dato ꝙ probatũ esset dominaꝫ Baptistam viuere:adhuc etiã alia ratiõe nõ obstat,qr dicta respõsio est interpretanda in fauorem dicti respõdentis.l.si qs intentione.cum ibi no.per doc.ff.de iudi.⁊ dꝫ intelligi de dñio pleno.s.quo ad proprietatem et vsumfructũ.l.femine.§.fin.C.de secũ.nup.qr vsusfructus fuit reseruatus dñe Baptiste in donatione facta dicto Bartholomeo.¶ Uenio ad secundum fundamentum,qd est tale,vcꝫ posito quod dicte mulieres probarẽt fundamentum intẽtionis sue super dicto dñio:tñ obstat eis exceptio prescriptionis:qr possedit Bartholomeus per se ⁊ auctores suos cum titulo sine cõtradictione,lite,vel molestia,vltra illos decem annos requisitos a iure cõi,⁊ a statuto sub rubrica de prescri.¶ Nec obstat quod dictum statutũ dicat pre

ſcriptionē nō obſtare mulieribus in ſuis dotibus:q2 dicte mulieres nō petunt dictū prediū tanꝙ ſuā dotē,ſed tanꝙ datum in dotem pro matre:nam ipſe ſuam dotem in pecunijs habuerunt. ¶ Non obſtat quod non valenti agere nō currat preſcriptio.l.cum notiſſimi.§ illud.C.de preſcri.xxx.an.l.j.ī fine.C.de anna.excep.⁊ dicte mulieres non valuerunt agere donec vixerunt filij maſculi domine Nicolae vigore ſtatuti ſub rubrica,ꝙ mulier dotata nō ſuccedat ſtantibus maſculis ibi.dū ꝺt ꝙ diu ſuperſit filius maſculus iunctis no.ꝑ Bar.in.l.fi.ff.ad Tertyl.
10 cū ſuis concordan.† q2 ad hec fuit bñ rñſum ꝑ prefatos cōſulē
a tes qꝺ illud ſtatutū,dum dicit ꝙ mulier dotata [a] non ſuccedat matri,⁊ ex tunc demum habeat locū,ſi filia erat dotata tēpore quo ſibi delata fuit ſucceſſio hereditatis materne,vt cōcludūt cōiter docto.in locis allegatis per eos,⁊ idē etiam voluit Bal.in.l.nō ſine.poſt Cy.⁊ alios.C.de bonis que li.⁊ Pau.de caſtr.clare poſt Bar.in.l.Titio cētū.§.Titio genero.ad fi.ff.de cōdi.⁊ demon.Nā qualitas iūcta verbo debet intelligi ſecundū tēpus verbi.l.in delictis.§.ſi extrane⁹.ff.de noxali.l.Titius.ff.de teſta.milit.vñ cū dicte filie tēpore quo ſibi delata fuit ſucceſſio hr̄ditatis materne,nō eſſent dotate,potuerunt ſuccedere ⁊ ſic potuerūt agere:merito currit eis pena preſcriptio. ¶ Nō obſtat etiā ſi dicatur qꝺ vigore alterius ſtatuti ſub rubrica,ꝙ nulla mulier dotata ad ſucceſſionem veniat cū fratre:dicte mulieres nō potuerūt agere viuēte ſer Ioāne fratre ſuo,donec deceſſit ſine deſcendētib⁹:q2 adhereo illi reſpōſioni tradite ꝑ dominos conſulentes qꝺ illud ſtatutum non vendicet ſibi locum in ſucceſſione hereditatis materne,de qua erat ꝓuiſum in alio precedēti ſtatuto,de quo proxime dixi rōne vitande contrarietatis,que alias reſultaret ex dictis ſtatutis:⁊ ꝑ illa verba poſita in fine ſtatuti.ſ.ſalua in hoc teſtamētaria diſpoſitione patris vel fratris,vt fuit opportune deductū per dictos dominos cōſulētes.ideo circa illa vlteri⁹ non inſiſto. ¶ Nō obſtat etiā additio ſtatuti,qua cauetur qꝺ nulla preſcriptio currat vel poſſit apponi vel nocere contra inſtrumēta dotalia,vel inſtrumentis dotalib⁹ contra mulierē vnā vel plures,vel cōtra mulieris heredes:quia vltra rñſiones datas per dominos conſulentes reſpondeo qꝺ attento ꝙ ſtatutū ſe fundat inſtrumento dotali,⁊ nō ſimpliciter in iure cōpetē.pro dote ſeu re dotali,vbi non ex-
11 taret inſtr̄m.ideo dico † ꝙ vbicūqꝫ aliquod priuilegium cōtra ius cōmune conceditur inſtrumēto,illud priuilegium ſolū intelligit̄ eſſe conceſſum qñ ego vtor illo inſtrumento contra eos inter quos confectū fuit dictū inſtrumentū:vel contra eius heredes qui eos repreſentant.ſec⁹ aūt ſi contra tertiū.vnde ſi ſtatutum dicit ꝙ ꝯ tale inſtrumentū non poſſit opponi niſi talis exceptio,iſtud habebit locum qñ ageret̄ cōtra illum cum quo confectū eſt inſtrumentum,non ꝯ tertium poſſeſſorē.Ita dicit Ioā.de imo.in.l.fi.ff.a qb.appel.nō lꝫ.circa antep.chartam magnā in ver.aduerte tñ,q2 inquantū dixi ꝙ pōt opponi exceptio ⁊c.pro hoc allegat id qꝺ habet̄ in.c.ſuper eo.de offi.deleg. ⁊ Ange.in.l.ſi vnus.§.ante oīa.ff.de pac. ¶ Idē voluit ipſe in cle.j.in.iiij.col.de re iudi.vbi inquit qꝺ ſi contra inſtrumentum Guarētigie ſtatutum nō ꝑmittit opponi certas exceptiones, non habebit locum quo ad tertiū cū quo non eſt ꝯfectū:per id quod ſenſit gloſ.no.in dicta cle.j.in verbo contra ſe.⁊ quod ibi
12 no.doc.vbi traditur ꝙ diſpoſitio illi⁹ cle.volētis † nō poſſe opponi exceptionem nullitatis contra tres ſententias cōformes, nō habet locū quo ad tertiū ꝯparentē ꝓ intereſſe ſuo,ſi contra ipſum non fuerāt late dicte ſententie. ¶ Idē eſt de mēte Bal.
13 in.l.j.C.cōia de leg.vbi voluit † qꝺ ſtatutū tribuens priuilegiū inſtrumento guarentigiato habeat locū,qñ agitur ꝑſonali vel hypothecaria contra ipſum principalem debitorem.ſec⁹ ſi hypothecaria contra tertiū poſſeſſorē:q2 preceptū vel cōfeſſio nō ſequitur fundum,ar.l.j.C.ſi cert.peta.⁊ illud ſequitur Petr.de ancha.in cōmento.c.canonum ſtatuta.de ꝯſti.in ver.circa iſtā extenſionē alibi ⁊c. ¶ Bene facit qꝺ no.Ang.in.l.ſi debitori.C.ſi aduer.credi.cū igitur agatur contra tertiū poſſeſſorē dato qꝺ ꝯtra eum ꝓducatur inſtr̄m dotis dñe Nicole,pōt opponi
14 exceptio preſcriptionis,per predicta. ¶ † Non obſtat etiam ſi diceretur ꝙ fortaſſe iacebat hec hereditas dicte domine Nicole,⁊ ꝙ contra hereditatem iacentem non currat preſcriptio.l. ſi ſeruus hereditarius.ff.de ſtipu.ſeruo.et not.in.l.ea que.C.de tempo.in integr.reſtit.pe.quod tamen non habet locū in vſucapione,in qua requiritur titulus ⁊ bona fides.l.ſed ſi in conditione.§.ſeruus alienus.⁊ ibi not,Ange.ff.de hered.inſti.⁊.l. non ſolum.in prin.vel incipit,Iulianus.ff.quibus ex cau.maio.Nec etiam ſm Ange.⁊ Ioan.de Imo.in.l.futurum.§.fundi.ff.de vſuſcap.habet locum etiā in preſcriptione longi temporis cum titulo ⁊ bona fide,per id quod ibi not.gloſſ.in verbo deceſſerit.iuncta.l.ſequen.tamē hoc vltimum de preſcriptione longi temporis non pono pro conſtanti:quia in propoſito hec

a ¶ Dotata.ſ.eo.conſi.xiij.nu.xij.

b ¶ Stricti.ſ.lib.j.conſi.xlvj.

diſputatio ceſſare videtur:quia ſaltem Ioannes adiuerat hereditatem:vt patet ex contractu quem fecit cum dicto Bartholomeo de dicto predio de anno.M.cccclij.per quē videtur adiuiſſe hereditatem.l.pro herede.§.Papinianus.et.l.gerit.cum ibi not.per Bart.ff.de acquiren.here. ¶ Ex quibus concludo debere abſolui dictum Bartholomeum a petitis,prout etiam vltra rigorē magna rei equitas exigit,quicquid hactenus iudicatum fuerit.Alex.Imo.

## Epitome.

¶ In quibus caſibus ſententia nocet tertio nō nocet ſi eſt lata contra abſentem,⁊ excuſſio contra principalem fieri debet etiam in bonis ſitis in alio territorio ſi hoc facile eſt.

## Conſilium.LXXXIIII.

In cauſa que vertitur inter agentes pro camera illuſtriſſimi domini ducis Ferrarie ex parte vna Henricū cimiſſellū de Mutina ſe defendētem. ¶ Viſis ſcripturis ⁊ actis mihi exhibitis et cōſideratis queſitis circa quorū reſponſionē requiſitus ſum
1 vt dicā quid de iure ſenſio. ¶ † Breuiter reſpōdeo ꝙ ad cōuincendū dictum Hēricū habentē titulū ⁊ poſſeſſionem in rebus que dicūtur fuiſſe dicte camere obligate per dictos de carpo, ſeu eorum anteceſſores,nō ſufficiunt ea que geſta ſunt ꝯ filios quōdā magnifici dñi Galaſij de carpo,ſcilicet ſentētia capitalis lata ⁊ executa cōtra duos ⁊ eis pro crimine leſe maieſtatis cū cōfiſcatione bonorū ſuorū,⁊ alia ſententia lata:deinde ſine alio ꝓceſſu aut citatione alicui⁹ per decretū dicti ducis ex plenitudine poteſtatis ſue,per quā vigore ꝯtrauentionis aſſertorū capitulorꝫ alias initorꝫ inter illuſtriſſimā domum Eſtenſem ⁊ dictum dñm Galaſum.de qua ꝯtrauentione dicitur cōſtare ex cōfeſſione dictorum duorum ex ipſis omnibus ſex fratribus fuit declaratum dictam contrauentionē capitulorū fuiſſe factam.⁊ propterea omnes dictos ſex fratres incidiſſe in penam ducatorum.lxx.milium ꝓ pena decē miliū ducatorꝫ promiſſa ⁊ dictis capitulis cū obligatione bonorꝫ:quaſi pluries intelligeret̄ eſſe ꝯtrauentū,⁊ dictos omnes ſex fratres pluries in dictam penam decē milium ducatorū incidiſſe,⁊ ꝑ quā vltimā ſententiā fuit etiā declaratū omnia olim ⁊ tunc eorꝫ de carpo bona fuiſſe hypothecata pro dicta contrauētione incorporando camere ſue omnia bona q̄ apud dictos de carpo tenebant̄:⁊ reſeruāda ſibi pro reſto omnia iura ſua:⁊ ꝙ ita ſit pro-
2 batur maxime ex infraſcriptis. ¶ † Aut enī ꝯſideram⁹ primā ſententiā capitalē latā ꝯtra dictos duos cum confiſcatione bonorꝫ ſuorū:⁊ clarū eſt ꝙ illa non ſufficit:quia illa ſolū operatur quoad ꝯfiſcationē bonorum ſuorum ⁊ non trahitur ad bona alienata diu ante crimē cōmiſſum.l.fi.C.ad legem iul.l.ſi quis poſt hac.C.de bo.preſcrip.l.poſt contractū.⁊.l.donationis.§.fi.ff.de dona.ſꝫ ꝙ pena decē milium ducatorum vigore cōtrauentionis aliquorꝫ capitulorꝫ eſſet commiſſa quoties ⁊ per dictos oēs fratres hoc minime probatur.Aut declaratur per di-
3 ctā ſentētiā in qua hec nō continent̄:⁊ ſententia † eſt ſtricti [b] iu-
b ris.l.j.C.ſi plu.vna ſen.l.diui fratres.ff.de libe.cau.l.ſi a te.ff.de excep.rei iudi.nec plus per eā probatur ꝙ̄ ex ea de neceſſitate inferat̄.l.ſi iudex.cum ibi no.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iu.⁊ in.l.j.C.de or.iudi.l.ij.C.de ordi.cog.no.ꝑ Bart.in.l.iulianus.in.iiij.col.ff.de ꝯdi.inde.⁊ in.l.ſi exp̄ſſum.in.iij.col,ff.de appel.
4 ¶ † Nec etiam ſufficit ꝯtra dictum Henricum dicta cōuētione ⁊ pena.lxx.milium ducatorū:quia ꝙ̄uis vbi agitur de his que concernunt commodum burſe publice ſententie pro delicto lata contra vnum nocet tertio:adeo ꝙ in conſequentiam poteſt ſine nouo proceſſu vigore dicte ſententie deueniri contra tertium,qui ſe tueri non poteſt.ex eo ꝙ non fuerit ad cauſam citat⁹.l.j.C.vbi cauſe fiſca.l.quiſquis.C.ad.l.Iul.maieſta. c.cum ſecundum.de heredi.inſtit.⁊ not.per Bartol.plene in ſua diſputatione incip.Peruſine ciuitatis ſtatuto.et in.l.cum filius.in princi.ff.de verbo.oblig.⁊ per Bald.in.l.j.C.ne ſi.pro pa.⁊ in.l.fin.§.j.C.de bo.que libe.⁊ Bal.in addi.Spec.in titu. de ſenten.pro la.in.xvij.colla.et Sali.in.l.ne filius.C.ne filius pro patre.⁊ Antonius de butrio ⁊ moderni in.c.quamuis.de re iudic. ¶ Tamen in propoſito noſtro hoc allegari non poteſt:quia illud procedit quando ſententia lata eſt contra preſentem et ſe defendentem:ſed vbi lata eſt contra non comparentem ſeu ſe non defendentem:talis ſententia contra vnum lata non nocet tertio etiam in conſequentiam,quamuis alias

ſi fuiſſet

si fuisset lata contra presentē, & se defendentē, debuisset nocere tertio[a].l.qui repudiatus.§.fi.&.l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inoffi.test.l.si ideo.ff.de euic.l.preses.C.de pigno.not.Bart. in.d.l.cū filius.in fi.prin.& in.l.spe.ff.de re iud.& vbiq3 sequunt doc. ¶ Sed non potest dici quod hec secūda sententia pcedēs ex decreto principis, fuerit lata cōtra dictos de Carpo presentes, & se defendentes cum nemo fuerit citatus nemoq3 ad defensionē cōparuerit: ergo nō nocet tertio. ¶ † Nec ad hoc obstat si diceret dicta communis conclusio volens quod sententia que est lata cōtra eum qui nō erat presens & defendens nō nocet tertio limitate nisi ille cōtra quem lata est fuisset absens ex iusta & probabili causa, vt est glo. reputata singularis in.l.ij. C.de contrario iudi.tute.& not.Paul.de leaza.in commento c.fin.ad fi.de emp.& vendi.& Bal.in.c.j.si de feu.vas.ab ali.inter.fue.& in.l.fina.C.quib[9] res iudi.non nocet. quia respondeo quod id quod no.in.d.l.ij.loquit quādo ille contra quem iudicatū est, fuit citat[9] ad causam, & ad sententiā: sed propter impedimentum iuste & probabilis absentie se nō defendit, & sententia ibi iure communi valuit.l.si idcirco.C.quibus ex cau.maio. Sed in proposito nostro allegari non potest quod ex eo quod condemnati erant in carceribus.nō defenderint causam: quoniā nō fuerūt citati.nā si citati fuissent potuissent saltē per procuratorē causam defendere.l.Papinianus exuli.ff.de mmo.l. ait pretor.§.j.ff.quibus ex cau.maio.& tunc iudicat de eis, ac si nō fuissent carcerati.d.l.ait ptor.§.j. ¶ † Preterea negari potest quod ipsi carcerati debeāt haberi pro absentib[9] seu impeditis ex iusta & probabili causa, quoniam aut ex culpa eorum sunt carcerati: & tunc nō habent pro absentib[9] ex causa iusta, et probabili, imo iniusta & necessaria.d.l.Papinianus exuli.et no.in.l.fi.ff.de in integr.resti. Aut sine culpa eorum tenebantur in carceribus per prefatum dominū ducem, & non audiret princeps seu agens pro eo hoc allegans: q2 propriā turpitudinem allegaret, in qua allegāda audiendus nō esset ɔtra Henricū qui nō fuit particeps turpitudinis.l.trāsactione finita.C. de trāsac.l.si creditorib[9].C.de seruo pig.dato manu.c.inter dilectos.de dona.& plene per Bar.in.l.iusiurandū quod ex conuentione.§.procurator.ff.de iureiurā. ¶ Preterea alia est etiā ratio in casu dicte.l.ij.cū glo.quādo sentētia est lata cōtra vnū ex tutoribus absentē ex iusta & pbabili causa, vt possit ex illa sentētia cōtra cōtutores cōsequi pro rata id in quo nō pro culpa sua cōdemnatus est.& alia ratio quādo tutor fuisset iniuste ab aliquo carcerib[9] detentus: q2 hoc secūdo casu potest habere regressum ɔtra eū qui iniuste in carceribus detinuit eum, vt no.glo.in.l.ij.§.fi.in verbo retētus est.ff.si quis cautio.que non cessant in primo casu.s.qn̄ absens fuit ex iusta & probabili causa: q2 tūc nullū habet regressum contra aliū, & sic in casu nostro etiā si dicerem[9] istos fuisse iniuste detentos in carceribus, non debet dicta snīa contra eos lata facere preiudiciū tertio. ¶ Et probabilius est etiā dicere qd ipsi fuerint ex culpa sua detenti: & sic iuste: q2 nō est presumendum q princeps q est iustus eos iniuste carceratos detineret.c.in pñtia.de renūcia.c.cū inter. de re iudi.not.Cyn.in.l.rescripta.in.iij.q.C.de preci.impe.offe. & Jac.but.in.l.fi.C.si ɔtra ius vel vti.pu.& Canoniste in.c.que in ecclesiarū.de ɔstitu. ¶ Cōfirmant predicta: q2 quādo sententia valuit iure cōmuni prout valuit in casu qui legit & no.in.d. l.ij.C.de ɔtrario iudi.tute.& in casu.d.l.j.C.vbi causa fisca.cum alijs no.per Bar.in.d.l.cum filijs.fortior & potior erat sentētia quā sit in casu nostro, in quo nullo interueniēte pcessu vel citatione alicuius si dici possit eam valere ex plenitudine potestatis, valet iure speciali ɔtra ius ɔmune, sed fortiora sunt ea que valēt iure cōmuni & facilius extendunt. quā ea q valida sunt iure speciali.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testamen.mili. &.§.q2 verosimile.in aut.de nō alie.&.l.ius singulare.ff.de leg. vnde non potest argu.de his que traduntur in.l.cū filius.cum simili.que loquuntur de sentētia valida de iure cōmuni.vt extendatur ad sententiam validam de iure speciali: quia non est eadem ratio in vtroq3 casu, vt dixi. ¶ † Et pro hoc videtur tex.optim[9] in.c.sup eo.de offi.dele.ga.vbi qn̄ princeps causam inter aliquos vertentē committit cum clausula appel.remota. & sic egrediet terminos iuris cōmunis, non impeditur tertius pro interesse suo appellare a sentētia lata in dicta causa, q̄uis appellare nō possent ipsi principales litigantes cū quib[9] lata est sententia.& de quibus rescriptum loquebatur.& nota.per Bartol.in.l.j.§.j.ff.a qui.appella.non licet. ¶ Unde videmus † q si testamentū contra ius cōe velit q cōtra nōnulla instrumenta exceptiones opponi non possint, nō habet locū quo ad tertium cū quo non est factū, vt no.Bart.in.l.j.C.cōmunia de lega.& Ange.in.l.si debitori.C.si aduer.credi.& expressius no. Jo.de imo.in.l.fi.ff.a qb.appella.nō licet.in antepenult.char. in ver.aduerte tū.q2 inquātū dixit qd pōt opponi exceptio &c. & in cle.j.de re iudi. ¶ Et ideo in casibus in quibus tertius auditur ad impediēdam executionē sentētie iuxta.l.a diuo pio. §.si super.cū si.ff.de re iudi.cū ibi no.poterit ipse opponere exceptionem nullitatis, etiam contra tres snīas conformes, quāuis ipse cōtra quē late fuerunt nō posset, iuxta id qd habet in dicta cle.j.de re iudi.& ita no.Anto.Jo.de lig.& alij magis cōiter in dicta clem.j.& est de mente gloss.not.ibi in verbo contra. ¶ † Nec est putandum in pposito principem voluisse vti plenitudine potestatis ad preiudicium tertij.de quo nullā mētionem fecit.neq3 cognouit.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pup.l. impuberi.ff.de admi.tuto.& qn̄ agitur de validando actum ex plenitudine potestatis debet stricte fieri interpretatio: vt per Inno.in.c.innotuit.de electio.& Bal.in.l.ij.de commu.rerum. alie.& in.l.bonorū.C.qui admit.& Ange.in.l.bene a zenone.C. de quadriē.prescri.sic etiā fit in omni dispēsatione regulariter. c.j.de fi.presby.in.vj. ¶ Posset etiam responderi ad.l.j.C.vbi cause fisca.& ad no.in.d.l.cum simi.q loquuntur de snīa lata ex delicto circa qd versatur cōmodum burse fiscalis & publice vtilitatis, vt delicta reprimantur iuxta.l.ita vulneratus.ff.ad.l. aquil.&.l.licitatio.§.quod illicitē.ff.de publica. Sed in casu nostro loquimur de pena ad quam acta est obligatio & actio ex contractu & cōuētione partiū: tū hanc vltimam responsionem nō pono p cōstāti, saltē q2 non expedit attentis alijs responsionibus supradictis per quas, vt mihi videtur apparet allegata in contrarium nullo mō obstare. ¶ Et ideo etiam nō insisto circa ea que no.Saly.in.d.l.ij.circa princ.C.de cōtra.iudi.tute. vbi etiam vult q gl.ibi posita nō pcedat. ¶ Per predicta etiā patet non obstare id qd no.in.l.de vno quoq3.in prin.per glo. Ang.& Jo.de imo.ff.de re iudi.& Joā.de Imo.in.l.decem.ff. de verbo.oblig.† vbi sententia cōtra debitorem principalē facit in cōsequentiā preiudicium tertio nō citato ad illā causam, si talis causa directo seu principaliter non ordinabitur contra tertium: quia omissis multis que sunt in contrarium, vt patet[a] ex nota.per gloss.in.l.cum miles.§.j.in verbo facienda.ff.quib. ex cau.maio.& p Bart.in.d.l.decem.& in.d.l.cum filius.& in.l. filiusfa.§.diui.in ver.circa materiam &c.ff.de leg.j.& in.l.j.ad fi. C.de aduo.diuer.iudi.& Bal.in.l.ij.in.vj.col.C.de edē.cū simi. p que ostenditur q illud quod no.per gl.in.d.l.de vnoquoque procedit quantum ad hoc vt sententia non reddatur nulla, lz non fuerit citatus ille tertius, sed q debeat ius facere cōtra tertium non citatum nō videtur posse subsistere per preallegata, & per.l.si deserta.C.si propter publi.pēsita.&.l.a snīa.in princi. ff.de appella.inducē.vt ibi per Bar.in.ij.no.& per id quod habet in.c.inter quatuor.& in.c.fi.de maio.& obe. ¶ † Tamen illa meo iudicio est tuta responsio ad contraria, & videlicet qd posito qd al's sententia debuisset nocere tertio, si fuisset lata cōtra presentes, & se defendētes: tū qn̄ est lata cōtra se non defendētes nec vocatos dato q dici posset valere aliquo modo ɔ ipos cōdēnatos non preiudicat tertio, vt superius opportune ostēdisse puto. ¶ Et ista sufficerent pro defensionē Henrici: tū ad huc alio fundamēto potest se tueri: nā opposuit ipse exceptionem excussionis non facte contra principales in bonis eorum prout requirit anteq̄ agatur hypothecaria cōtra tertios possessores iuxta auf.hoc si debitor.C.de pig.& vertitur dubiū an debeat fieri excussio in bonis sitis in loco domicilij principaliū, si talis locus est extra iurisdictionē dicti principis sub qua est sita res ad quā agitur hypothecaria cōtra dictū Henricuz & in terminis decidit Jac.de are.q sic: quē refert Bald.in.l. fi.§.sz si cū Seio.ff.si cer.pet.vbi querit.† Pone: scholaris de Alemania studēs Perusij dedit fideiussorem: & iste scholaris in proprio domicilio est idoneus de soluendo sed Perusij vbi iudicium agitur, nihil habet.an absq3 eo q alia fiat excussio in bonis alibi sitis possit fideiussor ɔueniri? & dicit q Jac.de are.tenet fieri debere excussionem: quia vbicūq3 habeat bona dicitur esse soluendo & propterea prius dz fieri missio in bonis vbicūq3 sitis anteq̄ pueniat ad fideiussores, vel pignorū possessores.arg.l.cū vnus.§.pe.ff.de bo.autho.iudi.pos.&.l.ppe-rādū.§.sin aūt reus.C.de iudi. ¶ Sz Bal.dicit hoc dictuz debere intelligi qn̄ facilis est exactio: q2 nō diceret re[9] idoneus propter difficultatē cōueniēdi.arg.l.ij.in prin.ff.q satisda.cog. absurduz eñ esset q actor cogeretur peregrinare.l.sz & he.§.ij. ff.de procu.p hoc etiā alleg.id qd no in.l.fi.C.de prin.agen.in rebus.lib.xij.& in.§.suscepto.i auf.de exhibē.reis. ¶ Benefacit etiā id qd no.Barto.in.l.sciendu3.§.j.ff.qui satisda.cogan.& Ang.in.d.l.sciēdū.in fi.prin.& nō poterit dici q hoc casu cogatur peregrinare actor cū bona sint in territorio cōfināte cuz iurisdictione dicti principis: & sic possit dici locus vicinus[b] iuxta id q legit & no.i.l.iiij.§.sitam viciñū.ff.de dā.infec.& no.i.c.felicis.in gl.in vbo vicinaruz.de penis.in.vj.& per Inno.in.c.calumniā.de penis.& Bal.in.l.si vicinis.C.de nup. ¶ Item nō

a ¶ Tertio.Anto. de but.ɔsi.v.rom. ɔs.cliij.math.sin. xxv.panor.consi. lxvj.libro.ij.deci. consi.ccccxlv.col. vij.lancel.deci.l.si tertius [illegible].§.j. not.ff.de legat. Mar.sing.iiij.l.in fans.ff.ad legem [illegible] fica.in [illegible] de proba.fo. xxvij. Alcia. de presump.regu.iij. presump.xxij.

b ¶ Vicinus, idez deci.l.fi.i prin.nu. xxvj.si cer.pet. [illegible]

potest dici difficilis ꝑpter potentiā aduersariorum in loco illo: qꝛ imo aduersarij ibi fere nihil possunt, cū autē sint exititij aut carcerati, ⁊ illi qui presunt loco ⁊ iurisdictioni sunt cōfederati cum dicto principe, ⁊ loca cōfederata cēsent̄ vnū corpus adeo ꝙ ratione ꝯfederationis tribuit̄ iurisdictio, que alias nō competeret, vt probat̄ per tex. reputatum singularē l. l. nō dubito. in fi. ff. de capti. ⁊ ex facti cōtingentia alias potuit nō denegari sibi iustitiam in dicto territorio Carpi, etiā tempore quo isti nunc damnati preerant loco quādo magis arbitrādum est in presentiarum faciliorem ⁊ magis paratam sibi esse exactionē. attento quod longe potentior est prefatus princeps. ꝙ sint illi sub quorum ditione prefatum territorium Carpi in presentiarum retinetur. Ex quibus concludo ius agendi cōtra dictum Henricum non competere. Alexan.

## Epitome.

¶ Quod solutio simpliciter facta cedat in antiquis debitum non habet locum quādo numeratio scribitur tanꝗ creditum: quia tunc licet debitori cōpensare in quam causam velit. h. d.

## Consilium. LXXXV.

Ponderatis narratis visa copia libri in quo solutiones de quibus fit mentio videretur prima consideratione dicendum dictas quātitates pecuniarum dictis officialib⁹ numeratas anno. M. cccclxxv. M. cccclxxvj. ꝑ dictum emptorem seu conductorem datij cedere debere iuris interpretationi in causam debiti prioris, scilicet anni. M. cccclxxiij. ⁊ anni. M. cccclxxiiij. et consequenter cedere ad cōmodum illorū fideiussorū dicti Jo. Francisci, que intercesserunt pro debito quod erat soluendum de dictis annis. M. cccclxxiij. ⁊ M. cccclxxiiij. † qꝛ vbicunqꝫ [1] quis est debitor ex pluribus ⁊ diuersis causis in quantitate, ⁊ simpliciter soluat aliquam quātitatem, ⁊ neqꝫ per debitorem, neqꝫ per creditorem exprimatur in quā causam cedere intendāt dictā quantitatē, intelligitur ꝙ cedat in causam antiquioris debiti, si vna causa debiti nō erat grauior altera alio respectu ꝙ maioritatis summe. Ita probatur in. l. in his. in princi. l. vbi fideiussor. l. si ex plurib⁹. ff. si. l. cum ex pluribus. la prima. in prin. ⁊ ꝟ. fin. ⁊ l. creditor. ꝟ. Ualerius. cū glo. ff. de solutioni. iuncta. l. si duab⁹. ff. de regu. iuris, ⁊ notat̄ in. l. j. C. de solutioni. et per Spe. de loca. ꝟ. nunc aliqua. ꝟ. xxix. vel. xxviij. ⁊ plene declarat Bar. in. l. cum ex pluribus. vltima. ff. de solu. ¶ Sed ita est qꝺ dictus Joan. fran. erat debitor ex dictis varijs causis, ⁊ pro quolibet debito vniuscuiusqꝫ anni dederat fideiussores, et soluit singulis certā partem debiti, sed nō integram. ⁊ nō fuit expressum in quam causaꝫ cederet: ergo debet intelligi totum cedere in debitū antiquius. ¶ Tamen premissis non obst. contrariam sententiā in casu proposito puto veriorem. nam patet [2] ex inspectione dicti libri officialis publici, † cui fides adhibetur iuxta. l. quedam. ꝟ. nummularios. cum ibi nota. ꝑ Bar. ⁊ l. argētarius. in princi. ff. de eden. in auꝫ. ad hec. C. de fide instru. c. ad audientiam. de prescri. quod quolibet anno incipiendo de anno. M. cccclxxiij. dictus Joan. fran. describebatur debitor camere in summa ad quam ascendebat obligatio illius anni, ⁊ ex opposito illius scripture idem Joan. fran. describebat̄ creditor camere omnium ꝗtitatū, quas ipse numerabat vel numerari faciebat camere predicte quolibet anno: et ita singulo anno fiebat noua et specialis scriptura debiti illius anni, ⁊ ex opposito eiusdē scripture describebat̄ etiā ipse pro creditore camere de omnib⁹ que numerabat vel numerari faciebat camere predicte. ⁊ ideo hoc casu tractamus de cōpēsatione. ⁊ est [3] in potestate debitoris velle cōpensare in quā causam vult. † qꝛ compensatio regulariter nō fit ipso iure in vnā causam magis quam in aliam: sed fit debitore opponente seu allegāte, ⁊ sic fit in illam causam in quam elegit se velle compensare. l. si quid. et ibi no. in. l. quod Labeo. ff. de compensa. ⁊ plene no. in. l. si constat. C. de compensa. nec tunc habēt locum ea que tradunt̄ in iuribus in cōtrariū allegatis, q̄ loquunt̄ non in cōpensatione, sed in solutione debiti simpliciter facta, vt per Barto. in. l. cum ex pluribus. vltima in fine. ¶ Et hoc expressius voluit Joan. de Jmo. in. l. j. in vltima col. ff. de solu. ⁊ in. d. l. cum ex plurib⁹. la. j. eo. titu. vbi dicit quod iste casus cōpensationis plus videtur hodie practicari, quam alius casus scilicet de illo qui simpliciter soluit de quo loquuntur iura in contrarium allegata: quia mercatores scribunt in libris suis ea que debēt habere, et ex aduerso scribunt illud quod debent dare, ⁊ nunquā scribūt eis aliquid fuisse solutum animo dissoluēdi obligationem, qua debitor sibi tenetur. ⁊ ideo est locus cōpensationis, ex quo est debitum introductum hincinde iuxta tenorē librorū suorum vnde tunc est in potestate debitoris in quā causam velit compensare illud qꝺ est scriptū sibi deberi non autē est in potestate mercatoris in quā causam velit illud cedere, nec tūc habent locū iura dicētia ꝙ quātitas simpliciter soluta cedit in causam duriorem, vel antiquiorē. ⁊ ideo infert ꝙ vtilius est debitori ꝙ mercator recipiens ab ipso debitore pecuniam scribat illam pro creditore, quam si scriberet ipsum soluisse sibi pecuniam illam: qꝛ quando scribitur pro creditore, poterit cōpensare in debitum minus antiquum si sibi debitori placuerit. ⁊ ita firmat ipse in dicta. l. j. ff. de solu. vbi dicit hāc esse quotidianā questionem. ⁊ ipsemet etiam in. d. l. cū ex pluribus. la prima. reassumit idē. ⁊ ibi subdit, ꝙ licet videat̄ de mēte debitoris esset ꝙ illud quod ipse numerat creditori, cedat loco solutionis eius qꝺ est ex aduerso oppositum: tamen videtur sibi de iure verius esse ꝙ sit locus cōpensationis per predicta, de quo dicit se plenius tetigisse in. d. l. j. ff. de solu. vbi hoc firmat. ¶ Et si diceretur ꝙ sequeretur si est descriptus pro creditore pecunie, quam numerauit creditori: ⁊ si non intelligat̄ numerasse causa dissoluendi debitum ꝙ talis numeratio esset sine causa: quia respondeo ꝙ per hoc non sequitur quod numerans non debeat iudicari creditor: nā tunc sequeret̄ ꝙ pecunia esset apud camerā sine causa, ⁊ teneretur ad illam restituendā numeranti. l. j. ⁊ l. nihil. ff. de condi. sine causa. l. nunquā nuda. ff. de acquir. rerum do. Cū igitur dictus Joā. fran. velit summas ⁊ pecunias numeratas de anno. M. cccclxxv. ⁊ de anno. M. cccclxxvj. compensare in id quod debebat camere ꝑ noua conditione datij facta pro dictis annis. M. cccclxxv. M. cccclxxvj. debet extinguere illud [4] debitum, ⁊ nō dicitur cessisse in debitū antiquius. ¶ † Et tanto magis hec procederent si debitum quo tenebatur di. Joā. Fran. in dictis duob⁹ vltimis annis erat penale: quia ne com[a]mitteretur pena [a] fiet compensatio ipso iure, vt no. gloss. ⁊ doc. in. d. l. si constat. nō autem illa quātitas eodem respectu venisset compensata, in id quod debebat pro primis duob⁹ annis: quia etiam si illa debita duorum priorū annorū fuissent penalia: tamen quia tempore quo numerabantur pecunie de anno M. cccclxxv. ⁊ M. cccclxxvj. fuisset iam cōmissa pena ratione more pro debito illorū duorū annorum, scꝫ anni. M. cccclxxiij. ⁊ M. cccclxxiiij. ideo cōpensatio nō poterat operari ad faciendum ꝙ pena non committeretur ꝑ debito nō soluto de anno M. cccclxxiij. ⁊ M. cccclxxiiij. cum iā esset cōmissa si debitum erat penale, sed compensatio poterat operari circa debitū anni. M. cccclxxv. ⁊ M. cccclxxvj. si nondum cōmissa erat pena, posito qꝺ aliqua ꝓmissa fuisset. Dato etiam ꝙ debitum non esset penale, adhuc est locus cōpensationi per id quod dixi. s. ¶ Confirmantur predicta ꝑ id quod not. Barto. in. d. l. credi[5]tor. ꝟ. pe. ff. de solu. vbi dixit † ꝙ ex libro ⁊ scriptura recipientis solutionem probatur in quā causam ipse receperit si aliud non appareat: sed est ita ꝙ ex ordine scripture dicti libri apparet ꝙ pecunie, que recipiebantur singulo anno per cameram a dicto Joan. fran. vel ab alijs pro eo recipiebātur pro debito qꝺ currebat illo anno: qꝛ ex opposito debiti illius anni describebant̄, illa enim ꝯglutinatio rationum debiti ⁊ crediti anni. M. cccclxxv. ostendit quod recipiēs habebat illa velut adinuicem coniūcta, ⁊ quorum vnum accederet alteri, ⁊ ita de singulis annis l. predijs. ꝟ. Titio. ⁊ ꝟ. balneas. ff. de leg. iij. ⁊ l. cum de lanionis. ꝟ. asinam. ibi, quibuscūqꝫ proxima copulata procedūt ⁊c. ff. de fun. instru. lega. ⁊ cum illa q̄ soluebant̄ de anno. M. cccclxxv. ponatur sub vna ⁊ eadem ratione que est scꝫ dati ⁊ accepti. l. si quis ex argentarijs. ꝟ. rationem. ff. de eden. apparet ꝙ illa sunt adinuicem ꝯnexa ⁊ ꝑpterea iudicāda vt de vno corpe ab alijs parato, ⁊ sic de singulis. de illis enim q̄ connexa sunt iudicamus ꝑut de vno corpore. c. ij. requiris. de appel. l. Publia. ꝟ. fi. ff. depo. ⁊ quod de hoc in varijs locis tradunt docto. maxime Bald. in rubri. C. de fi. instru. in. xvij. col. in versi. sequitur videre de scripturis sociorum. ¶ Hec tanto magis ꝓcederent si ꝓbaretur ꝙ consuetudo esset ꝙ illa que soluuntur per conductores datiorum singulo anno poni cōsueuerunt ad rationem illius anni quod facile fortasse cōstabit ex inspectione librorū: vnde tunc intelligeret̄ in dubio solutum esse, vt ponat̄ ꝑ causa debiti illius anni. l. excepto. C. loca. l. dñi pdiorum. C. de agri. et censi. lib. xj. l. fi. in fi. C. de fideius. l. qꝺ si nolit. ꝟ. qui assidua. ff. de edi. edic. ⁊ per hec apparet pluribus modis esse responsum ad allegata in cōtrarium: ⁊ hec pars nedum iuribus. s. allegatis probari videtur, verum etiam non mediocri equitate habito respectu ad causam fideiussorum anni. M. cccclxxv. ⁊ sequentis. Alex. Jmolensis.

¶ Casus.

**Casus.** Catharina decessit relicto Frãcisco viro suo: ⁊ ex communi thoro quinque filijs ⁊ vna filia nomine Cornelia, deinde successiue quatuor ex dictis filijs, sine liberis decesserũt. Postea decessit vltimus dictorũ filiorum relictis liberis ⁊ dicta Cornelia sorore vtrinq; coniuncta ⁊ d. Francisco patre cõmuni. nouissime decessit. d. Franciscus relictis quibusdam heredibus inter quos ex vna parte ⁊ d. Corneliam ⁊ nepotes ex fratre suo ex alia. lis est de successione dictorum quatuor filiorum qui sine liberis decesserunt. Status est quomodo hereditas non adita transmittatur.

# Consilium.LXXXVI.

Viso ac diligenter considerato dicto themate ⁊ ꝯtentis in eo de iure satis clara est cõsultatio hec. sed difficultas sola dependet in puncto ad me, in vltimo eius casu trãsmisso, vt patebit ex infra dicẽdis. ¶ Ideo breuibus ⁊ paucis agam iuxta. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de ap. ⁊ l. fin. ff. de preci. impe. offe.

1 ¶ † Presupposito ꝑmo, qꝫ indubitati iuris est, videlicet successionẽ dicte dñe Catharine tam in bonis dotalib⁹, q̃ vndique ꝓuenientib⁹ delatã fuisse de iure dictis eius filijs sex legitimis, ⁊ naturalib⁹ viriliter pro rata. C. de bo. que libe. l. qꝫ scitis. l. quecunq;. ff. ad tertyl. tñ hodie per leges nouissimas oĩs sexus differẽtia penitus sublata sit, vt in auť. de here. abintest. §. si qs ergo. col. ix. ⁊ C. de libe. ꝓtere. l. maximũ vitiũ. ¶ Successiue est videndũ ad quẽ spectet successio dictorũ quatuor filiorũ premortuorũ. et certũ est omisso qꝫ statutũ fuerit de iure cõmuni fforũ. ⁊ C. qꝫ hodie de iure nouissimo filiusfa. in omnibus heredẽ habet. in auť. de here. abintest. §. igiť defunct⁹. ⁊ in casu ꝓposito ad hereditatẽ filij, vocanť pariter ser Fran. ⁊ fratres vtrinq; coniuncti equa lance, vt quilibet pro virili admittatur attento numero personarũ: vt est hodie ꝓuisum. in auth. defuncto. C. ad tertyl. sumpta ex cor. de here. abintest. §. si vero cũ ascẽdẽtib⁹. ⁊ in auť. vt fratrũ filij. circa prin. col. ix. ¶ Unde in ꝓposito decedente primo filio relictis ser Fran. ⁊ quinque fratrib⁹ ad ser Frãciscũ delata fuit. vj. pars hereditatis defuncti, ⁊ alijs cõfratrib⁹ vt quilibet eorũ aliã sextã partẽ, ⁊ successiue mortuo secundo filio debebatur patri quinta pars totius hr̃ditatis, residuũ pro rata relictis fratrib⁹, ⁊ similiter mortuo tertio filio, ad patrem spectabit quarta pars hereditatis sue, et ad ꝯfratres id qꝫ supererat ꝓ rata postremo defuncto quarto filio tertia pars hereditatis ad patrem deuoluta est tantundẽ cuilibet ex fratribus superstitib⁹. ⁊ sic ad ser Fran. deuoluebatur ad summam saluo iure verioris calculi tertia pars hereditatis spectantis ad dictos quatuor filios decedentes sine liberis. Alia tertia pars deuoluebatur ad Corneliam, ⁊ vltima tertia ad nepotes Cornelie ex fratre premortuo succedentes in locum patris sui. auť. cessante. C. de legi. her. ⁊ insti. de heredi. abintest. §. cum filius. ⁊ d. auť. vt fratrum filij. in ꝑn. ¶ Et predicta indistincte vera essent, si dicti filij hereditatẽ matris adiuissent, si mortuo primo filio ser Franc. ⁊ alij quatuor fratres q postea decesserunt agnouissent, ⁊ adiuissent partẽ hereditatis eis tangentem de hereditate ꝑmortui. ⁊ sic cõsequẽter mortuo scdo filio pr̃ ⁊ alij duo confratres, ⁊ postea vita defuncti sunt acceptassent ⁊ agnouissent ratã eis tãgentẽ in bonis defuncti. ¶ Nec min⁹ iuris dico si mortuo quarto filio et ei⁹ fili⁹, q post ea defunctus est, debitã eius portionẽ de hereditate defuncti similiter agnouisset, siue cũ expressa siue cum tacita aditiõe ex

a persona eorum siue vigore iuris deliberandi transmissi[a] ꝑ defunctos, vt postea supstites, cuius iuris deliberãdi natura hec est, vt si ille qui ad hereditatẽ aliquam admittiť sciuit sibi hereditatem esse delatã, ⁊ intra annũ sciẽtie delate hereditatis decesserit anteq̃ hereditatẽ sibi delatã agnouerit heres ex ꝑsona defuncti, possit deliberare, an adire velit necne vt intra dictum annum adire possit hereditatẽ nõ aditam per defunctũ. C. de iur. delib. l. cũ antiquioribus. ⁊ plene per Bar. in. l. qui duos. ff. de reb. dubijs.

2 ¶ † Idem iuris esset si heredes illoꝝ qui decesserant hereditate nõ adita, illã adiuissent vel adirent ex beneficio restitutionis in integrum[b] sibi concesse, vel concedẽde

b ex ꝑsona defuncti, qui vel fuissent minor. xxv. annis, vel impeditus propter iustam absentiã, ⁊ mortem, vel ob aliã iustã causam adire nõ potuisset. ff. de resti. in integr. l. nõ solũ. ff. de acquiren. here. l. Pantonius. ⁊ ibi firmat Jacob. de are. ⁊ Barto. et Jacob. de but. in. l. j. C. de in integr. resti. mi. ⁊ ibi Bal. ⁊ latius per Bar. in. d. l. qui duos. ⁊ in. l. si infanti. C. de iur. delib. ⁊ Jo. an. in. c. in presentia. de renũ. Consuluit Bart. cõsi. clxxviij. incip. perusinus. ¶ Alias aũt si nõ ꝓbareť dictã hereditatẽ dictorũ quatuor filiorũ fuisse agnitã, ⁊ aditã per dictũ ser Fran. ⁊ cõfratres, itẽ nec hr̃ditatẽ dicte. d. Catharine ꝓbareť agnitã fuisse per dictos eius sex filios, vt dixi. certe de iure, dicti filij quatuor primo decedẽtes nõ potuerunt trãsmittere ad hr̃des suos, nec eorũ descendentes hereditatẽ matris neq; cõfratrũ, vt est text. C. ad Orfi. l. ij. ⁊ l. iij. C. de iure delibe. not. in. l. j. C. de his qui ante aper. tab. ⁊ ff. de acqui. here. l. ventre.

3 ¶ † Modo nec Franciscus trãsmittere potuit ad heredes suos, etiã si filij suprascripti essent hr̃des in eius testamẽto portiones sibi deuolutas in hereditatem filiorum, per regulam. l. j. §. in nouissimo. de cadu. tollen. ⁊ alijs iuribus. s̃. allegatis, vbi plene not. vnde necessario hereditas quatuor filiorũ premortuorum integra ⁊ pleno iure deuolueť ad Corneliã ⁊ nepotes ꝑ ius accrescendi, eo casu quo intẽdant ipsi adire ⁊ agnoscere partẽ hereditatis, que sibi obuenerũt de bonis maternis. d. l. ij. C. ad Orfi. l. j. C. quãdo nõ pet. par. ⁊ d. §. in nouissimo. Et hoc si non lapsi sunt anni. xxx. a tempore mortis dicte Catharine citra cũ tanto tẽpore duret ius accrescẽdi, iuxta ea que habentur in. l. licet. C. de iure delibe. ⁊ in. l. quãdiu. de acqui. here. ⁊ doc. ff. de cõdi. ex causa. l. vnica. cũ ꝯcor. ¶ Non omitto tñ q̃ si dicti quatuor filij vel aliquis eorũ decessisset in etate infantili seu minore. vij. annis, q̃ illo casu transmisisset hereditatem maternam ⁊ fraternã, etiã nõ aditã ad patrẽ, scilicet ser Frãciscũ: quo casu si ser Franciscus adiuisset illa aditio proficisset etiã fratrib⁹ aliter nõ adeuntibus hereditatẽ fratris sui infantis mortui, non dico matris, adeo q̃ mortuo postea ser Francisco ipse ser Frãciscus trãsmisisset ad heredes suos portionem sibi deuolutam[a] ex hereditate dicti infantis: ⁊ similiter alij fratres trãsmisissent ad heredes suos portionẽ sibi delatam ex hereditate infantis predicti mortui, que portiones ⁊ quote quãtum esset pro quotis tangentib⁹ ser Fran. ⁊ fratrib⁹ de hereditate dicti infantis vel infantium, nõ accrescerent per ius accrescendi dicte Cornelie in totum, nisi quantum esset pro rata sua supra deducta: ita patet aperte. C. de iure delibe. l. si infanti. ⁊ licet Barto. in hoc nõ decidat: tamẽ sub dubio reliquit. cogitan. tamen ipse idem Barto. ⁊ doc. hoc firmant in. d. l. ventre. si vero per dictum ser Franciscũ non fuisset adita hereditas alicuius ex ipsis infantibus: tunc accresceret in totum hereditates dictorũ quatuor filiorũ prefate Cornelie adeunti, vt dixi. s̃. subdo tñ q̃ eo casu quo essent anni. xxx. decursi a tempore mortis domine Catharine citra, q̃ dicti filij premortui vel aliqui ipsorum adiuerunt hereditatẽ matris, ⁊ similiter ser Fran. mortuis dictis eius filijs agnouerit partem sibi tangentẽ hereditatẽ filiorum decedentiũ, tunc omnis hereditas filiorũ sibi ser Fran. accreuit per ius accrescendi alijs confratribus nõ adeuntibus hereditatẽ fratrũ descendentiũ. d. §. in nouissimo. cum simili. si vero dicti filij nõ agnouerint hereditatẽ matris, tunc si vnus vel plures decesserũt in minori etate. vij. annorũ, eo casu ad patrẽ transmisit[b] talis infans hereditatẽ mr̃is, etiã nõ aditã: vnde si pater postea hereditatẽ sibi per infantẽ delatã agnouit, talis aditio operabiť etiã in fauorẽ confratrũ superstitũ: perinde ac si ipsi adiuissent hereditatẽ dicti infantis, probatur in. d. l. si infans. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ clarius in. d. l. ventre.

4 ¶ † Et huius aditionis ⁊ agnitionis patris erit effectus, q̃ omnibus portio hr̃ditatis dñe Catharine nõ adita per filios, accreuisset ser Fran. ⁊ cõfratrib⁹ superstitib⁹ pro rata equa lance inspecto numero personarũ, vigore iure, accrescendi suũ effectũ operantium ipso iure absq; noua aditione, vt not. in. l. sed cum patrono. de bo. pos. ⁊ in. d. l. j. C. qñ nõ pet. eo quia tale ius accrescendi vna cum iure adeũdi predicto per ipsum infantẽ trãsmittebať ad ei⁹ hr̃des scilicet patrẽ ⁊ cõfratres. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. hec scriptura. §. j. ⁊ C. de cadu. tol. l. j. §. his ita. ⁊ ff. de acqui. heredi. l. qui patri. ¶ Ex his breuiter cõcludo q̃ si cõstat fuisse agnitã hereditatem dñe Catharine per dictos eius sex filios, altero ex modis de quib⁹. s̃. dixi, ⁊ postea mortuis dictis filijs supfuisse aditaꝫ hr̃ditatẽ ꝑ dictũ ser Frã. ⁊ alios fratres succedẽtes q̃ tũc heredes ser Fran. admittunť ad tertiã partẽ totius hereditatis dictorũ quatuor filiorũ, ⁊ alia tertia pars deferť Cornelie: ⁊ vltima tertia nepotibus ipsius Cornelie. Si vero non cõstaret dictas hr̃ditates aditas fuisse per dictos quatuor filios, ⁊ ꝑ ser Frãc. tũc necessario omnis hr̃ditas dictorũ filiorũ premortuorũ pleno iure deferreť Cornelie, eo casu quo ipsa adiuisset vel nũc adire vellet portiõe hr̃ditatis sibi tãgẽtis sibi de bonis maternis, dũmodo nõ sint elapsi anni. xxx. a tpe mortis dñe Catharine. ⁊ hoc si dicti quatuor filij decessissent maiores. vij. annis sec⁹ si minores: quo casu si ser Fran. adiuisset talẽ hr̃ditatẽ sibi obuenientẽ ex persona talis infantis, ista aditio prodesset cõfratribus vt partẽ eis tangentẽ ex hereditate dicti infantis ⁊ nõ aditã trãsmisissent ad heredes suos, videlicet ad ser Frã. ⁊ confratres pro rata, vt latius. s̃. deductũ est. Alex. de Jmol.

a ¶ Transmissi. ad de Alex. Jas. i. d. l. si ĩfanti. l. cũ antiquioribus. C. de iure delib. l. si emãcipati. C. de colla. Benedic. ĩ rep. c. Ray. versic. mortuo itaq; testatore. C. de test. sꝫ he difficultates cessant apud nos et in locis vbi de cõsuetudine vel statuto possesso defuncti in heredeꝫ ipso iure cõtinuatur [illegible]

b ¶ Integrũ. idẽ s̃. lib. j. cõsi. cc. nu. x. Alex. Ja. d. l. si infanti. Benedic. ĩ repe. c. Ray. ꝟ. mortuo itaq; testatore. ꝯs. clxxix. cũ seq. de test. limitat Alex. ĩ. li. vij. cõs. clxviij. co. si. nume. xx.

## Epitome.

¶ Primum testamentum annullatur per secundum etiam si ex secundo non adeatur hereditas.

## Consilium. LXXXVII.

IN causa mota per Angelum Simonē ɔtra dñas Gasparinā, Mariam, ꝛ dominā Orsolinā quondā Simonis de nichio. 1 ¶ Viso titulo questionis ꝛc.† Dico ex pluribus dictum Simonem angelū obtinere non posse primo: qꝛ agit tanꝗ heres dñi Joānis de nichio ex primo testamēto dicti Joānis: sed ꝑ secūdū testamentū in quo dictus testator instituit. d. Catharinam eius testatoris matrē, tollitur primū. l. si quis priore. ff. ad Trebe. insti. quib. mo. test. infir. §. posteriore. ergo obtinere non potest. ¶ Nec ad hoc obstat si dicatis ꝙ dictū testamētū secūdum in quo dicta Catharina fuit instituta, nō tenuerit: qꝛ dictus Simon ante legitimatus fuit in eo preterit⁹: ergo non potuit nō tollere primū. l. si fili⁹ q in pote. ff. de libe. ꝛ posth. l. si iu- 2 re. de le. iij.† Quia rñdeo ꝙ ad hoc vt secūdum testm̄ tollat primum, satis est ꝙ inspecto tpe cōditi testamēti secūdi ipsum secūdū testamentū tale fuit ꝙ aliquo casu cōtingere potuerit ex eo tpe posse adiri hr̄ditatē, lꝫ hoc postea nō cōtingat. l. cū in secūdo. de inius. test. l. pater filio. ff. de here. insti. sed ita est ꝙ inspecto eo tpe testamēti, scd̄m valebat: eo qꝛ asserta legitimatio facta de filio ꝑdicto. s. Simone Angel. nō valebat: eo qꝛ fuerat legitimat⁹ sine licētia principis, ꝛ ex decreto principis talis legitimatio facta nō tenet, tanꝗ facta cōtra ꝓhibitionē dicti decreti. ꝑ quā intelligit act⁹ annullari, dato etiā ꝙ nō exprimeṫ. 3 l. non dubiū. C. de leg. l. cū lex. C. de fideius. ¶ † Nec etiā obstat qd̄ in decreto alia pena imponaṫ comiti legitimāti: tū act⁹ est nullus qū de mēte legis ita volētis apparet. l. j. C. de sepul. vio. l. iubem⁹ nulli. C. de sac. sanc. eccle. Quod aūt ita fuerit de mēte dicti decreti patet: qꝛ in dicto decreto declarat dictas legitimationes in casu certo factas sine licētia prefati ducis infringi exceptis declaratis ex regula. l. nam qd̄ liqde. §. fin. ff. de pe. leg. not. Bal. in. c. j. de cap. qui curiā ven. in. viij. col. in versi. idē Oldra. querit. ꝛ Jo. de Jmo. in. l. filio preterito. in. xviij. col. de iniu. testa. vbi ad hoc allegaṫ dict⁹. §. si. quē dicit non esse alibi. ¶ Nec obstat si dicatis ꝙ legitimationis ɔfirmatio subsecuta post mortē dicti Joānis, trahaṫ retro ad tēp⁹ ɔditi testamēti: qꝛ plurib⁹ modis posset rñde. sed qꝛ illa est dubitata clausula clara Respondeo. s. ꝙ hoc nō facit ꝙ primū testm̄ nō sit sublatum per secundū: qꝛ satis est qd̄ aliquo casu ɔtingere potuisset quod ex secūdo testamento potuisset adiri hereditatis, ad hoc vt per secundū tollatur primū. d. l. patri filio. sed si dicta confirmatio legitimationis facta nō fuisset prout poterat ɔtingere: certū est qd̄ ex secūdo testamento potuisset adiri hereditas: ergo ꝛc. ideo alia rñsio nō videṫ necessaria ad dictā confirmationem legitimationis ꝗ cōfirmatio etiā nō videṫ valere quo ad preiudiciū dicte dñe Catharine, que iam hereditatē apprehen- 4 derat.† et sic in preiudiciū tertij, cui iuri ratio intelligiṫ principem voluisse derogare. c. sup eo. de offi. dele. l. ij. §. sed qd̄ paterna pie. ff. ne quid in loco publico. ꝛ in ꝓposito not. Bart. in. l. j. §. filius. in fin. ff. ad Tertyl. per no. in. l. gallus. §. ꝛ qd si tm̄. ff. de lib. ꝛ posthu. ꝛ no. Bal. in. c. dño guerrā. in tit. hic finiṫ. l. corra. in. l. ij. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ in. l. ꝗꝙ. in versi. quero vtrū legitime. C. de fideicō. in auf. ingressi. in fi. C. de sacrosan. eccle. in. l. ij. ꝛ in. viij. col. C. de preci. impe. offe. Joan. andr. in addi. Spec. in tit. de succes. ab intest. §. j. versi. per primā. q. et Hosti. in summa qui filij sint legi. in prin. in pe. col. cū si. ¶ Et ita in alio decreto principis expresse est cautū, scilicet ꝙ nō intelligiṫ per aliquā suam cōcessionē esse sublatū ius quesitū alteri, nisi in concessio- 5 ne sit adiecta specialis clausula,† non obstante ꝙ alteri sit ius quesitū. ista clausula nō est adiecta in dicta confirmatione, nec est equipollens, nec sufficit gn̄alis clausula nō obstante. vt. l. si quis. in prin. testamēti. de lega. iij. no. glo. in. l. j. ꝛ ibi Bal. C. de peti. bo. subla. lib. x. in. l. oēs. de aqueduc. lib. xj. not. Bal. in. l. si. C. si cōtra vti. pub. Ant. de but. Jo. de imo. in. c. nōnulli. de rescrip. cū si. ¶ Et saltem cū nō fuerit facta dicta cōcessio citata. d. Catharina, vt requiritur per id qd̄ habetur in. l. penul. de nata. restit. Bar. in. l. nam ita diuus. ff. de adop. not. per Bart. in d. §. ꝛ quid si tantum, in. l. ij. C. de temp. ap. Hosti. ꝛ alij in. c. cuꝫ olim. de re iudi. in. c. per venerabilem. qui filij sint leg. no. Bald. in. l. si. C. quibus res iudi. non nocet per eundem. in princi. §. in vj. col. vnde. l. j. in penulti. col. de inoffici. do. etiam per docto. maxime do. Cardi. ꝛ Joan. de Jmo. in. c. nisi cū pridem. §. per sone. de renū. cū suis concor. Respondendo alias capi. dico ꝙ etiam si sm̄ testamētum fuisset nullum ratione preteriti filij eo 6 quod legitimatio a principio valuisset:† tamen fuit sublatum precedens testamentum propter consuetam clausulam codicillarem, quā existimo fuisse appositam in dicto secundo testamēto. nā in hoc casu cum tēpore dicti secūdi testamenti per talem clausulā videatur velle, qd̄ si testm̄ non valeret, testamenti heredes veniētes ab intestato habeāt hr̄ditatem ꝛ adimpleat contenta in ipso testamento inualido, iuxta. l. ex ea. §. j. cum ibi no. ff. de testa. ibi Barto. quia per ipsam clausulam tollitur primum testamentum, vt not. Barto. in. l. si iure. in fin. ff. de le. ij. ¶ Et licet Bart. dicat ꝙ tollitur primum testm̄ adita hereditate per veniētes ab intestato: tamē in hoc cōmuniter teneṫ ꝙ 7 non requiratur aditio:† qꝛ ad hoc vt primū testm̄ tollatur per sequens, non est necesse ꝙ ex sequēti voluntate adeaṫ actu hereditas. Sed satis est ꝙ cōtingere potuerit qd̄ potuerit adiri, vt in. d. l. pater filio. cum simi. ꝛ ita in proposito no. Bal. Ang. ꝛ Jmo. Rapha. cu. in. l. sed si sub cōditione. §. si. ff. de here. insti. ꝛ Rapha. cu. in repe. l. si filius qui in po. in. xxvj. col. ff. de lib. ꝛ posthu. Pau. de ca. in. l. sancimus. C. de testi. ¶ Et cōstat esse 8 de iure verum,† quod rupto testamento ex causa preteritiōis filij iam nati, vel nasciturі, clausula codicillaris operaṫ effectū suū sm̄ magis cōmunem opin. l. generaliter. §. ex testō. ff. de fideicō. liber. l. si quis cū nullum. ff. de iure codicil. etiam si fuisset ignorāter preteritus, vt plene ꝑ docto. in authen. ex causa. C. de codicillis. i. l. j. C. de iure codicil. i. l. filio ꝑterito. ff. de iniusto testa. Oldra. in consilio. clix. incipiente. super. j. q. ꝛc. Spec. in titu. de instru. edi. §. compendiose. versi. item vide. ꝛ Salyce. Pau. de cas. in. l. j. de post. here. insti. Joā. de Jmo. in. l. q filiabus. in prin. de leg. j. vbi pōderat Barto. in hoc sensisse. ita secutus sum legendo. d. auf. ex causa. ꝛ respōdeo ibi ad ea que ꝑ nonnullos adducuntur in contrariū, quod hic nō examino, qꝛ non video oportere, ꝛ quatenus pertinet ad istum articulum refero me ad id quod cōcludo in. d. auf. ex causa. ibi istam par- a tem tanquam veram ꝛ magis communem approbaui. a ꝛ ista sufficiant ad exclusionem dicti agentis. ¶ Sed alia insuper ratione ostenditur eum obtinere non posse. nam ipse videtur suam petitionem fundare in possessorio recuperande, quia dicit ꝙ ex forma decreti ducalis possessio defuncti etiā actualiter nō apprehēsa, intelligiṫ cōtinuata in ipsum Ang. Simonē heredem: et ideo petit se ad illā possessionem restitui et redintegrari. ¶ Sed talis ficta possessio non parit remedium recuperande, vt decidit Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertul. circa 9 medium. vbi dixit† ꝙ ficta possessio continuata non parit re- b medium possessorium recuperāde b cū pariat adipiscēde. iuxta l. j. C. quorum bonorum. ꝛ sequitur hoc etiā Bald. in. l. j. in fi. C. de appel. alibi de ista cōtinuatione ꝛ ficta possessione: multa dicunt Bald. et alij scribentes. sed quo ad propositum videtur Bal. aperte loqui in. d. authen. defuncto. ¶ Et preterea ꝛ fortius virtute dicti decreti possessio fuit continuata in dictā dominam Catharinam, que post tēpus mortis dicti dñi Joānis fuit heres dicti dñi Joānis, virtute dicti testamēti vltimi, stante tunc defectu legitimationis: ꝛ sic cū possessio legitime esset 10 translata in eam,† fuerūt verificata verba statuti. vnde posito ꝙ aliquo modo contigisset ꝙ dña Catharina postea desijsset esse heres, ꝛ fuisset de nouo hr̄ditas dicti dñi Joānis trāslata in dictū Angelum Simonem, nō potest dici ꝙ nūc dictū decretū auferat possessionē dicte Catharine, vel eius heredibus, ꝛ eam transferat in dictum Angelum Simonem: qꝛ ille est casus omissus in dicto decreto correctorio iuris communis: ergo remanet in dispositione iuris communis. l. cōmodissime. ff. de libe. ꝛ posth. l. si extraneus. ff. de cōdi. ob causam. l. precipim⁹. de appel. ꝛ dictū statutū debet intelligi de primo herede. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signifi. l. hec conditio filie mee. ff. de cōdi. ꝛ demon. l. dotis. de iure do. ꝛ bene in proposito no. Bar. in. l. liberorū. ff. de verb. signi. in pe. col. in versi. quero si aliqua dispositione fit mētio de filijs. cū si. ¶ Et saltē in casu nostro in quo Simon Ang. nō dicit se hr̄dē esse primi heredis. d. dñe Catharine. ꝛ si diceret se heredem dñe Catharine, ꝗ adiuit hereditatē domi. Joannis ex secundo testamēto, res esset expedita cōtra eum: qꝛ nō posset venire ɔtra factū dñe Catharine. l. cū a matre, ꝛ de rei vēdica. l. si adulta. de hr̄di. actio. l. ij. C. si quid in frau. patro. ꝛ sic videṫ approbasse testamētū scd̄m in quo dicit se fuisse preteritū, qd̄ facere potuisset. l. filio preterito. ff. de iniusto testō, ꝛ cōstat quod de iure cōi nō potuisset dictus actor agere prout agit: qꝛ de iure cōmuni nō trāsit possessio in heredem etiā si sit filius in potestate, nec in eū continuaṫ nisi eum apprehēdat. l. cū heredes. in prin. de acqui. pos. ꝛ not. in. l. j. §. Sceuola. ff. si qs testamēto liber esse ius. fue. ꝛ no. in. l. cū miles. in

a ¶ Approbaui. et male vt no. s. li. j. consil. xxvj. nu. v. consi. xij. nu. vj.

b ¶ Recuperande. idē. s. li. j. ɔs. xxx vij. col. ij. sed contrariū verū est

miles.in princ.ff.ex quib.cau.maio.& est cõis conclusio vbiq3. ¶ Preterea presupponit etiã in dicta cã in qua dictus actor aliũ libellũ pduxit, psertim intẽtando remediũ.l.edicto.C.de edic.diui adr.fuit pbatũ dictã dñam Agnesiã matrẽ dicti Simonis Ang.fuisse ɔiugatã tpe concept9,& q marito patebat accessus ad eã ad libitũ ipsi9 mariti,vt in puncto narrat.& per

11 ea,videbat habere] psumptionẽ q esset nat9 nõ ex dicto Joãne presbytero,sed ex legitimo matrimonio.etiã si pbaret mulierẽ adulterasse,vt est tex.quẽ ibi doc.ad hoc singularẽ reputãt in.l.miles.§.defuncto.ff.de adul. ¶ Alia cõcurrit presumptio q nõ fuerit fili9 dicti Jo.qꝛ eũ preteriit in scdo testõ:& sic eũ,nõ vt filiũ tractauit,vñ succedit dubitatio facta p Bal.in

12 c.p tuas.in fi.de pba.†vbi querit qd si pater instituit aliquez tanq vnũ filiũ ex vxore,postea mutauit testamẽtũ.& modi cã rem reliquit iure institutionis non nominando ipsum vt filiũ. sed tanquã nutritũ in domo,an possit tanquam preteritus rũpere testamẽtũ:& arguit q sic:qꝛ pr nõ tractauit eum vt iustũ filiũ. Jtẽ qꝛ vr dubitasse an etiã fili9 sit pretextu dubitatiõis, videt eũ quodãmodo preteriisse. Jtẽ qꝛ dubius similis est erranti.l.f.C.de condi.inde.manifestissimi.C.de fur.in.§.finaliter dubius.sed error habet vitiare.l.eã quam.C.de fideiuss.cum si. Jn contrarium arguit,qꝛ non debet esse melioris cõditionis in rũpẽdo filius dubius q certus.l.qui de inofficio.ff.de inofficiose.test.qd suffitit etiã si relictũ in vno nũmo consisteret.& nota.in.l.si qui priore.ff.ad Trebel.l.iij.§.sz vtrũ.ff.de mino.& tãdẽ dicit se nõ soluere.d.questionẽ.qꝛ pẽdebat de facto multũ ardua,fm eũ minus dubia videt q̃stio nostra,quia in casu nostro testator dictũ Simonẽ Angelum in secundo testamento omnino preteriit:& sic videtur eũ non habuisse pro filio,tamen qꝛ non habeo illas probationes testium etiam qꝛ non video necessarium stantibus quibusdam bene tutis fundamen

13 tis,de quibus supra in hoc insistendum non putaui. ¶ †Jn omnem euentũ est tutũ qd dicti testes repetantur in illa causa non ex eo quod libellus prime instãtie fuerit ineptus,quo casu quidã dixerũt attestationes & pbationes factas sup inepto libello valere & proficere,vt sup de nouo incepta instãtia possit fundari sentẽtia quidã dixerũt contrarium,vt patet ex no. per Hosti.& alios in.c.casu.el.j.de testi.per Bald.in.l.ij.in.iij. col.C.de fruc.& lit.expen.in.l.si patronus libertam.ff.de iure iur.quod non discutio:qꝛ nõ videtur quod dictus primus libell9 fuerit inept9:qꝛ satis tolerari poterit illa narratio & cõclusio.sz bene deficit ius & iustitia ipsi actori,stãte maxime secundo testamẽto,p quod non poterat cõpetere actori,deinde ius agendi ex primo per.d.l.edicto.& ibi glo.& docto.dum tractat quis sit legitimus contradictor & etiam patet per ea que dixi supra dum fuit ostensum q per secundum testamentum fuerit sublatũ primũ.tñ,vt dixi,cõsulo q repetantur dicti testes i hac cã.vt tollat dubitatio in attestatiõe recepta vna cõprobent in alia causa iuris easdem personas,iuxta notat.per Bart.in.l.cum lite mota.ff.iud.sol.in.l.ij.§.j.ff.vi bo.rap.Cy. Bald.& aliĩ.in.l.ij.C.de eden.& p doc.in.d.c.cãm.ybi varie loquũtur. ¶ Juuari etiam põt ex alia causa repeti.ex alio capite pars eorũ:qꝛ non habet dictam legitimationem non valuisse etiam ex alio capite:qꝛ si natus conceptus est dictus Simon Angelus ex dicto domino Joanne existente in sacris,& Agnesia ɔiugata de tali qualitate nõ fuit facta mentio saltẽ specialis in ea parte legitimationis,que mihi trãsmissa est in consequentia,in qua non narratur q tẽpore conceptionis dicti Angeli Simonis dictus dominus Joãnes esset in sacris, vt dixi.nec q dicta Agnesia esset coniugata,vnde succedit id quod no.dixit Bal.in.l.eam quam.C.de fideicom.in.xix.col.

14 in ver.sed pone,quidã erat filius ex adulterio &c.†vbi qrit de illa vulgata qõne,si quis fuit legitimatus tanq spurius,& nõ

a fuerũt expresse qualitates spurietatis,nõ valet legitimatio[a] saltẽ qñ nt adiecta clausula non obstante generalitate in lata forma inter cetera,que ad propositũ nostrũ inquit.quod vbi clausula,nõ obstãte,esset in nube,& legitimatus esset plurimũ odiosus,vt qꝛ ex sacrilegio vel monacha natus,nõ sufficerẽt verba generalia,qꝛ tam odibiles nõ comprehẽdunt,vt.l.Lucius.§.lucius Titius damã.ff.de leg.ij.c.j.de filijs psby.in.vj. ad hoc qd tradit p Oldr.in cõsi.cclvij.incipiẽte,factum tale est quidã.& Spe.in ti.de offi.leg.§.nũc de episcoporũ.ver.curia.no.Jo.an.in addi.Spe.in rubri.qui filij sint legiti. Joan. an.in.c.nisi cũ pridẽ.§.pe.de renun.Host.Jo.and.in.c.f.de fi-

15 lijs psby.in antiqs.ibi dñ dicũt†qd sedes apostolica nõ facile dispẽsat cũ genitis ex religioso vl adultero,vl icestuoso coitu.& idẽ reassumit Jo.and.in.c.j.eo.ti.in.vj.vide quod traditur per Pe.de ancha.in cõsi.cccclij.incipien.in Christi nomine circa primum quesitum.& Anto.de but.in.c.per venerabilem.in.xx.col.qui filij sint legit.& Benedictus de plum.in.l.j. ff.de nata.resti.per illũ tex.& bonus tex.in.l.si cum lex.cum ibi no.p Ang.ff.de here.isti.cõcludo & eos absoluendos.Alex.

# Consilium.LXXXVIII.

Lege.s.lib.j.consi.xxiij.quod hic duplabatur.

## Epitome.

¶ Etiam vbi quis potest interrogari de socijs,dictũ eius nõ facit sufficiẽs indicium ad torturam,nisi alia presumptio cõcurrat.Et potest notarius corrigere instrumẽtũ etiam parti traditum in consuetis,& eo modo quo lex corrigit. C.M.

# Consilium.LXXXIX.

Visothemate inquisitionis & respõsionib9 inquisitorũ,& snia & appellatione ĩtetposita ab ea. Videt prima cõsideratiõe dicẽdũ q saltẽ per iudicẽ appellationis possit per inquisitionem procedi cõtra dictos Bartolum & Melchionem & Blasium ad torturã cum istud in dubio videatur permitti in causa appellatiõis sicut in principali,vt probat per tex.in.l.& in maio

1 ribus.& ibi no.per doc.& maxime p Bald.C.de appella.†& ea põt iudex cause appellatiõis,que poterat iudex cause principalis.imo diligẽti9 dz iudex appellatiõis in causa criminali de veritate ingrere tex.in.l.additos.C.de app.facit lex p hãc C.de tempo.app.c.fraternitatis.de testibus. ¶ Et ad torquẽdum poterit moueri iudex cause appellationis ex indicijs resultantibus ex dictis ser Antonij,q cõfitetur dictos alios in

2 quisitos fuisse culpabiles.†nã in crimimbus,in quib9 potest interrogari socius dictũ ipsius delinquentis,facit indicium

b sufficiens[b] ad torturam cõtra socios,vt tenuit Cy.post Pet. in.l.fi.C.de accu.& Pau.de leazar.in.c.grauis.de depo.vbi ad hoc alle.l.j.§.diuus Adria.& qd ibi no.ff.de questio.& l.null9. C.de assesso. Jtẽ do.Anto.de but.in.c.j.de confes.& ita potest intelligi glo.ibi que dicit talem assertionẽ facere presumptio. cõtra socios,vt dicit gl.i.d.l.fi.& Spec.in tit.de accu.§.j.versi.

3 itẽ repellitur qui fuit soci9. ¶ †Qd aũt in crimine falsi pos-

c sit interrogari consocijs[c] ex doctina tradita p Bar.in.l.repeti.ff.de questi.vbi voluit q in delictis que non committuntur principaliter in offensam vel in odiũ alicuius,possit qs interrogari de socijs,vt in crimine furti,in crimine false mõete,& similib9.l.diu9 adrian9.ff.de custo.reo.l.j.C.de fal.mone.& l.prouinciarũ.C.de fer.& no.doc.i.d.c.j. ¶ Vel fz Sal.in.d.l.f.põt qs interrogari de socijs in omnibus que regulariter cõsueuerũt committi cũ socijs,vt est in crimine lese maiestatis,& latronib9 qui ostiatas aggrediunt,& in crimine falsificatiõis,vt.d. c.j.& d.l.j.C.de fal.mo.& prealle.l.diuus. ¶ Confirmat hoc ex illa varietate note notarij,que varietas pcessisse videt facto & suasionib9 dictorum inquisitorum.scire enim debebat nõ licere ser Antonio variare,nec vnam notam mutare circa crimen

4 falsi. ¶ †Notarius enim totam variãs & mutãs de falso tenetur,si hoc faciat sine authoritate iudicis,vt not. Joã.an.in pemio lib.vj.in ver.& scias quod q̃ &c.& Joã.an.in addi.Specu. in titu.de instru.edic.§.postremo.super versi.nũquid cõfectio. ibi dñ allegat.l.eos.ff.de fal.& not.Bald.in.l.cum proponeretur.ff.de lega.ij.& in.l.fi.C.de edẽ.in versi.iij.querit q si instrumẽtũ. Equiparatur enim testis & tabellio.l.domiti9.ff.de test. not.doc.in.l.imperator.ff.de sta.ho.& l.si librarius.ff.de regu. iur.ergo sicut testis tenet de fal.d.l.eos.ita & tabellio:& sic patet quod dicit inquisiti dicto ser Antonio pstiterũt opẽ,auxilium seu consiliũ ad.d.l.falsum:vel saltez persuaserũt:ergo merito puniendi sunt,vt.l.non solũ.§.si mandato.& ibi late Bald. ff.de iniurijs.l.is qui opem.& i.l.furti.§.opez.ff.de fur,cũ simil. ¶ Sed premissis nõ obstãtibus contrariaz sniam de iure probabiliorem esse puto.Et primo presuppono id q est euidẽtissimum.s.dictam sententiam respectu dictorũ Blasij ser Melchionis & Bartoli fore iniustissimam & iniquissimam;qꝛ fuerũt cõdemnati nulla precedẽte pbatiõe,saltẽ legitima.nã merito debebãt absolui maxime in criminalibus†in quibus re-

5 quirũtur probationes luce meridiana clariores.l.sciant.C.de proba.l.absentẽ.ff.de penis.nam dato q reus per se nihil probat absoluitur.l.si deiureiur.l.qui accusare.C.de eden.qd aũt non esset sufficienter probatuz.patebit ex infradicẽdis. ¶ Restat ergo videre an locus sit torture,dicendum est q nõ.nã presuppono quod ex forma statuti nõ põt quis torqueri nisi de cri-

[a] ¶ Legitimatio.s. li.ij.consi.xcv.

[b] ¶ Sufficiẽs.Bal. ɔsi.xcv.lib.j.Pa nor.c.i.de confess. Tho.gram.consi. lxvj.ɔsil.lxx.Ale. s.lib.ij.consi.lxix. ad fin.sed ɔtra qd non sufficiat vult Alex.j.lib.iiij.cõsi.cxxviij.in fi.j.li. vj.ɔsi.[illegible] in fi.

[c] ¶ Consocijs.j.li. vj.cõsi.xxx.nu[illegible] vide.s.lib.j.consi. cxlij.in fine Tho. gram.consi.j.

6 mine sit semiplene probatum. † Certum est aũt ꝙ indiciũ sufficiens ad torturam de iure cõi, non potest esse minus ꝙ̃ semiplena probatio, vt est gl. no. in. l. cum ꝓbatio. ff. de ꝓba. ¶ Et patet per not. per Cy. in. l. fi. C. de quest. vbi dixi qḋ licet vnus testis facit indiciuz ad torturã, vt no. in. l. quisquis. C. ad. l. iul. maiest. ⁊ in. l. maritũ. ff. de quest. ⁊ plene per Bar. in. l. j. §. item 7 cornelio. ff. de questio. † tñ in criminalibus vnus testis non faciat semiplenã ꝓbationẽ sine aliȷ̇s indiciȷ̇s, ⁊ ita dicit Dy. tenere, ⁊ ꝓbat hoc ex no. p gl. in. l. ȷ̇. in prin. ff. de excu. tut. ⁊ idẽ no. Pau. de lea. i. d. c. grauis. de deposito. ¶ Similiter est certum ꝙ presumptio põt esse minus ꝙ̃ semiplena probatio: q2 presumptio resultat ex cõiectura ⁊ aliȷ̇s probationibus, secũdũ qualitatẽ eorũ vt ptz ex diffinitione presumptionis, quam dãt doct. in variȷ̇s locis, ⁊ maxime Jo. calde. in repe. c. vestra. 8 de cohabita. cle. ⁊ mulie. vbi dicit † ꝙ presumptio est cognitio ex circũstantiȷ̇s resultans. c. ex studiȷ̇s, ⁊ quasi per totũ de presump. vnde ꝑm eum variat, fortificatur, ⁊ debilitatur animus iudicãtis ex presumptione, prout suadebunt circũstãtie ex quibus resultaret. Et idẽ Bal. in. l. ei quidem. in. ȷ̇. col. C. de accu. ⁊ qḋ presumptio non sit semiplena ꝓbatio patet ex no. per gl. in. d. c. j. de confes. ⁊ in. d. l. fi. C. de accusa. vbi glo. dicit ꝙ assertio sociȷ̇ criminis cõtra socium facit presumptionẽ, ⁊ tamẽ certũ est ꝙ illa talis assertio nõ põt esse semiplena probatio. patet: quia vnus testis ad hoc vt in ciuilibus in quibus de minori preiudicio tractatur, faciat semiplenã probationem: requiritur qḋ iuratus deposuerit, ⁊c. citata parte de cuius preiudicio tractatur. l. iurisiurandi. ⁊. l. si quando. C. de test. ⁊ requiritur qḋ sit omni exceptiõe maior, vt no. Bar. in. l. admonendi. in ver. venio ad tertium. de iureiur. allegat no. per gl. in. l. etiã 9 matris. ff. de proba. in. c. fi. de iureiur. † Sz socius criminis nõ est testis maior omni exceptione qñ agit criminaliter, vt not. gl. in. l. si filium. C. de libe. causa. ⁊ ꝓbatur in. c. j. de testi. in. vj. ⁊ in. l. quoniã. ⁊ ibi no. de testi. ergo apparet quod assertio sociȷ̇ criminis nõ faciat cõtra sociũ semiplenã ꝓbationẽ, lz faciat ꝑsumptionẽ. Ex quibus resultat firma cõclusio ꝙ assertio dicti ser Antoniȷ̇, ⁊ eius confessio non est sufficiens ꝓbatio quo ad hoc vt locus sit torture ꝯ predictos, stante predicto statuto.

10 ¶ † Quinimo ꝑm Sal. in. l. fi. C. de accu. etiam. de iure cõmuni sola assertio delinquentis etiam in casibus in quibus põt interrogari de sociȷ̇s, non facit indiciũ sufficiens ad torturam per. d. l. si filium. cum ibi no. ⁊ per alias de quibus ibi per eum nisi cõcurrat[a] aliqua alia presumptio. ⁊ p hoc inducit authoritatem gl. in. d. l. fin. C. de accu. que exigit presumptionẽ aliq̃ precedere debere prius contra eũ contra quẽ quis interrogat ad dictam interrogationem procedi possit, ⁊ secundum illam gl. patet intelligi debere dicta doctorum ibi se fundãtium ex illa gl. hoc enim tantomagis in proposito nostro amplectandum est: q2 dicta assertio ser Antoniȷ̇ nõ continet verosimile. Cõsueuerũt enim cõmitti falsitates pro magno lucro dicẽtis autẽ nõ verosimilia fides diminuitur. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. ⁊ hoc cõmittitur iudicantis arbitrio. l. iȷ̇. §. fi. ff. de test. no. Jo. an. in. c. cũ in iuuẽtute. de presum. ⁊ Bar. in. l. fi. ff. de quest. ⁊ Bald. in. l. obseruare. C. quorum app. non reci. ¶ Confirmo predicta p ea que dicit Bal. in. l. fi. in vlti. col. C. de proba. ver. 11 sed est tertia. vbi dicit † ꝙ quedã est species ꝓbationis que appellatur indicatiua, scz qñ facit indiciũ, qḋ quidẽ dicit esse minus ꝙ̃ semiplena ꝓbatio ꝓpter qḋ indiciũ in viri ꝑsona est locus torture, alleg. no. in. d. l. cum ꝓbatio. secus in grauibꝰ ꝑsonis q2 qualitas precedẽtis vite elidit huiusmodi indiciuz. ar. c. cũ in iuuentute. de presumpt. l. nõ omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. secundũ eũ cum si. itaq̧ predicti inquisiti fidem faciãt per plures testes qḋ ipsi fuerunt homines communiter bone seu optime opinionis, ⁊ fame, ⁊ reputati fuerũt vsq̧ ad tẽpus dicte formate inquisitionis, ⁊ hoc potest facillime ⁊ veridice probari. Exploratã enim habeo famã integritatis horũ, que si fuerit ꝓbata, omne iudicium si quod ex predictis resultat, erit elisum. ¶ Et ex his patet pluribus modis esse responsuz ad primum fundamentum adductum in contrarium. s. qḋ assertio illius ser Antoniȷ̇ non facit sufficiens indiciũ, nõ obstat id quod vltimo dicebatur de illa varietate note notariȷ̇ ex qua 12 notarius incidit in falsum: quia respõdeo † quod notarius intelligitur semp rogatꝰ in instrumẽto, vt apponat omnes clausulas ⁊ formas cõsuetas[b], vt est tex. melior de iure in. l. fina. ⁊ ibi ꝑz Bal. C. de fideius. ad hoc. l. q prius. §. j. cũ ibi no. p Bar. ff. de aqua plu. ar. ⁊. l. ex ea pte. in prin. ꝑm vnã lec. ⁊ ibi no. per Bar. ff. de ver. ob. ⁊ ipsemet notariꝰ põt extendere imbreuiationem suã secundum clausulas cõsuetas, vt no. Bal. in rubr. C. de fide instrum. lib. x. ⁊ aliȷ̇ in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. ⁊ posth. ⁊ Spe. in tit. de instru. edi. §. ostenso. ver. quid autẽ si in arbitramẽto. ¶ Preterea dicit Bal. in prima con- 13 stit. C. ad sil. † qḋ notarius etiã postꝙ̃ restituit instrumentum parti poterit corrigere[c] ꝓpria authoritate instrumentũ, si corrigit eo modo quo corrigit. l. q2 habet iuris presumptionem pro se, ⁊ q2 non nocet alicui: ⁊ per consequẽs nõ potest cõmittere falsum. l. domus. cũ gl. ⁊ ibi doc. C. ad. l. corne. de fal. ergo potuit notarius corrigere ⁊ immutare dictum instrumentum supplendo clausulas cõsuetas, ⁊ reducendo in formam cõsuetam: q2 lex supplet in instrumento ea que sunt de consuetudine. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edili. edic. l. exceptio. C. de loca. not. Bar. in. l. si prius. allega. ⁊. l. nemo est qui nesciat. de duo. reis. ⁊ in aliȷ̇s locis supra allegat. Et Bal. in. l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. j. Sz Bar. respõdendo dicte inquisitioni dicit qḋ misit ser Melchionem, vt aptare faceret dictũ instrumentum ser Antonio ⁊c. Non enim dicit ꝙ miserit eũ vt 14 instrumẽtum falsum faceret vel similia mutaret † ⁊ in dubio mãdatum factũ dicto ser Melchioni, per Bar. ꝙ aptari faceret instrumẽtuz, debet intelligi de aptatione licita ⁊ permissa vt. l. si procu. in prin. ff. de condi. inde. l. si pater. de priui. cred. l. merito. ff. pro socio. licita aptatio est quãdo aptatur circa clausulas consuetas, vel circa alia de quibus p Bar. in. d. l. si librarius. ⁊ per cano. in. c. ex literis. de fid. instrum. ⁊ per Joan. andre. in dicto proemio. vj. lib. cum si. ⁊ per cõsequens etiam nõ peccauit ser Melchio, q vt ex cõfessione sua cogit nihil aliud fecit nisi quod dictauit ser Antonio instrumentũ secũdũ cursum consuetum. hoc eñi est de genere permissorũ a iure. Blasius autẽ non peccauit in aliquo: quia ignorans de aliqua falsitate, dixit Bar. ser Antonio dice chel instrumento nõ sta secundo la forma del campione. ¶ Nec obst. si dicatur ꝙ Barto. est vsus instrumento falso: ergo incidit in penam falsi iuxta. l. si falsos. C. de fal. q2 respõderi potest ꝙ nõ cõstat instrumẽtum esse falsum, ⁊ confessio ser Antonio aliȷ̇s non preiudicat, nec sentẽtia cõtra eũ lata preiudicat aliȷ̇s. l. ȷ̇. C. de fide instrumẽ. l. lucius. ff. de infa. no. Bart. in. l. preuaricationis. ff. de preuarica. Cy. in. l. j. C. qui accusa. ⁊ Barto. in. l. denunciasse. §. fi. ff. de adul. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de fide instr. imo dato ꝙ esset falsum cũ illa ꝓtestatio facta a Bartolo, q2 nõ intendisset eo vti si esset seu asserentur esse falsum, vt no. Barto. in. l. diuus. la. ȷ̇. ff. ad. l. corne. de fal. ¶ Nec obstat predicta tribus inquisitis si ꝓbaretur qḋ in dicto instrumẽto esset plus scriptum quã fuerit dictũ tẽpore rogationis: quia dato quod hoc posset obesse ser Antonio, nõ tamẽ per hoc probat ꝙ Bartolus aut ser Merchiõ fecerint illud plus in instrumẽto, quã dictum fuerit tẽpore rogationis: q2 tales nõ cõcluderent de necessitate falsitatem fuisse commissam. Ab istis tribus prout oportet. c. in presentia. de proba. cum si. ⁊ hec sufficiant, licet plura alia adiuuandum innocentiam inquisitorum adduci possent. Sz propter rei euidẽtiam, ⁊ propter alias occupationes hic paucis sum contentus. Alex.

[a] ¶ Cõcurrat. idem Alex. j. lib. iiȷ̇. cõsil. cxxviȷ̇. in fin. ⁊ placet idem. j. libr. vj. cõsi. xȷ̇. in fin. s. lib. ȷ̇. consil. lxix. in fin. Soci. cõsi. xcv. col. j. lib. iȷ̇. Calca. consi. cx. col. j. Ay mo. consi. dxxviȷ. num. iȷ̇.

[b] ¶ Cõsuetas. s. li. ȷ̇. cõsi. lxxvȷ̇. consi. xxviȷ̇. ꝯsi. cv. j. lib. vȷ̇. cõsil. liȷ̇. nu. xj.

[c] ¶ Corrigere. Jas. consi. xxviȷ̇. lib. j.

# Summarium.

3 ☞ Confessio de recepto probat veram solutionem.
6 Dos confessata habet eadem priuilegia que ⁊ numerata.
7 Testes vltra articulos non probant.
8 Instrumentum non liquidum non habet executionem.
9 Factum simpliciter censetur ex mandato preambulo.
12 Sufficit mandatum implere per equipollens.

# Consilium. XC.

Viso instrumento celebrati cõtractus inter Pirotũ laudi ex parte vna, ⁊ Leonardum baltasaris de licaxiglielis ex altera anno. M. cccclvȷ̇. die octaua Juniȷ̇. Et scriptura priuata facta die. xx. Juniȷ̇. M. cccclvȷ̇. inter Christophorũ Bernar. de caueschis ⁊ Hieronymũ fratrẽ dicti Leonardi, ⁊ Joã. Georgiȷ̇. ac visis literis dicti Christophori scriptis dicto Hieronymo anno. M. ccccliiȷ̇. die. xviȷ̇. Octo. ⁊ scriptura ꝑuata manu Petri lapi facta anno. M. ccccliiȷ̇. die. xviȷ̇. Octob. viso statuto sub rub. qualiter ad petitionẽ fideiussoris conueniat ille pro quo fideiussit ⁊c. ¶ Querit an ex predictis oĩbus sit fundata intẽtio Piroti, q p dicto Leonardo, necnõ Hieronymo satisfecit dicto Christophoro de dicta quantitate floreno. ⁊c.

1 ¶ † Et videret prima cõsideratione dicendũ qḋ non: q2 probatio debet de necessitate cõcludere. l. neq̧ natales. C. de ꝓba. c. in presentia. de ꝓbatio. sz in instrumẽto predicto. Leonardꝰ ꝓmisit seruare dictũ Pirotũ indemnem si contigeret ipsum consequi damnũ aliquod ex promissione facienda per Joannem

nem Georgij vni ciui florẽtino nominando p Hieronymum
fratrem domini Leonardi:sed nõ videtur cõstare quod dict⁹
Hieronymus nominauerit dictũ Christophorum, vel dato
vel cõstaret ꝙ eũ nominauerit,oporteret cõstare qđ illa nomi
natio fuerit facta occasione dicte conuentionis probate,ꝛ qđ
facta fuerit sciẽte dicto Leonardo,ꝛ ex eius preordinatione.
arg.l.ij.ibi sciri debet.ff.de condi.ꝛ demõ.ꝛ.l.ij.§.homines.ff.
vi bono.rapto.ꝛ quod dictus Joãnes dictam promissionem
fecerit vigore mãdati sibi facti per Pirotum. Nam in dubio
presumitur quod Joãnes vel motu proprio,vel partibus di-
cti Hieronymi tũc presentibus,dictam promissionem fecerit
potius quam cõtemplatione extrinsece persone.s.Piroti,q
ibi nominatus nõ fuit.l.si ita stipulat⁹.§.Chrysogonus.ff.de
verb.oblig.l.caius.ff.solu.matri.l.cũ quis.ff.de solu. ¶ Pre-
terea esto quod Joãnes promissionem predictã fecisset vigo-
re cõmissionis sibi facte per dictum Pirotum:tamen videtur
2 quod per hoc Pirot⁹ agere possit contra Leonardũ:†quo-
niã fines mandati diligenter custodiẽdi sunt.l.diligẽter.in fi.
ff.mãda.c.cum dilecta.de rescript.Sed Joãnes habuit man-
datis quod obligaret se pro Hieronymo ad dandum sericuz
p dimidietate in medio augusti.M.cccclxvij.vt cõstat i istru
mento.ꝛ Joã.promissionem fecit de serico dãdo pro dimidia
toto mense augusti:vt cõstat in scriptura priuata facta Chri-
stophoro. ¶ Sed his nõ obstantibus patet Piroti intẽtio-
nem esse fundatam,ꝛ probata obligatiõe Leonardi.superest
vt probẽtur cõtenta in scriptura facta inter Christophorum
ꝛ Hieronymum esse vera.nec illa scriptura aliquã fidem face-
ret contra Leonardũ,qui nihil in ea scripsit,attẽto quod di-
cta scriptura non habet subscriptionem testiũ , ꝛ sic non facit
fidem contra tertium.l.scripturas.in fi.ꝛ hoc no.per Bar.C.
qui po.in pigno.habeã.ergo aliter verificari ꝛ probari contẽ-
ta in scriptura oportet. ¶ Secũdo oportet per Pirotũ pro-
bari de solutiõe debiti facta Christophoro,ꝛ in hoc licet sint
opiniones an sufficiat probari per cõfessiones creditoris , an
vero requiratur probari per veram numerationem factã Chri
stophoro,vt sic Pirot⁹ possit repetere a debitore principali.
Nam gl.in.l.duobus.§.a fideiussore.ff.de iureiuran. quam ibi
sequitur Bar.sub dubio vult ꝙ requiratur probari de vera nu
meratione,ꝛ nõ sufficiat probare per confessionem creditoris
facit quod no.Specu.in tit.de teste.§.j.versic.Sed pone egi.
3 †veritas tamen est in contrarium,vt consuluit Barto. cõsi-
lio.clx.incipien.Titius promisit Sempronio quia vera solu
tio ac confessio de soluto post.xxx.dies equiparantur.l.in cõ-
tractibus.§.sed quoniam.in fi.C.de non num.pecu.saltem in-
terpretatiue,eo modo cõceditur fideiussori repetitio pecunie
solute interpretatiue sicut ꝛ vere:quia pecunia eque dicitur ei
abesse.l.inter causas.§.abesse.ff.man.ꝛ.§.preterea.ꝛ ibi glos.in
ver.soluitur.ꝛ.l.idemq̧.§.fi.eod.titu.ꝛ.l.qui debitorem.de fi-
deiusso.pro hac opinione est gl.in.d.l.in contractibus.in ver.
penul.ibi dum dicit:ibi gratis remittebatur,hic confitebatur
acceptum,ꝛ ita cõsuluit Frãcis.tigri.vt refert ꝛ sequit᷑ Paul.
de ca.in.d.l.si duobus.§.j.ꝛ in.d.l.qui debitorem.ff.de fideius-
a so.ꝛ ita dicit Pau.de ca.se ꝯsuluisse Florẽtie[a],quia confessio
4 probat veram numerationem.l.publia.§.fi.ff.depositi.† Item
quia ficta solutio non debet sufficere quando excludit vera m
vt erat in.d.l.duobus.§.j.quia intelligitur quod ibi iurauerit
debitorem nõ teneri vel nihil deberi actori.Ex quo manifeste
infertur quod fideiussor nihil soluit,sꝫ pro soluto habeatur:
quantũ ad hoc vt liberetur.sed cõfessio de recepto non exclu-
dit veram numerationẽ,imo eam comprehẽdit. ¶ Preterea
dicit ipse illa scriptura vel schedula,in qua apparet assertionẽ
vel cõfessionem creditoris de recepto si peruenerit ad debito-
rem principalẽ,prodest sibi contra creditorem,vt possit eum
petentem repellere,licet sit cõfecta talis scriptura inter fideius
sorem ꝛ creditorem.l.desideriũ.C.deposit.ꝛ quod ibi no.Bal.
in.l.ij.de fideius.ergo nulla ratio põt assignari cur non teneat᷑
fideiussori debitor,ac si vero de numeratione ꝛ solutione con-
staret. ¶ Pro hoc etiã allegat no.per Bar.in.l.assiduis.C.q
5 potio.in pigno.habe.† vbi pro muliere agente hypothecaria
ad excludendos alios creditores mariti sufficit ostendere de
cõfessione mariti cõfitentis se recepisse dotẽ,dũmodo esset ela
psum tempus prefixum opponendi exceptionem non nume-
b rate dotis[b],per id quod no.in.l.j.ꝛ ibi gl.C.de dote cau.nõ nu
mera.Istam opi,etiam sequitur Jo.de Jmo.in.l.vranius.§.
fi.ff.de fideius.reprobando id quod sub dubio dixit Bar.in.d.
l.duobus.§.j.ꝛ hoc per dictam.l.in contractibus.§.j.ꝛ per.l.
Publia.§.fi.ff.deposi.Et est bonus tex.in.l.si ita stipulat⁹.§.
Chrysogonus.ꝛ quod ibi no.Bar.in vlti.col.ver.item reperi-
tur instrumentum ꝛc.ꝛ ibi etiam no.Joan.de Jmo.ff.de ver.
obli. ¶ Pro hoc etiam allegat Joan.de Jmo.no.per Bart.
in.d.l.assiduis.ꝛ respon et ad preallegatã.l.duobus.§.j.put
supra respõsum est. ¶ Confirmo per.l.pecunie.C.de solut.per
quã dicit ibi Bal.quod per confessionem probatur vera nu-
6 meratio † Ex quo infert quod mulier habens instrumentum
cõfessionatũ super dote,habet omnia priuilegia dotis:qꝛ per
ipsam confessionẽ probatur numeratio naturalis ſm eũ.ꝛ no.
etiã Bal.in.d.l.Deo nobis.C.de epis.ꝛ cle.in.ij.col.ꝛ.l.j.C.qñ
liceat ab empti.disce. ¶ Non obst.no.per Spec.in tit.de testi.
§.j.ver.sed pone Egi.qꝛ Spe.vt patet per ibi allegata per eũ
loquitur quãcunq̧ testes deponebant sup articulo,q articulus
erat de actuali numeratione.ꝛ testes deposuerũt qđ audierũt
7 confessionem,ꝛ quod numerationem non viderunt.† nam de-
ponunt extra articulũ ideo nõ probant.l.si quis libertatem.cũ
ibi no.in fi.ff.de peti.here.d.l.si duo patroni.§.idẽ Julianus.
ꝛ ibi no.ff.de iureiu.ꝛ.l.momentanee.in glo.C.qui legi.perso.
alias aũt si actũ esset ex vera numeratiõe,ꝛ capitulatũ esset de
cõfessio.de qua testes probarent,sufficeret per predicta,vt di-
cit in.d.l.generaliter.ix.q.C.de non numera.pecu.et in.l.j.in
prin.C.de rei vxo.act.ꝛ est intentio Bart.in.d.§.Chrysogo-
nus.in.ij.ꝛ vlti.col.ꝛ ibi firmat Joan.de Jmo.in.l.j.§.si quis
ita.eo.ti.ꝛ Roma.in.l.predia.ff.de acqui.pos.ꝛ Paulus de
cast.in.l.ij.§.fi.ff.si cer.petatur.ꝛ Cano.in.c.si cautio.de fide in-
stru. ¶ Vel dato quod opi.Specu.indistincte procederet, ta-
men casus est longe diuersus a proposito nostro : quia ibi lo-
quitur quando agebatur ex mutuo naturali:ꝛ probo de cõfes
sione mutui.nam confessio mutui non inducit probationẽ nu
merationis tunc,sed inducit obligationem que oritur ex ipso
contractu confessionis,qui dicitur mutuum ciuile.d.l.ij.§.fin.
cum ibi no.ff.si certum petatur.vnde cũ videatur esse actũ ex
vno cõtractu,id est ex mutuo naturali, ꝛ probatum sit de alio
contractu scilicet de mutuo ciuili,non potest agens obtinere.
l.habebat.ff.de insti.ꝛ.c.abbate.de re iud.in.vj. Sed in confes
b sione facta a creditore de recepto aliud est:quia talis confessio
non inducit obligationem nec contractum:sed inducit solam
probationem numerationis,quia aliud inducere non potest.
l.publi.§.fin.ff.depo.ꝛ.d.l.in contractibus.ꝛ dicta.l.pecunie.
vnde isto casu paria sunt probare de ista numeratione dedu-
cta,vel de confessione,per predicta. ¶ Et in specie,vltra pre-
dicta no.Bal.in.l.non nudis.C.de proba.ꝛ in.l.generaliter.in
c ix.q.C.de non nume.pec.[c] ¶ Sufficeret itaq̧ de dicta solutio-
ne probare per confessionem dicti Christophori contẽtam in
dictis literis suis,si modo appareat solẽniter quod dicte litere
sint recognite per ipsum Christophorum.ꝛ sic cõfiteat᷑ illas es
se manu sua scriptas.ꝛ nõ aliter,per.d.l.scripturas.ꝛ ibi Bar.
etiã nota.in authen.de instrumen.caute.ꝛ fide.§.si quis igitur.
ꝛ plene in authẽ.ꝛ si contractus.C.de fide instrumẽ.ꝛ in.l.nu-
dara tio.per doc.ff.de dona.ꝛ in.l.admonendi.ff. de iureiurã.
posset etiam probari per scripturaꝫ dicti petri lapi procurato
ris dicti Christophori,recognitam per ipsum Petrũ vt pro-
xime dixi,dummodo de mandato facto ad illud pro Christo-
phoro in.d. Petrum cõstaret.ꝛ presupposito quod steterit p
Hieronymum,quod sericum non daretur Christophoro , nõ
autem steterit per Christophorum:ꝛ per cõsequens quod mo
8 ra fuerit ex pte Hieronymi. ¶ † Istis ergo sic primo liqdatis
posset primo contra Leonardũ ad capturam procedi vigore
dicti instrumenti:ꝛ statuti,alias hoc prius non facto, consulo
qđ pcedatur ad capturam qꝛ instrumentũ illđ de per se nõ est
d liquidum[d].ꝛ ideo non habet vigorem illum ꝙ possit procedi
ad dictam capturam alio non deducto.l.ij.ꝛ ibi not. Bald.in
fin.C.de sen.q̃ sine certa quãti.ꝛ no.gl.ꝛ Barto.in.l.j. in prin.
ff.de eden.ꝛ Bar.in.l.proinde.§.nõ tantũ.ff.ad.l.aquil.ꝛ.l.ele-
ganter.in princip.ff.de condi.indeb.no. Bal.in.l. cũ in testa-
mento.in fi.C.de testa.man.ꝛ in.l.si qdem.C.de excep. vbi pro
hoc allegat.l.sing.ſm eũ,videlicet.l.hoc iure.ff.de ob. ꝛ plene
Bald.in.l.si causaꝫ.C. de execu.rei iudi.ꝛ ibi dat modũ ꝛ pra-
cticaꝫ liquidãdi.facit quod not.Bar.in.l.j.in fin.ff.de lega.ij.
¶ Et dicit expresse Bald.ꝛ imo.i.l.apertissimi.in fin.C.de iu-
di.qđ captura persone ꝛ alia executio non debet committi pro
debito incerto ꝛ nõ liquido,vnde due patẽt agendi forme di-
cto Piroto,vel via ordinaria petere condẽnari Leonardum,
vel per viam executiuam cõparere ꝛ producere instrumentum
ex parte citata liquidare dictum instrumentum probãdo veri
tatem cõtentorum in dicta scriptura facta inter Christophor
ꝛ Hieronymum,ꝛ probare solutionẽ vt dixi, ꝛ petere procedi
ad capturam ſm formam dicti statuti. ¶ Nec habent ob.alle-
gata in contrarium:quia respondeo primo ꝙ modicum inter-
uallũ intercessit inter conuentionẽ factam primo per Pirotũ
ꝛ Leonardam,inter cõtractuũ incontinenti factũ inter Chri-
stophorum.Hieronymuꝫ,ꝛ Joanneꝫ .facit quod presumitur
ipsum sequentem contractum factũ fuisse occasione eoruꝫ que

† qr testator bene pōt facere ꝙ illud qȯ non est transmissibile,transmittatur,⁊ econtra,vt ibi per eū qui allegat textū in.l.j.vt actio.ab heredi.⁊ contra heredes.sed in casu nostro nulla est facta mentio filiorum ipsius Masie in substitutione facta Antonie,vt patet ex figuratione casus supra in themate positi,ergo ⁊c. ¶ Et hoc etiam approbat dominus Antonius in.c.Raynaldus.in.j.col.in fine.de testamē.post glo.ibi in versi.patruis.⁊ Oldra.consil.cxxxj.incipiente quidam habens tres filios.⁊ Ludouicus de roma.consil.xix.incipiente,Viso puncto in proposito.⁊ consili.clxxiij.incipiente,Super puncto premisso ⁊c. ¶ Secundo etiam inquantum ipse affirmauit ꝙ in personam dicte domine Antonie decedentis sine liberis ꝙ pauperes Christi admittantur absqꝫ eo quod euenerit cōditio in personam vtriusqꝫ,scilicet Masie ⁊ Antonie,dato vltra adducta per eum ꝙ idē tenuit Bal.multa adducēdo magistraliter in.c.si pater.in.xviij.colľ.in versicu.quero de vno pro declaratione tex.de testa.li.vj.vbi conclusit

17

† qȯ nunquā est necessarius concursus omnium decedentium,quando sunt substituti pauperes Christi,nisi quando est substitutio vulgaris quando est facta per nomen collectiuū,sed in fideicommissaria,vel pupillari,vel cōpēdiosa semper substitutus admittitur ad partem decedentis,⁊ tantomagis quantū pauperes Christi sunt substituti,ita quod sola illa additione pro nunc sum cōtentus:licet plura adducere possem. Laus Deo.

¶ Et ita vt superius consultū est per excellentissimum dominum cōsulentem,dico ⁊ consulo ego Vincentius de paleotis legū doctor Boñ.ibiqꝫ iura ciuilia legens de sola subscriptione requisitus in quorū fidem me hic subscripsi,⁊ sigillo consueto sigillaui,saluo semper iudicio saniori. Laus Deo.

## ¶ Casus.

Gentilis Fanutius Margaritam filiaꝫ despōdit Ser Mattheo collenutio eiqꝫ Margarite renūcianti,vt fieri solet,in dotē promisit trecentum ⁊ quinquaginta ducatos auri. Verba renunciationis ⁊ pmissionis dotis ex ipso instrō hec sunt,videlicet. Margarita per se ⁊ suos heredes omni meliori modo ⁊c. Fecit finē.quietationē,remissionem,transactionē ⁊ pactum de vlterius aliquid nō agendo,nec petendo,⁊ nō succedendo Gētili predicto suo patri presenti,⁊ stipulanti pro se ⁊ suis heredibus,⁊ vice ⁊ nomine Raynaldi ⁊ Antonij ludouici filiorū suorum

dicti

dicti Gentilis & fratrem Margarete: & omnium aliorum filiorum suorum masculorum natorum, & nasciturorū, & p heredibus eorundem ipsi Gentili & dote Jacobe sue matri & vxori dicti Gentilis, & in hereditate eorundem tam ex testamēto quā abintestato, & de omni iure & actione reali & personali, quod & quam habet vel posset habere in futurum dictis bonis & hereditate dictorum suorū fratrum, & seu occasiōe sue legitime, seu supplemēti ipsi⁹ aut Trebellianice: seu parte, seu quouis alio colore vel causa, & generaliter de omni eo alio & toto ꝙ petere posset tā ex obligatione ꝙ cōtractu, vel scriptura publica, vel priuata &c. Et hoc pro ducatis trecentū & qnquaginta, quos dictus Gentilis promisit facere & curare quod dicta sua filia habebit ab ipso vel ab alia persona soluente pro dicto Gentili egregio viro ser Mattheo predicto futuro suo sponso pro dote ipsius & cetera. ¶ Asserens considerata cōditione & qualitate dictorum suorum parentū, & facultatibus eorundē esse sufficienter & bene dotata in dicta quantitate &c. Rogat⁹ notari⁹ ad sensum sapientis. Eadem die dictus Gentilis dedit dotem dicto ser Mattheo ex causa dicte promissiōis trecentū, & quinquaginta ducatorum hoc modo, videlicet ꝙ pro ducentum et quinquaginta ducatis cōsignauit bona immobilia & mobilia, que dedit insolutum ipsi ser Mattheo. Pro residuo vero. i. cētum ducatis cessit actiones sibi Gentili cōpetētes cōtra Petrum ipsius Gentilis fratrem dicti ser Matthei absente dicto Petro, cuius cessionis verba ex ipso instrumēto sumpta sunt hec: Dictus Gētilis pater dicte Margarete dedit, tradidit, et delegauit: cessit, & cōcessit in solutum dicto ser Mattheo plenti & stipulanti pro se & suis heredibus ex causa predicte dotis, Petrum fanutium fratrem carnalē dicti Gentilis debitorem dicti Gentilis, vt asseruit ipse secundum ꝙ cōstare asseruit manu ser Antonij alberti notarij publici de pisauro publico istrumento pro ducatis centum, transferens dictus Gentilis omne ius tam proprietatis quā possessionis ciuilis & naturalis vtilis & directe pretorium atq; mistū in dictum ser Mattheum & suos heredes. Ita amodo ꝙ dict⁹ ser Matthe⁹ decetero agere, petere, causare, experiri, excipere, & replicare, cōsequi & se tueri valeat & possit cōtra predictum Petrū & eius heredes quē admodum poterat dictus Gentilis ante presentem cōtractum cedens sibi predicta iura & actiones, vt supra faciens ipsum procuratorem in rem suam. & ponens dictum ser Mattheū in locum suum paciscensq; dictus Gentilis dicto ser Mattheo ꝙ dicta iura & actiones nulli alijs cessit vel cōcessit, ꝙ si sec⁹ appareret ipsū ser Mattheum indemnem cōseruare promisit, & p his omnibus obligauit dictus Gentilis dicto ser Mattheo omnia & singula sua bona mobilia & immobilia, iura, & actiones presentia & futura, & iurauit ad sancta Dei euāgelia tactis scripturis non contrauenire. Econtra dictus ser Matthe⁹ pmit dictam dotē manu tenere & cōseruare, & in casu restitutionis ipsam restituere secūdū formam iuris & statutorū Pisauri promittens iurans &c. nusq; apparet ꝙ dictus ser Mattheus confessus fuerit se habuisse aut recepisse integrā dotem aut dictos centum ducatos pro integra satisfactione dotis. Itē nūꝙ egit, neq; petijt ab eo Petro debitore sic cesso dictos cētū ducatos tempore dicte cessionis, constat illum Petrum nihil possedisse, & nihil habuisse in bonis: imo & tunc tēporis fuisse notorie inopē, & ita decessisse. mortui sunt Gentilis & eius vxor mater dicte Margarete. Itē mortuus est dictus ser Matthe⁹ maritus Margarete: & mortuus est ille Petrus iā sunt plures anni superstite dicta Margareta q̄ nunquā habuit dictus centum ducatos: neque ser Mattheus eius vir pro ipsa iuxta promissionem sibi factam, vt in instrumento renūciationis de quo supra in principio. ¶ Modo stantibus predictis queritur an dicta Margareta possit agere ad dictos centum ducatos contra heredes Gentilis patris sui, & ipsis excussis contra tertios possessores, non obstante cessione seu delegatione seu in solutum datione predicta, & non obstante quod non sit actum contra heredes patris fanutij, & non obstante quod dictus ser Mattheus promiserit dotem conseruare & restituere in casu restitutionis prout in instrumento numerationis dotis continetur. de quo supra. et super his consilium de iure petitur.

# Summarium.

1 Delegatio sequens aut nouatio regulatur a primo contractu, etiam facto ex interuallo.

4 Nomen insolutum an quis det simpliciter refert, an vero etiā recipiatur se curaturum vt soluatur.

# Consilium. XCIIII. Andreas barba.

Viso puncto & facti contingentia, Mihi videtur de aperto iure dicendum quod Margareta possit agere contra heredes illius Gentilis, & heredibus non existentibus excussione legitime facta contra tertios possessores ad ipsos ducatos centum consequendos non obstante cessione, aut insolutum datione qꝛ nō videt̄ propter hoc liberatus dict⁹ Gētilis ab illo residuo soluendo. & moueor ex instrumento dotis in quo dicit̄, Promisit facere & curare quod dicta sua filia habebit ab ipso, vel ab alia persona soluente pro dicto Gentile. quo casu propter illa verba videtur decisa ista dubitatio, ex eo † quia sequens delegatio aut datio in solutum, aut nouatio regulatur ab isto primo cōtractu, vt voluit Angel. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. vbi refert Innocent. dicere in. c. innotuit. de eo qui fur. ordi. su. quod secundus contractus recipit declarationē a primo etiam internallo secuto, vt voluit idem Ang. in. l. pacta nouissima. C. de pact. probatur in regula. §. licet. versi. si initiū cōstitutionis demonstratio. ff. de iuris & fac. ign. & quod ibi voluit Bar. & Bal. & dominus Ant. in cle. j. de elec. & tex. in. l. j. C. de impo. lucr. descript. lib. x. vbi dicit̄ a primordio tituli posterior formatur euentus. ¶ Et quod habetur in. l. per retentionem. C. de vsur. per Petrum Cyn. & Bald. qui dicunt † ꝙ vbi primus contractus est preparatorius sequētis, dicta in primo contractu sunt repetita in sequenti cōtractu.[a] vt ibi pulchre loquuntur. ¶ Modo in primo instrumēto dotis dꝛ ab ipso vel alia persona soluente pro dicto Gentile, quo casu declaratur sequens instrumentum nouationis aut delegationis, aut dationis insolutum, vt intelligatur ex primo quo dictus Gentilis promisit facere & curare qꝺ a se, vel ab alio solueretur sibi dos promissa. licet ergo assignauerit dictum suum fratrem ad soluendum eidem prefatum residuum dotis soluende: tamen ille non soluit residuum dotis dicte domine Margarete: ergo non est liberatus prefatus Gentilis ab illo residuo, cum intelligatur ita esse liberatus si ille delegatus soluerit. s; ille nō soluit, ergo remanet prima obligatio firma, quia debuit dare aliam personam soluentem. cum ergo non soluerit illa talis persona delegata, ergo stat prima obligatio firma, & non reuocata nec soluta. Ita ergo habuit effectum nouatio in casu nostro si ille delegatus soluerit: † quia limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. nec est opus insistere si hodie fiat nouatio, vt. l. fi. C. de nouatio. an ope exceptionis, vt per glo. & doctores in. l. ij. §. ff. de nouatio. & per Joan. de imo. in. l. penul. ff. de preto. stipulatio. qꝛ non est opus in casu nostro ingredi illum cōflictū disputandi: quia ista nouatio si nouatio dici possit, est limitata si dictus delegatus soluat. ¶ Et adduco Baldum qui indiuiduo decidit hanc questionem in. l. pro debito. C. de bonis author. iudic. possiden. in verbo, extra queritur. † Contraxi cambium cum quodam mercatore in ciuitate Pisaurū hoc modo quod ipse faceret mihi literas cambij ad quendam alium mercatorem in ciuitate Venetiarū, in quibus cōtinebat̄ ꝙ ille deberet mihi soluere, & supra se recipere illud cambiū: quas literas dedi illi mercatori Venetiarū, qui acceptauit literas: & anteꝙ mihi solueret, aufugit.[b] Queritur cuius sit periculum. refert Barto. in. l. singularia. ff. si certum petatur. dicere periculū sit creditoris si campsor Venetiarum, mihi promisit soluere: quia breui manu videtur mihi soluisse, & ego denuo penes ipsum deposuisse. sed ista ratio non videtur vera, quia pecunia non erat presens, nec solutioni parata. Sed Bal. assignat aliam rationem: quia satisfactum videtur mihi, ex quo illum acceptaui numerarium, vt. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. Item tacite est facta nouatio: quia est facta permutatio debitoris. allegat quod notat Bartol. in. l. delegare. ff. de nouationibus. Postea Baldus limitat illam doctrinā Bart. nisi prim⁹ campsor promisisset se facturum[c] et curaturum qꝺ mihi solueretur: qꝛ tūc periculū erit primi campsoris: & nō ipsius creditoris dūmodo reddat suas literas primo cāpsori. argumē. l. dissolute. C. de cōditio. ex lege. Idem dicit si primus campsor erat conscius fuge secundi cāpsoris: qꝛ tunc videtur esse in dolo, nō est liberatus, vt ibi per Baldum. ¶ Modo in proposito iste Gentilis promisit se facturū & curaturū qꝺ habebit ab ipso vel ab alia psona soluēte. s; nō curauit ꝙ soluerēt eidē ab eo quem delegauit: ergo remanet obligatus. & qꝛ presupponitur in facto ꝙ ille delegat⁹ non erat soluēdo: ergo dolose delegauit: & p cōsequens ista doctrina apponit gladiū ad hanc dubitationē. & si quispiā opponeret quod satis videtur curasse qꝺ sibi solueret ex eo quia cessit actiones

a ¶ Contractu. alexan. s.

b ¶ Aufugit. adde Alex. l. si cum dotem. §. cū mulier. solu. matrimo.

c ¶ Facturum. Ad de Bald. consi. cclxx. li. j. Pau. cōs. clxx. li. ij. j. lib. vj. consi. cxlij. in fin.

suas contra illū debitorē, q2 ad hoc respondeo quod in dicto instrumento fit mētio de ducatis triginta quinq3: ⁊ postea dicitur quos dictus Gentilis, ⁊ refert ad ducatos: promisit curare ⁊c. †quo casu licet verbū, solutio, sit largissimū, vt. l. solutionis. ff. de verb. signi. tamen quando adiungitur istud verbū pecunia, restringit illud amplum significatum ad pecuniam, vel ducatos soluendos, ⁊ capitur stricte. Ista est doctrina Barto. in. l. solutionis. ff. de verborum significat. quod dictum examinaui in rubrica de solutiōibus. ⁊ recte facit quod voluit Bal. in. l. j. ff. qui satisdare cogantur. cum ergo promiserit ille Gentilis quod curaret quod soluerent ducati, debuit ita adimplere quod ducati residui soluerentur. ⁊ sine multiloquio, ista videtur pura veritas, ⁊ indebita quod dicta Margareta agere possit contra dictos tertios possessores, ⁊ ita concludo nulla excussione facta supremo principi Deo gloria sit ⁊ in perpetuum. ¶ Et vt superius scripsi dico ⁊ consulo ego Andreas Barbatia eques ⁊c.

## Consilium. XCV. De eadem re.

Ponderatis his q̄ in themate narrantur. ¶ Puto veram ⁊ indubitatā esse conclusionem quod Margareta ad dictos cētum ducatos agere possit contra heredes dicti Gentilis, ⁊ ipsis excussis ⁊ inuētis nō soluēdo contra tertios possessores bonorū dicti Gentilis in dicta obligatione comprehensorum, nō obstantibus supra narratis, ⁊ maxime ex infrascriptis. ¶ †Et primo quod dictus ser Mattheus ad solutionē adiectus est. nulla enim verba obligatiua in eum collata sunt, sed solum respicientia solutionem. l. vero procuratori. l. si cum Cornelius. et l. aliquid. ff. de sol. ⁊ tantomagis quia est promissum per dictū Gentilem, sc3 se facturū ⁊ curaturū q dicta Margareta habebit ab ipso Gentile, seu ab alia persona soluente pro ipso Gentile dicto ser Mattheo. ⁊ sic est alternatiue promissum q̄ ipsa Margareta habebit a gentile seu ab alio ei soluente nomine Gentilis que verba etiam clare ostēdunt q ser Mattheus est adiectus ad solutionem. l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de ver. obli. ⁊. l. caius. ff. sol. mat. cum si. ¶ Et cū Gētilis pmiserit ex causa dotis dicte Margarete sue filie se facturū ⁊ curaturū q dicta filia habebit ab ipso Gentile seu ab alia persona soluēte p ipso Gētile: †talis promissio facta inter patrē ⁊ filiam ex cā dotis obligat efficaciter, vt. l. Pomponius philadelphus. ff. famil. ercisc. ⁊ not. in. l. ij. C. de inoffi. dona. ⁊ probatur in. l. si pro te. a contrario sensu. C. de do. promis. ¶ †Et tanto fortius si interuenisset iuramētū in dicto cōtractu: per id quod habetur in. c. quamuis. de pact. in. vj. ⁊ in. c. cū iuramēnto. de homi. ⁊ ibi no. doct. ⁊ per no. per Bal. in. l. fi. C. pro don. ⁊ in. l. si donatione. C. de collat. ⁊ in repeti. l. ij. in charta. xix. ff. de iureiuran. in repetitio. ¶ †Modo ita est q ille qui habet potestatē recipiēdi solutionē pro alio, non pōt nouare illam obligationem sine alio mandato illius creditoris ad quē negotiū pertinebat, ⁊ ad cuius creditoris vtilitatē solutio predicta fieri pōt, vt est casus in. l. si debitorem meū. ⁊ in. l. cui recte. ⁊ in. l. non ideo. ff. de nouat. ⁊ in. l. non abstulit. C. de noua. ergo dictus ser Mattheus cuius persona nominata fuit ad recipiendum solutionē in cōtractu inter patrē ⁊ filiā celebrato, nō potuit postea sine voluntate dicte mulieris creditricis mediāte aliqua cessione vel delegatione dicto ser Mattheo facta, nouare dictā obligationē acquisitā dicte Margarite absque ei⁹ volūtate. ¶ †Preterea etiam dici posset nullā intercessisse delegationē, sed simplicem cessionē, cum nō interuenerit promissio facta per stipulationē factam cum debitore cōtra quem fiebat cessio: ita probatur in l. delegare. la prima. in fine. ff. de noua. ⁊ in. l. iij. C. eo. tit. ¶ Et per hoc pt3 nihil ad rem facere quod dictus ser Mattheus pmiserit dicto Gētili dictam dotē conseruare ⁊ restituere in omnem euentum dotis restituende secūdū formam statutorū loci q2 cum in ea promissione nō interuenerit cōsensus dicte Margarete. Cui dubiū q ille actus per alias personas sibi nō preiudicat. l. si vnus. §. ante omnia. ⁊. l. fi. ff. de pact. ⁊ aperte probatur in. d. l. si debitorē. cum concor. ¶ Accedat ad confirmationem predictorū, †q2 dictus Petrus Gētilis frater cōtra quē cesse sunt actiones, erat inops, ⁊ nō soluēdo: ergo ⁊c. si dici posset factam fuisse delegationē dicti debitoris pro dote ad preiudicium mulieris saltē tunc ignorantis, vt est tex. in. l. si cū dotem. §. si mulier. ⁊ ibi not. ff. sol. matri. ⁊. l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. §. fi. cum gl. ff. de verb. obli. ⁊ not. in. l. si is a quo. §. fi. cum. l. seq. ff. vt in poss. lega. ⁊ no. in. l. q debitorē. per gl. ⁊ doct. ff. de fideiusso. ⁊ in proposito dici nō potest qd dicta Margareta sciēs dictū Petrum esse inopē, receperit eum in debitorem suum, attēto quod ipsa nō interuenit in dicta receptione. ¶ Per hoc etiā patet non obstare si diceret qd dicta cessio fuit datio in solutū. ⁊ sic vim solutionis habet. ergo cū posset recipere dictus ser Mattheus solutionem, videtur qd potuerit recipere dictā cessionē. Facit. l. solutiōis. ff. de sol. †q2 dico qd illud pcederet qn recepisset ser Mattheus illud quod debebatur a dicto Gentile, scilicet pecuniā, sed si recepit aliud pro alio sine consensu dicte Margarete, hoc non habet vim solutionis. l. ij. §. j. ff. si certum peta. ⁊ declarat Bart. in l. satisfactio. ff. de solutio. † quando hoc verbū soluere iungitur cum adiuncto, sc3 pecuniam, tunc verbū, soluere, accipitur stricte, requiritur qd tunc interueniat naturalis solutio rei adiuncte ad illud verbū, soluere, ⁊ non sufficit tūc qd interueniat alius actus liberationis, vel ficte solutionis: q2 talis actus nō venit sub appellatione solutionis. l. solutam. in fi. ff. de solutio. ⁊ declarat Barto. in. d. l. solutionis. eod. tit. vnde in proposito videmus q nouatio ⁊ delegatio vice solutionis funguntur. l. quāuis. §. interdu3. ff. ad velleia. ⁊. l. si rem. §. si duo. ff. de nouat. †⁊ tamen ille qui habet potestatem ad vtilitatem alterius solutionem recipiendi non poterit nouare seu delegationem recipere, vt probatur in. d. l. si debitorē. cū aliis. s. ad hoc allegatis. presertim cū receperit debitorem inopē que receptio si liberararet Gentilem donationem saperet. l. cum vir. ff. de iure dot. Constat autem quod dictus ser Mattheus deputatus ad solutionem recipiendam, donare nō poterat. l. fi. in prin. ff. de noua. l. contra iur. §. fi. ff. de pac. l. filiusfa. ff. de don. cum simi. Et propter rei euidentiam, ⁊ non mediocris insuper negotij equitatē arbitror: frustra esset vlteriora scribere. Alexand.

¶ Campsori. Ad de. J. libr. vij. consi. clxxiij.

## Consilium. XCVI. Uincentius de paliotis.

In presenti causa omissis superfluis dico quod Margareta potest petere ab heredibus dicti Gentilis eius patris ducatos centum, pro quibus cessit seu delegauit Petrū suum fratrem eius debitorē ser Mattheo olim marito dicte dn̄e Margarete: q2 stat regula in iure tradita: †qd quoties debitor alicuius cedit iura creditori suo cōtra suū debitorem, illo debitore cesso nō soluente non est liberatus primus debitor cedens. hoc primo posuit Bart. in. l. singularia. in. viij. col. ver. ego dico campsori ⁊c. ff. si certum pet. vbi voluit qd si dico campsoriᵃ quod soluat tibi illud qd debeo tibi pro pretio pannorū, vel alia causa q ante iste campsor pmisit tibi: ⁊ tunc ista solutio cedat solutio pecunie, ⁊ sic sum liberatus, vt. l. pupilli. §. j. de solutioni. l. inter causam. ff. manda. Si vero campsor non promisit tibi aliquid, sed solum dixi sibi q solueret tibi: ⁊ tunc non sum liberatus. ⁊ ideo si campsor interim cederet q astutia dicitur fallere, ego adhuc possum recurrere ad primu3 debitorem. ista sunt verba formalia Bartol. ibi Cum ergo presupponatur mihi quod dictus Petrus cessus aliquid non promiserit dicto ser Mattheo, imo erat absens tempore dicte cessiōis: clarū est quod dictus Gentilis non dicitur liberatus, ⁊ ista iudicio meo decidit casum nostrum. ⁊ istud etiā firmat Barto. in. l. delegare. ff. de nouatio. ⁊ Angel. in repe. l. j. xxvj. coll. C. de iudic. ⁊ etiā videtur fuisse intentio Jo. And. in rubrica de deposito. in additio. vbi voluit† q nunq̄ per delegationē seu cessionē factā de debitore itelligit sublata illa obligatio, nisi cōcurrat cōsens⁹ cessi. ⁊ illius qui cedit, que nō sunt in casu nostro. ¶ Hāc etiā sentētiā approbauit Bal. i. l. pro debito. in fi. C. de bo. aut. iud. poss. cuius verba nō refero ne sim trāscriptor, qui etiā magis ad literā decidit casum nostrū, pter verba apposita in instrumēto renūciatiōis Margarete vbi gētilis pmisit facturū q ipsa habebit ducatos. xxxv. ⁊c. ⁊ idē dixit per illum tex. in. l. si literarū. C. de solu. ⁊ hoc etiā tenet Ang. in. l. j. C. etiam ob chirographaria3 pecuniam. ¶ Preterea illa verba apposita in instrumento cessionis dum dicūt quod dictus Gentilis dedit, tradidit, ⁊ delegauit, cessit: ⁊ concessit insolutum ⁊ pagamentum dicto ser Mattheo ⁊c. Inquantum continēt dationē in pagamētū nō preiudicāt. d. Margarete: q2 etiā re vera tradita ⁊ postea euicta agitur. prima actiōe, vt voluit Barto. post glo. in. l. libera. C. de sentē. ⁊ in. l. si quis aliā. de soluti. ergo multo magis quādo nunquam ad manus creditoris peruenerit. ¶ Item nec vi delegationis possunt verificari: quia delegatio non fit nisi promittente delegato. l. nec creditoris. cōiuncta glos. l. j. C. de noua. Sed in casu nostro iste Petrus delegatus nūquā pmisit: quia semper fuit absens. vt. s. dixi. ¶ Nec etiam vigore cessionis possunt

nis possunt verificari:qꝛ per cessionem nõ fit nouatio cũ nõ sit necesse ꝙ cessus consentiat cum possit fieri eo inuito.d.l.j.C.de nouatio.ergo si non fit nouatio non dicit̃ sublata prima obligatio dicti Gẽtilis,q̃ non tollitur nisi aut soluti,que duret aut noua.vt insti.quib.mod.tolli.obli.d.l.libera.Et hanc sentẽtiaʒ approbauit Joã.de imo.in.l.delegare.iij.col.ff.de noua.†vbi dixit ꝙ ꝑ delegatiões qs liberatur:quia similis est soluenti.l.inter causas.§.abesse.ff.mandati.⁊.l.si mandato meo.§.fi.ff.eo.titu.quod dixit esse verum post Ang.ibi quãdo ille q delegat̃ promittit per stipulationem per ea que habent̃ ibi,⁊ in.l.ij.C.de noua.secus si dicit ipse,si ille qui delegat̃ non promittit per stipulationẽ:sed forte cõstituit se soluturũ:qꝛ nec olim nec hodie fit nouatio:⁊ ideo dicit ipse ꝙ cauti debent esse mercatores qui cupiunt omnino liberari qñ dãt alium ꝓmissorẽ qꝛ faciãt qd ille ꝓmittat ꝑ stip.vel quod agant expresse ꝙ fiat nouatio,ꝙ hic non fuit factum.ergo ⁊ ita intelligatur Bal.in.l.fin.C.ad.l.falci.Uincentius de paliotis.

# Summarium.

1 Epistola inferioris habentis potestatem legis condende non habet vim legis.⁊ nu.5.
2 Factum aliquid esse vel destinatum non sunt paria.nu.6.7.8.
4 Princeps si venit contra pactum,habetur pro casu fortuito.
10 Princeps pacto contrauenire non presumitur.

# Consilium.XCVII.

Alias de facto cõsultus respondi[a] Leonardum de ceratis non teneri facere vllam remissionem Desiderio de grossis ⁊ socijs ꝑ concessione aditiõis datij Macine ciuitatis Parme attento ꝙ nullũ factũ fuerat restaurũ nullaqꝫ remissio per dñm Ducem conductoribus ordinarij datij macine occasione pestis q̃ eo anno fuit in dicta ciuitate Parme attento qd in cõcessione facta ꝑ Leonardũ dicto desiderio ⁊ socijs,actum erat qd quatenus accideret qd pestis eo anno vigeret in ciuitate Parme adeo qd ꝓpter ipsam pestẽ prefat⁹ dux seu agentes ꝑ ducali camera aliquod restaurũ vel remissionẽ faceret ꝓ datio ordinario macine spectãte ad camerã ꝙ tũc in eo casu teneantur dict⁹ Leonardus ⁊ socij facere p̃dicto desiderio ⁊ socijs restaurũ ⁊ remissioneʒ pro ipsa aditione macine cõis parme pro rata eius ꝙ tũc ⁊ eo casu realiter ⁊ actualiter ⁊ cũ effectu faciet dñs dux seu agentes ꝑ ducali camera cõductorib⁹ ipsius datij macine ad camerã spectãtis,nõ aľr alio quouis modo nec casu aliqd restaurũ seu remissionem facere teneant̃:nec obligati sint predicti Leonardus ⁊ socij ꝑ ea q̃ in ipso cõcilio allegã.⁊ ita audiui iudicatum fuisse.¶ Fertur tñ ꝙ in cõtrarium allegabãtur aliqua ⁊ precipue vnũ capitulũ quo cauetur quod datiarij ciuitatis Parme superueniente in ea ciuitate causa pestis q̃ sit notabilis restaurari debeant datiarij secũdũ ꝙ determinauerint ⁊ declarauerit referẽdari⁹ parme ⁊ duo alij eligẽdi ꝑ dños magistros intratarũ ducaliũ ꝑ pte ducalis camere ⁊ tres datiarij aut tres ciues pro vite ⁊ conditionis eligẽdi ꝑ omnes datiarios,quorum declarationi stetur:tam pro parte ducalis camere quaʒ ipsorũ datiariorum stãtibus quibusdam literis regulatarum magistrorũ intratarum ducalium per quas scribitur referendario Parme sub hac forma.Egregie frater honorande nostre intentionis est ꝙ in incantu q modo per vos fieri dʒ ꝓ datijs illi⁹ ciuitatis pro anno ꝓxime vẽturo declarari debeat ꝙ illud capitulũ incautũ,earũ datiariorũ de casu pestis publicari ⁊ ꝙ locũ habeat ⁊ obseruet̃ ꝓut iacet. Qdque datiarijs in causis datiorũ ius summarium fieri debeat vt lati⁹ in dictis literis cõtinetur,⁊ in fine datarum literarum dicitur ⁊ ita obseruari faciat.Et dicte litere vr̃ quod debeãt ꝑ lege seruari:†quia quoties aliquid per epistolam seruari mandatur ab eo qui põt disponere talis epistola vim legis habet.l.itẽ veniũt.§.ceterũ.ff.de pe.here.⁊ ibi no.Ang.vbi per illum tex.colligit qd litere transmisse per principẽ seu per eũ q habet potestatem.l.cõdende debeant ꝑ iure seruari in omnibus causis:⁊ sic inter aľs psonas hʒ vim.l.ꝑ illum tex.⁊c.c.⁊ in causis.de re iudi.¶ Si ergo litere bene emanẽt in eadẽ causa vnde allegat̃ ꝙ ꝑ dictas lr̃as videtur facta remissio,⁊ sic verificata sunt verba instrumenti concessionis facte dicto desiderio ibi dũ in instrumento dicit̃ realiter ⁊ actuaľr ⁊ cũ effectu faciens remissionem prelibatus domin⁹ dux ⁊c.¶ Et ad hoc etiã allegat̃ pro parte Desiderij de grossis ⁊ sociorũ id qd habetur in.l.vestimẽtorum.ff.de auru ⁊ arg.leg.⁊ qd ibi no.docto.vbi apparet†paria esse aliquid factũ,vel destinatũ fieri.Sed ꝑ dictas literas est destinatũ fieri restaurum per agẽtes ꝓ ducali camera:ergo pro facto haberi dʒ.¶ Adducitur etiam ꝓ parte dicti Desiderij qd in fine dictarũ literarũ dicit̃,⁊ ita postea obseruari faciatis,⁊ esse in obseruantia dicitur illud qd est,in esse formato:qꝛ id ꝙ nõ est,obseruari nõ põt:sed id qd,est obseruari potest:qꝛ actus actiuorũ sunt in patiente bñ disposito.⁊ ꝑ hoc informauit allegãtes ꝓ desiderio qd ꝑ dictas literas remissio est facta actualiter,⁊ cuʒ effectu in genere,licet non in specie†⁊ ideʒ debet operari dispositio in genere qd operatur dispositio in specie.l.qui iure militari.ff.de testamẽ.mili.⁊ qd no.doct.in.l.sub pretextu.la.ij.C.de trãsactio.⁊ An.in.l.tres fratres.ff.de pactis.¶ Ad idẽ aducũt:qꝛ illud qd destinat̃ vt futurũ ⁊ mãsum sit florẽtie lʒ sit hic tñ dʒ esse Flo.l.ex facto.§.rerũ.ff.de hered.insti.in clemen.ne Romani.de elec.ergo cũ in dictis literis appareat destinatũ esse qd ob pestẽ futurã fiat restaurũ,ꝑinde est ac si factũ fuisset:qꝛ destinatũ hr̃ ꝓ effecto.l.⁊ si nõ sint.§.infecti.ff.de auro et argẽ.le.⁊.l.fundi.§.fi.ff.de act.emp.⁊.l.fi.in prin.cum gl.in versi.dederit.C.de do.ꝓmis.¶ Adducunt etiã ꝙ illa ꝟba apposita in instrumẽto scʒ actualiter ⁊ cum effectu relata ad superiora nõ possunt capi ꝓ actuali restauratione:qꝛ nõ possumus.l.imponere superiori.c.ij.de maiori.⁊ obediẽ.¶†Adducũt etiã qꝛ si pñceps veniat ꝯ pactũ videtur esse casus fortuit⁹ insolitus.qꝛ princeps tenetur seruare cõuentionẽ.c.j.de ꝓba.⁊.c.j.de na.feu.⁊ no.docto.in.l.digna vox.de legibus.⁊ si qs assumpsit in se periculum casus fortuiti non videtur intellexisse de casu fortuito insolito.l.fistulas.§.tormẽta.ff.de cõtrahẽ.emp.l.Seio.§.medico.⁊ ibi no.Bart.ff.de annuis leg.vnde cũ insolitum ⁊ inauditũ sit qd princeps non seruat pacta:ideo illa ꝟba gñalia apposita in instrumẽto,scʒ nec aliter nec alio modo,non referunt̃ ad istũ casum insolitũ.⁊ etiam illa ꝟba vel alio quouis mõ,non debẽt intelligi de casu insolito ꝑ notata ꝑ gl.in clemẽti.ne Romani.de elec.⁊ illa dictio tũc,posita in instrumẽto,lʒ denotet extremitatẽ tẽporis.l.iiij.ff.de cõdit.⁊ demon.tñ satis est qd illi magistri destinauerũt seruare illud ca.⁊ dicta dictio,tunc,refertur ad illam extremitatẽ,⁊ partes in instrumẽto considerauerunt principem aut officiales ita facturos.vnde si nõ fecerũt nõ debet preiudicare iuri istorum,vt in regula,non debet.in regula,sine culpa.de reg.iu.in.vj.¶ Hec sunt q̃ pro eorum ꝑte allegant.⁊ cum supportatione allegãtis videtur adeo leuia ⁊ fragilia,qd non esset opus respõdere si recte sentio:tamen vt petenti morem gerã breuibus respondebo.¶†Et primo,dum dicit̃ ꝙ epistola inferioris a principe habente potestatẽ.l.condende hʒ vim.l.etiam in alijs causis seu inter aľs personas ꝑ no.per Ang.in.d.c.ceterum.dico in hoc ꝙ veritas est in cõtrariũ,vt tenuit ipsemet Ang.in.l.j.in prin.quem ibi moderni sequuntur.ff.de ferijs.⁊ ibi no.ꝑ gl.in ver.derogare oportet.ꝑ quã dicit ibi Ang.quod licet sententia ⁊ epistola principis in vna cã habeat vim.l.generalis in alijs causis.l.fin.C.de le.l.j.ff.de constitu.princi.⁊.d.c.in causis.tamẽ secus est in inferiori a principe quantũcunqꝫ haberet potestatem.l.condende.vt in gl.p̃allegata.¶ Nec obst.tex.in.d.§.ceterũ.qꝛ loquitur in potestate principis ⁊ ita etiã legẽdo.d.l.j.de fer.sum solit⁹ sequi illam opinio.quã ibi tenet Ange.⁊ reprobare illam quam ipse ponit in.d.§.ceterum.¶ Preterea non puto insistendum circa hoc an habeat vim legis vel nõ qꝛ posito quod vim legis habeat,tamen dico quod per hoc nõ sumus in casu quo scdm formam cõtentorum in dicto instrumẽto debeat fieri remissio Desiderio eo casu quo realiter ⁊ actualiter,⁊ cum effectu fieret remissio ꝑ dominum ducem datiarijs ordinarijs datijs Macine ⁊ pro rata eius restauri quod faciet realiter ⁊ actualiter prefatus Dux.⁊ non aliter nec alio modo qui casus nullo modo est verificatus,vt in consilio per plura probaui. Solum restat respondere ad ea q̃ in contrarium allegantur.¶†Et non obstat quod destinatio habeat̃ ꝓ facto vt in iure supra allegato.quia respondeo ex doctrina quam in isto brocardico articulo tradit Bartolus in lege cetera.§.fin.ff.de leg.j.vbi tractat plenius quam alibi an destinatum habeat pro facto.⁊ Albericus de rosatis secunda parte statutorũ.q.ccv.Et ibi quo ad ꝓpositum dicunt ꝙ si opus destinatum[b] nõ erat adhuc ceptum fieri non habetur pro facto.l.ligni.§.si lignuʒ.⁊.l.lanam.de leg.iij.imo si erat ceptum fieri,tamen illud quod erat ceptum erat adhuc valde remotum ab illi in quo res destinata est destinatio nihil operatur.l.librorum.§.si neque cepti.ff.de legatis tertio.¶ Sed in proposito nostro non erat destinatum ab illustrissimo duce cõductoribus datij ordinarij fieri debere istam remissionem pro isto anno pro quo agitur:⁊ nihil de hoc apparet.⁊ non obstant dicte litere magistrorum intratarum ducalium:qꝛ ille non dicunt plusquam capitulum ipsum nec affirmãt eo

a ¶ Respõdi.s.li.j.consi.iij.

b ¶ Destinatũ ro.cõsi.clxxxviij.fin.ciij.Fran.cre.sing.lix.alex.iaso.d.l.cetera.§.fi.late fel.c.cum adeo.de rescrip.cor.cõs.xlix.lib.iij.And.tiraq.in consu.picto.tira.trac..§.j.gl.vij.nu.cv.consi.seq.

anno de quo agit͂ eẽ aut fuisse notabilẽ pestẽ in ciuitate Parme ꝑpter quã fieri debeat remissio. sed dicũt ꝙ cap. seruari debeat ꝙ etiã fieri debuisset absq ipsis lr̃is. ⁊ sic exprimunt id ꝙ tacite inerat, ⁊ ꝑ cõsequẽs nihil opant͂. l. nõ recte. C. de fideicõ. l. si arrogator. ff. de adop. l. iij. de leg. j. vñ ille litere nihil ponũt in esse: q̃r referũt se ad ca. ⁊ capitulũ loq̃tur sub cõditiõe dũ dicit eueniente casu notabilis pestis, que verba faciũt cõditionẽ. l. a testatore. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. euictis agris. ff. de vsur. ⁊ non erat declaratũ tẽpore quo dicte litere emanabãt quod euenisset casus notabilis pestis, propter quez esset locus remissioni. imo forte tunc nulla suberat pesti: quomodo ergo põt dici q̃ litere dicte ponãt in esse remissionẽ: q̃r illud quod est in conditione habet se ad esse ⁊ nõ esse. l. si pupillus. §. qui sub cõditiõe. ff. de noua. l. cum ad tempus presens. ⁊. l. itaq. ff. si certum pe. l. cũ hi. ff. de iniusto testamento. l. cedere diẽ. de ver. signifi. ¶ Et dũ in literis dicit͂, ⁊ ita obseruari faciatis de necessitate intelligitur eueniẽte. d. cõditione, ⁊ factis declarationibus super remissione de quibus in capitulo, alias nõ esset ita obseruare, vt in. c. cõtinet͂: nisi predicte cõditiones purificãtur de quibus in capitulo ad q̃ fit relatio. l. illa institutio. ff. de cõdi. insti. l. asse toto. ff. de hered. insti. lege si ita scripsero. ff. de condi. ⁊ demon.

7 ¶ † Preterea ad hoc vt destinatũ habeatur pro facto requiritur q̃ deuentũ sit ad aliquod opus non valde remotũ a destinato, vt dixit Bar. in. d. l. cetera. §. fi. ⁊ dixi. s. ¶ Sed ad hãc remissionem realem ⁊ atualem faciendã dicto anno per. d. ducem quam isti dicunt fuisse destinatam, nihil erat preparatum saltem q̃ nõ esset valde remotũ a remissione: nam nõ erat deuentum ad electionem qui haberent taxare remissionẽ, ⁊ nihil penitus actus erat ⁊ litere nihil disponebãt vltra capi. q̃o ergo dici potest q̃ destinatum habeatur pro facto. ¶ Fortius ꝙ hic nulla fuerit destinatio ad istam remissionem faciendam. nam iura que dicũt ꝙ destinatũ habetur pro facto loquunt͂ q̃n is ad quẽ pertinebat dispositio actus erat in proposito faciendi, nõ autẽ animus eius habebat se ad facere: quia tũ diceretur destinatio ad faciendũ: q̃r imo anim⁹ diceretur esse in pendenti cũ nõ magna se haberet ad faciẽdũ. l. his qui destinauit. ff. de rei ven. l. quod in rerũ. §. si non potest. de leg. j. ⁊. d. l. liberorũ. §. sed neq cepti. cũ si. ¶ Preterea alias sequeret͂ ꝙ illa verba apposita in instrumẽto ꝙ tũc ⁊ eo casu dñs actualiter ⁊ realiter ⁊ cum effectu faciet remissionẽ ⁊ nõ alr̃ nec alio mõ fieri debeat per dictũ Leoñ. ⁊c. nihil operarent͂ q̃r attẽto q̃ extabat dictuz capitulũ loquẽs de remissione, deberem⁹ dicere q̃ erat destinat⁹ ergo debet haberi pro facto, attento q̃, vt dixi, litera dictorũ magistrorũ nihil plus operaret͂ quo ad ꝓpositũ quã faciat capitulũ nõ est dicendũ q̃ illa verba instrumẽti maxime tam precisa nihil operent͂. l. si q̃n. in prin. de lega. j. hanc legem. ff. de cõtrahen. emp. c. si papa. de priuilegijs. in. vj. ¶ Rursus

8 responderi potest † quod vbi exigit͂ facti essentia ibi destinatum non habet͂ pro facto. l. in tantũ. cũ. l. se. Etiaz põderat ibi Bald. in illa. l. seq. ff. de rerũ diui. ⁊ pro hoc etiã allegat. d. l. fundi. §. item q̃ insule. ff. de act. emp. idez probat͂ in. l. si nondum. C. de furtis. ⁊ ibi Bal. in fi. ad hoc illũ text. ponderat. ¶ Sed per verba dicti instrumẽti apparet euidenter q̃ contrahentes voluerũt attendi verã essentiã, dum loquunt͂ per illa verba realiter. actualiter cũ effectu faciet. non enim video per que verba magis potuisset declarari q̃ attẽdi debet vera essentia facti, ⁊

9 nõ potẽtiã seu destinatio: † q̃r differẽtia est inter facere ⁊ velle facere. ⁊ facere dicit͂ qui actu facit, facere velle in sola volũtate. lxxxvj. dist. nõ satis. ⁊. c. j. ⁊ ibi not. de eo qui mittit͂ in possess. causa rei seruan. cum concor. ibi allega. vnde videm⁹ ꝙ non sufficit verbalis oblatio. sed requirit͂ realis. l. qui. x. §. idem responsum. ff. de solu. l. seruus si heredi. §. fi. ff. de statu lib. no. doc. in. l. pretor. §. si quis paratus. ff. de operis no. nũcia. ⁊ in. l. acceptam. C. de vsur. cũ simi. ¶ Et nõ obstat. l. fi. C. de dotis ꝓmiss. q̃r ibi ratione subiecte materie accipiebatur verbũ dederit, scilicet destinatione, q̃r si ibi actu dedisset, pater dotẽ pro filia ex ipsa donatione apparuisset de cuius patrimonio datuz fuisset ⁊ sic cessasset questio de qua in illa. l. dubitabat͂. hoc etiã ostendunt verba sequẽtia ibi dum dicit, fecisse ꝓmissionẽ ⁊c. ⁊ sic sequentia declarãt precedentia. l. qui filiabus. in prin. l. si seruus plurium. in fin. de lega. j. Sed in casu nostro verba instrumenti et omnia patiunt͂ secundum propriam significationem verba importare actualem remissionem, ⁊ non predestinationẽ que etiam in veritate nõ interuenit, vt dictũ est. ¶ Et per hoc apparet esse respõsum ad illud quod dicit͂ quod fuit facta remissio in genere, ⁊ quod tantum valet quantũ si esset facta in specie: quia dico q̃ nõ est facta in specie, nec in genere, sed solum eo modo quo cõtinebatur in instrumento predicto. ¶ Cõfirmantur predicta, quia in facto presupponitur ꝙ post tempus allegate pestis cum instarent cõductores datij Macine, ⁊ cogerent integraliter ad soluẽdum, ⁊ quod dux nolebat illum restaurum facere, ⁊ ita fuerũt coacti integraliter soluere: ⁊ sic apparet quod nec re nec destinatione fuit factũ restaurum, sz sufficit quod re nõ fuerit: quia ita vult instrumentum. ¶ Non ob. quod nõ possumus. l. imponere superiori. ⁊ ideo illa vba actualiter ⁊ cũ effectu relata ad superiorem non possunt accipi pro actuali restauratione, q̃r certe hoc nõ est respondere. nam Leonardus non dicit quod ipsi cõtrahentes imposuerũt. l. superiori. Sed quod imposuerũt. l. tractatui ipsorũ, q̃ facere potuerunt. l. j. §. si conuenerit. ff. depositi. l. veteribus. ff. de pactis. ¶ Voluerunt ergo quod ita demũ Leonardus faceret remissionẽ Desiderio, si princeps faceret remissionẽ alijs conductoribus, hoc enim non est imponere. l. superiori. ¶ Nõ ob. quod non videatur quis assumere in se periculum casus fortuiti inso

10 liti, ⁊ quod principem non seruare pacta, est inauditum: † q̃r respondeo quod non sequitur: princeps non facit remissionem conductoribus datij Macine: ergo non seruauit pactũ: q̃r potuit esse q̃ pactum non limitabat in casu isto, vel q̃r nõ fuerit illa pestis notabilis de qua loquit͂ pactum. vel alia ratiõe motus fuerit princeps: nam presumitur principez iuste facere, ⁊ ex causa moueri: vt no. Cy. in. l. rescripta. C. de pci. ipe. offe. ⁊ Jacob⁹ bu. in. l. fi. si cõtra ius vel vtil. pub. ⁊ in cap. q̃ in ecclesiarũ. de consti. ⁊ in. c. cũ inter. de renunci. ⁊ per Bald. in. l. si testamentum. C. de testamẽtis. cum similibus. ¶ Nec puto illud esse ita inauditum quod princeps quandoque aut agentes pro prin-

11 cipe non seruent ea que in capitulis continentur. † ¶ Nã etiaz interdum licitum est principi inferiori transgredi. l. ex causa. vt dicit Innocen. in cap. j. de constitut. ⁊ patet ex. l. quid ergo. §. pena granior. cum ibi no. ff. quibus ex cau. infa. irro. ⁊ in principe, vt dixi, presumitur iusta causa. ¶ Secũdo respondeo quod lex in dicta. l. fistulas. §. frumenta. de directo dicat contrarium

12 eius ad quod allegatur per aduersarios Leonardi. † Nam ibi probatur quod assumens in se periculũ casus fortuiti videtur intelligere de casu insolito. ⁊ ita illam text. ad hoc ponderat Bald. ⁊ Angel. Fulgo. Roma. in. l. sed ⁊ si quis. §. quesitum. ff. si quis causa ⁊ Jmol. in. c. j. de commo. dicentes quod Bartol. in dicto. §. quesitum, male allegauit text. in dicto. §. frumenta. ⁊ ita est de mente Salycet. in. l. licet. ad fin. C. loca. ¶ Nec ad hoc obstat textus in dicta. l. Seio. §. medico. quia loquitur in casu satis diuerso ⁊ remoto a materia nostra. in quo est tex. in dicto §. frumenta. Tamen in hac vltima responsione non facio efficax fundamentum, quia non expedit stantibus alijs responsionibus supradictis, ⁊ profecto allegata in contrariuz nullatenus vigere videntur, ideo predicta plusquã satis sufficere puto, ex quibus concludo non esse locum remissioni petite. Alexander.

## Epitome.

¶ Sufficit terror armorum ad incutiendum metum istũ qui non purgatur per signa consensus durante causa.

## Consilium. XCVIII.

Quoniam per excellentissimum supra consulentem adeo eleganter ac recte ad propositũ allegatũ ⁊ conclusum est, vt nullus additio locus esse videatur, tũ ne ad rẽ ipsam inconsulte accessisse videar, paucis infra dicendis eiusdem prioris domini consulẽtis iudicium confirmabo. ¶ Jllud in primis domini iudicantis sapientie cõmemorans coactis nuptijs fauendum non esse: quoniam vt inquit Papa in cap. requisiuit. ⁊ in. c. cum locum.

1 de spõsa. † coacte nuptie difficiles seu malos habere consueuerũt exitus. Uisis itaq attestationib⁹ vtrinsq partis existimo de metu esse taliter probatũ, vt prefatus nobilis domin⁹ Hieronym⁹ a petitione domine Laure venit absoluendus, ⁊ cõsequenter non esse legitime probatum de purgatiõe metus asser

2 torum sponsaliorũ. ¶ † De metu enim optime videtur probatum, quia omnes testes inducti pro parte dñe Laure excepto dicto nobili dño sancto Barbarico deponunt de insultu facto per nobilẽ Andreã Barbaricũ, vna cũ Joanne filincapo, quorum quilibet habebat arma offendibilia. constat autẽ terrorez armorũ dici iustũ metũ, etiam absq eo ꝙ habẽtes arma illi vsi

3 fuerunt. † ⁊ sic absq vlla adminatiõe vel percussione vel cõminatione sufficit terror armorum. l. iij. §. qui armati. ⁊ ibi notant doctores. ff. de vi ⁊ vi armata. ⁊ notant gl. ⁊ docto. in. l. j. C. vñ vi. ¶ Et hoc procedit etiã si ille qui cũ armis accessit, arma deposuit,

posui, vt vult glo. j. in dicto. §. qui armati. quam Ang. ibi dicit diligentissime notandū ad hoc videlicet, vt ille qui insurgit cō tra aliquem licet arma deponat antequam aliud faciat tamen illud ꝙ facit dicitur armis fecisse. ¶ Hoc est in proposito pon derandum quo ad testes domine Laure, qui videntur depone re quod postquā arma fuerant deposita ⁊ extra camerā porta- ta, ex quo index veritatē habet: qꝛ arma ⁊ facultas illis vtēdi erant in potestate, ⁊ arbitrio domini Andree: non ita in arbi- trio domini Hieronymi: vñ satis dicebatur dictus Andreas, adhuc habere arma, cum essent in custodia sua. ⁊ ad omnē eius voluntatem parata. l. quoties. §. in potestate. ⁊ l. in delictis. in principio. ff. de noxalibus. l. iij. §. nerua filius. ff. de acqui. posse. l. qui potest facere. ff. de regulis iuris. ¶ † Dicitur etiā iustus metus in constantē virū, quando quis dephensus est in adul- terio, vel in alio flagitio: ⁊ propterea timuit ne occideretur, vel aliter in corpore affligeretur, vel si ob id se aliquo ꝯtractu obli gauit totum rescinditur, velut iusto metu factū. l. metū aūt nō vim hominis. cum duabus. ll. sequentibus. ff. qd metus causa. ¶ Et hic est casus noster. non enim ad hoc vt possit iustus me tus cadens in constantem virum est necesse qd quis expectet se primo vulnerari aut cruciari, vel qd inferant mine mortis, vel cruciatus corporis si non contraxerit, vt patet in iurib⁹ p̄- allegatis: tunc enim non est metus vulnerum vel cruciat⁹, sꝫ es set illatio ⁊ cruciatus: sed quando timet quod vulnera vel cru- ciatus inferrent: tūc proprie dicitur metus. ¶ Accedit qd no. gl. in capitulo bone. el primo. in verbo metuebat, de electio. q̄ dixit † qd solus timor violentie inferende est iustus metus ad infringendam electionē tanquam metu factā. quamuis ista im pressio nō fuerit secuta. ⁊ dicit ibi Inno. in. c. cū a nobis olim. in gl. in verbo. nulla. co. tit. quod sufficit ꝙ subsit causa propter quam debemus timere futuram violentam impressionem, ad hoc vt dicatur iuste timuisse: licet in veritate impressio nō fue- rit secuta, neque etiam cōminata: quia non debet quis se subij- cere periculo ⁊ iusta causa timendi futuram impressionem alte rius, que est quando quis alicui iniuriā vel offensam fecisset, a quo nunc videt quod posset offendi. hec enim est iusta causa ti- mendi futurā impressionē. ita patet in dicto. c. bone. el primo. cum ibi notatis. ⁊ in dicto. c. metum. cum duobus sequentib⁹. ¶ Et pariter requiritur libera volūtas absq; metu in electiōi bus prelatorū, ⁊ sic in vinculo spirituali siue in carnali, vt no. glo. in dicto. c. bone. in verbo metuebāt. facit. c. ij. de trāsl. prel. iuncto. c. cū locum. ⁊. c. veniēs. el primo. cōsultationi. cū simi- libus. de spōsa. ⁊ hic est casus noster: nā domin⁹ Hieronym⁹ iniuriā propter stuprum cōmissuꝫ cuꝫ domina Laura nepte sua intulerat dño Andree. l. miles. §. socer. ff. de adul. l. isti q dem. §. penul. ff. quod metus causa. merito iuste ab eo time- bat impressionē nisi Lauram in vxorem accepisset. ¶ Acce- dat probatio facta per testes inductos ꝓ parte dñi Hierony mi, ⁊ maxime per Christophorum, ⁊ Antonium zazorum, ⁊ nobilem dominum Cōtarenū: qui deponūt se audiuisse ma- ximū strepitum ⁊ admirationes in camera, vbi erat illa no- cte domin⁹ Hiero. ⁊ dominū Hieronymū dicētē nō me ama zate. ⁊ plus dicunt Christophorus ⁊ Antoninus qd audie- rūt illū dictū Hieronymū cuius vocem notam habebāt dicē tem quod volebat accipere dominā Lauram in vxorē, ⁊ post ea viderunt dominū Hierony. quam primū exiuit de illa do mo esse cruentatū ⁊ decapillatum, ⁊ dicentem se per metum fuisse coactū. certe tot coniecturis cōcurrētibus videt arbi- trādū de metu esse probatum, etiā ad effectū impediendi ma trimonij ꝑ notata in. c. ꝓpterea. per glo. ⁊ doc. de testi. † nā ad probandum vim vel metū seu torturā illatam in camera, suf- ficit probatio per indicia vel coniecturas[a] propter difficulta- tē ꝓbationū, vt inquit Bar. in. l. si quis in hoc. C. de episco- pis ⁊ cle. ⁊ Ang. in ꝯsil. ccxvij. inci. Uisa narratione facti. vn de facit quod notat Bar. in. l. de pupillo. §. si qs ipsi p̄tori. in viij. questione. ff. de operis no. nūcia. ⁊. l. si quis ex argētarijs. §. pe. ff. de eden. ¶ In his enim in qbus est difficilis ꝓbatio lex cōtenta est probatione per indicia ⁊ cōiecturas. l. nō oēs. §. a Barbaris. ff. de re mili. l. filium diffinim⁹. ff. de his q sunt sui vel alie. iu. c. licet ex quadā. de testi. ⁊ no. doc. in. c. si. qd me tus causa. ⁊ Bar. in. l. in illa stipulatione si calendis. ad fi. de xb. ob. ⁊ in. l. si quādo. C. vñ vi. ⁊ Fed. de senis. in consi. cxviij. incipiente, nulli dubium. Spe. in titulo de fur. ver. penul. cuꝫ fi. ¶ Et corroboratur dictorū istorū testiū domini Hierony. id qd deponunt testes domine Laure, maxime In. filamca pus, etiā vxor eius. qui deponunt ꝙ dñs Hiero. tēpore quo agebatur de contrahendo matrimoniū dicebat se non facere libēter. ¶ Et non videtur aliquo modo probatū quod tpe matrimonij fuerit purgatus met. vt bene deductū est per do minum cōsulentē ⁊ maxime per id quod habet in dicto. c. cō sultationi. in cap. ad id. cū ibi notatis per doc. de sponsa. ⁊ in ca pitu o primo. cum ibi notatis quod metus causa. Nam domi- nus Hiero. vt dicunt testes, ingressus est domum domini An dree circa secundā horaꝫ noctis, ⁊ predicta postea facta fuerūt circa quartā horaꝫ noctis. vnde nō potest dici tam breui spatio existentis soli in camera seorsum a socijs suis ꝙ fuerit purga- tus metus. ¶ † Dicit enim Bald. in. l. j. C. quod metus causa. qd quādo post metū illatum, ⁊ post contractum factum ꝑ me- tum secutus est act⁹ tendens ad probationem ipsius p̄cedētis cōtractus. si talis probatio incōtinenti subsecuta est, tūc in du bio non inducunt voluntariaꝫ approbationē, neqꝫ intelligit purgatus metus. allegat id quod no. in lege. j. §. que honoran- de. ff. quarū rerum actio non datur. si auteꝫ ex interuallo distin guit. aut subest eadē causa[b] metus: ⁊ tunc non dicitur approba tio alias sic, vt in dicto. c. j. cum ibi no. quod met⁹ causa. l. nam ⁊ seruius. in principio. ff. de negotijs gestis. ⁊ no. Innoc. in. c. causam. de offi. delega. ⁊ Bar. in. l. penul. ff. de cōdi. ob tur. cau. ⁊ Bal. in. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquirē. here. ⁊ est communis cōclusio doct. ¶ Bene facit quod no. Bar. in. l. j. §. diuus. ff. de questionibus. ⁊ qd not. Angel. in. l. ij. C. de custo. reo. ⁊ sic dicit Ange. † qd hoc vt confessio per metum ⁊ impressione tormēto rum facta dicatur spōte approbata, debet fieri ꝑ vnū diē post. ⁊ vnam noctem post tormenta alias dicetur facta metū tormē. Accedit quod consuluit Gaspar de calda. in cōsilio. ij. super ti- tu. qd metus causa. vbi cōsuluit ꝙ si matrimoniū fuit contra ctum per metū, non intelligitur ratificatū per contractū dotis factum, postea ꝑ tres vel quatuor horas: qꝛ ex vicinitate actuū iudicādum est metum durare. allegatur id quod habetur. xxxi. questione. ij. c. Lot. ⁊ dicto. c. j. quod metus causa. cum ibi nota. et consuluit Petr. de ancha. in consilio. cc. incipiente, facit du bium quod per traditioneꝫ mulieris ad domū viri, si ipsa post modicum tempus recessit ⁊ ad domum suam redijt: non presu- mitur ad viro carnaliter cognita nec ratificatum matrimoniū cui mulier a principio coactum ⁊ meticulosum consensum pre stiterat per id quod habetur in dicto. c. ad id quod. de sponsali bus. in fi. Alexan. de tartagnis.

## Consilium. XCIX. Alexan. de neuo.

in fauorē heredum Simonis, quia dicit quod Simon dicebat quod obuenerat sibi in partem vna tertia pars bonorum a pānochia supra, ⁊ quod permittebat vti eis. ⁊ dicto Andriolo absq; solutione alicuiꝰ effectus. ¶ Franciscus quartus testis deponit ad fauorē dictorum heredum Simonis: q̄r dicit quod Benesius dicebat q̄d volebat facere finē Gregorio de preterito, sed volebat q̄d recognosceret ab eo bona ista pro futuro tēpore. Philippus non probat: quia dicit quod audiuit Simonem dicere quod obuenerant Andriolo omnia bona a pānochia supra. Et istud tamen est falsum: vt patet ex predictis instrumentis per que apparet rem aliter se habere, ⁊ sic dictam confessionem velut erroneam nō nocere, vt supra dixi. ¶ Et licet iste testis subiungat q̄ Simon dixit q̄d nec dicta bona a pannochia supra estimarentur, ⁊ taxarentur, fecerat instrumēta locatiōis Andriolo de terris de sancto Martino, ⁊ de aliis existentibus a pannochia supra. ⁊ fecerat instrūa ipsi Andriolo finis. licet nihil occasione dictorum bonorum habuisset: tamen non releuat, quia iste testis non deponit quod Simon dixerit instrumenta diuisionū simulata fuisse, aut facta propter onera euitanda, sed solū dicit de instrumentis locationum, ergo firma manent instrumēta diuisionum que sufficiūt pro intentione heredū Simonis, ⁊ per que instrumenta diuisionum etiā detegitur q̄d locationes nō poterāt dici simulate, q̄tum ad ostendendū q̄ bona essent dicti Andrioli. bene stare potest q̄d in veritate non recepisset effectū Simon, licet confiteretur habuisse. Sed hoc q̄d nō recepisset effectum non preiudicaret Simoni, sed potius esset ad cōmodum eius: vt in. l. in contractibus. in princip. cū ibi not. C. de nō nume. pecu. ¶ Preterea iste testis deponit de confessione facta absente parte, ⁊ est singularis. ⁊ per hoc etiam non potest obstare quod iste testis dicat Benesium dixisse q̄d pater suus voluerat quod habeat aliquid in nominibus vn̄ originē traxerunt: q̄r p hoc nō dicit aliquid de simulatione. ⁊ vt dictū est in hoc etiam est singularis. ⁊ deponit de verbis prolatis parte absente. ⁊ de errore confessionis apparet per dicta instrumenta. ¶ Non obstat illud quod deponit Marcus testis sextus qui dicit audiuisse a dicto Simone quod non poterat dari modus exonerandi, nisi fieret venditio de aliqua parte bonorum alicui amico: quia propter ea talia bona vendita locaret ipsi venditori pro aliquo tempore, ⁊ postea fieret liberatio de affictu. ⁊ quod dixit ista verba Io anchora o cosi fato fare a Andriolo che quando sui sera deco de lāno io chie faro la sua fine vne volta. ho partito che tuto quello che da pannochia in sue suo, ⁊ da pannochia in zuso e mio. quia testis iste non probat, quoniam verba sonant quod Simō dixerit se emisse ab Andriolo bona Andrioli, ⁊ quod postea illa bona sic ēpta locauerit Andriolo, sed in casu nostro nō producitur aliquod instrumentum venditionis de cuius simulatione discutiatur. Item illa verba confessionis Simonis videlicet vna volta io ho partito che tuto quello che da pannochia in su sie de Andriolo, quod fuissent prolata fuerunt erronea, ⁊ reuocantur probato rem se aliter habere per dicta instrumēta: vt dixi supra ⁊ quia agitur de damno vitando tolerabilis est talis error etiam in facto proprio. l. sed si me putē. in principio. ff. de conditio. indeb. ⁊ plenius per Bar. in dicta. l. non fatetur. ¶ 7 †Preterea ista confessio nō fuit acceptata,[a] per dominū Jacobum, vt deponit iste testis: ergo non sufficit vt no. Cy. in. l. j. in. vj. q̄. C. de cōfes. ⁊ ibi expressius Selyce. in. xv. oppositio. ⁊ in. l. iubemus. C. de libe cau. ⁊ in. l. gn̄aliter, in vj. q̄. C. de non nu. pecu. vbi refert se ita sepius consuluisse, ⁊ ita tenuisse dominum suum. d. Richar. ⁊ probatur in. l. fi. ff. de interroga. actio. ⁊ ex significatione vocabuli: quia confessio idem est quod simul fassio: quia deriuatur a for faris, vel fare fatur, ⁊ dictio con, ⁊ si coniuncta denotat simultatem locationis. l. j. §. j. de pac. l. consensu. in princip. ff. de actio. ⁊ oblig. ⁊ per alias rationes, de quibus per doctores in predictis locis. ⁊ est de mēte Bald. in. l. ij. C. de repu. here. in ver. ij. noto. ⁊c. vnde dicit Saly. in. d. l. iubemus. quod non sufficit quod testes dicant confessionem factam fuisse parte presente, nisi dicant ⁊ eo instante ⁊ petente seu confessionē acceptante, pro quo etiā bene faciūt not. per Bart. in. d. l. j. §. fina. ff. de authoritate tutorum. cum concordantiis. ¶ Non probat etiā septimus testis per illas rationes per quas dixi precedentem non probare. ¶ Preterea iste testis in sua depositione loquitur de confessione Simonis confitentis quoddam aliud instrumentum separatum a diuisionibus ⁊ locationibus fuisse fictitie ⁊ simulate factum per Andriolū dicto domino Simoni: patet dum dicit, per che ho fato coli el mio Andriolo me a fato vna charta de vna quantita del suo per vegnire alla reparatione de li soi beni che non vedano alo estimo in la villa de sancto Martino, ⁊ questo non valia niente per che in li nostri instrumenti che habiamo fato io ho a fare da pēnā nochia in su, ⁊ lui da pannochia in su, ⁊ questio, fazo per reparatione de li soi beni. Sed itaq; est quod non queritur nunc de simulatione alterius instrumenti separati a diuisionibus ⁊ locationibus, denique dicta confessio Simonis in eadem parte, in qua dicit dictus testis Simonem dixisse per che in li instrumenti che habiamo fato io ho a fare de pannochia in suso. si subintelligatur dictio taxata, constat quod erronea confessio, que non nocet, probato per dicta instrumenta rem aliter se habere, vt dictum est. Item non deponit de confessione facta p̄sente pte intelligēte ⁊ acceptante imo dicit q̄d nescit si Jacobus intellexit. ⁊ per hoc etiam patet quod non probat octauus testis. ¶ Preterea non specificat iste testis de quibꝰ instrumentis intellexerit, aut dixerit Simon, nā d̄t Simonē dixisse, ego feci Andriola certa instrumenta de bonis ⁊ terris de sancto Martino: propter que defendo eum a collectis: ergo obscura non releuat. insuper iste testis non dicit de quibus bonis specifice dixerit Simoni, nam videtur q̄d non intellexerint de omnibus bonis Andrioli: quia multa habet Andriolus, quorum instrumento nō cantant in persona Simonis: ⁊ dicta verba verificari non possent in vna re vel duabus. d. l. inter illā. ⁊ cum non expresserit demōstrationes ⁊ confinia rerum non est clara ⁊ sufficiēs probatio. l. formam. in prin. ff. de censi. ⁊. l. pompo. scribit si frumentū. §. si. de rei vendicatio. ¶ Preterea isti tres testes de quibus proxime dixi si bene respiciantur, nō sunt contestes in relatione verborū dicti Simonis, vt patet ex inspectione attestationis, ⁊ ex verbis eorum. s̄. relatis. ⁊ per cōsequens non probāt, vt in. d. c. licet causam. ⁊ plene in. c. in nostra. de testi. ⁊ iste vltimus testis etiā deponit de confessione erronea, ⁊ facta absq; eo ibi quod pars ibi esset presens ⁊ intelligēs, ⁊ Joānes Paulus nihil dicit de simulatione dictorū instrumentorum diuisionum, sed solum dixit Simonem dixisse ipsi soli testi, quod inter ipsum Simonem ⁊ Andriolū erant instrumenta ⁊ iura, adeo quod ipsi homines sancti Martini nihil facere poterant si volebant collectare ipsum, ⁊ quoniā constat quod multa habet bona Andriolus que non obstātibus dictis instrumentis constabat ad Andriolum pertinere dicta villa: ergo non potest intelligi dicta confessio quod voluerit dicere de instrumentis diuisionum ⁊ locationū p̄dictorū. ¶ Propterea est singularis: ⁊ de confessione facta: parte absente loquitur. ⁊ nihil de simulatione dicit Decimus testis etiam non probat: quia non dicit quod aliquod factum fuerit instrumentum simulatum inter ipsum Simonem ⁊ Andriolum, sed solum dicit Simonem dixisse quod fecerat sibi per Andriolum fieri instrumenta de vna pte bonorū existentium in villa de sancto Martino. vnde potest intelligi de instrumento vero, ⁊ sic testis iste non concludit. ⁊ est singularis, nec dicit q̄ fuerint illa bona specifice. ergo ex. s̄. dictis apparet quod non p̄bat. Antonius. xj. testis non probat: quia inquantū dicit quod Simon dixit quod omnes terre existentes a pannochia. s̄. sunt Andrioli, est confessio erronea: q̄ non nocet probato per dicta instrumēta rem aliter se habere, vt est dictum supra. ¶ Inquantum vero deponit Simonem dixisse quod illa instrumenta, que fecerat ei Andriolꝰ fuerunt facta. vt defenderet Andriolum a brigis. ⁊ q̄d ista fuerunt verba formalia Simonis, dico quod nō probat de cōfessione facta parte presente ⁊ intelligente. ⁊ acceptāte secundum q̄d. s̄. declaratum est. ¶ Quinimo iste testis est singularis: q̄r deponit quod ista fuerūt verba formalia Simonis, ⁊ duo proximi sequentes interrogati de istis formalibus verbis Simonis aliter referūt verba formalia. s. vnꝰ vno modo, alius alio. 8 † ⁊ sic dato q̄d verba importarent eundem effectum, tamen diceretur singularis. quando dicūt illa fuisse verba formalia[b] vt no. dixit do. Anto. de but. in. c. nihil ob. de verbo. signific. ⁊ Bal. in. c. bone. el. j. de electione. in. vj. colū. vbi dixit q̄d testes fuerunt interrogati de formalitate verborum, ⁊ vnus dixit quod Titiꝰ dicit promitto. xxiiij. denarios, alius dixit quod fuit dictū, promitto duos solidos, erunt singulares, vel si vnꝰ dixit quod testis dixit. Titius heres esto, ⁊ alius dixit quod dixit Titium heredem instituo: erunt singulares secundum Anto. de but. in. d. c. nihil obstat: de verbo. signific. ⁊ ita d̄t fuisse determinatum. ¶ Et per hoc non ob. id quod deponit Bartholomeꝰ, ⁊ Mattheꝰ proximi sequen. testes. ¶ Non ob. id q̄d deponit Joānnus. xiij. testis: q̄r d dicit quodū fecerat Simon certa instrumenta pro bonis de sancto Martino causa defendendi dictum Andriolū ab oneribus. ⁊ nō dicit pro quibꝰ bonis specifice, nec dicit pro omnibus bonis, vnde illa verba verificant in duabus rebus, vt. d. l. inter illā. ⁊ dixi. s̄. ⁊ non deponit de cōfessione facta presente pte intelligente, seu acceptāte, vt requirit. ¶ Non obstat etiā Joannes. xv. testis: 9 † tū q̄r est affinis aduersariorum: ⁊ sic nō est integer testis, sed suspectus. vt inquit Bar. in. l. affinitatio.

a ¶ Acceptata. bal. authē. nouo iure. in fi. C. d̄ pen̄. iud. q̄ male iud. Fel. c. si cautio. co. v. d̄ fi. instru. Hypp. de marsi. l. d̄ vnoquoque. nu. clv. de re iudi. in rubrica. de prob. fo. xvj. doc. in. l. postquā liti. C. d̄ pac. Jas. l. is qui heres. co. iij. d̄ acqui. here. Cur. senior. cōs. lxxvij. deci. c. at si clerici. colū. xj. d̄ rescrip. Alex. s̄. l. j. cōs. xc. col. iiij. j. lib. iiij. cōs. xx. co. j. cōs. lxxxij. nu. iij. ⁊ lib. vj. cōs. clxxiiij. col. ij.

b ¶ Formalia. j. li. v. cōs. xlvij. colū. ij. cōs. cl. cōs. cliij. Cor. cōs. lxxvij. libr. iiij. Hyp. marsi. rubr. de p̄bati. fol. xliij. Alex. j. li. vij. cōsi. clxxvi. nu. j. Jas. l. queꝰ extrinsecꝰ. de uer. obl. vide deci. consi. clxiij.

tatis.ff.de procu.& Bal.in.c.literis.de testi.faciunt no.p Bar. in.l.admonendi.de iureiur.in.xi.columna.in versi.venio ad tertium. Tum etiam qr non deponit concludenter de dictis instrumentis, per que apparebat qd omnia bona de sancto Martino Andrioli viderentur translata in Simonem. Sed instrumenta diuisionum per heredes Simonis producta non ostendunt quod omnia bona de sancto Martino sint Simonis, imo ostendunt quod quedam sunt Simonis, & quedam Andrioli. ¶ Preterea iste testis est singularis: quia dicit quod dicta fuerunt verba formalia, & sequens testis qui videtur deponere de eodem loco & tempore, scilicet Genesius interrogatus que fuerint verba formalia, aliter refert formam verborum, & confessio de qua deponit Genesius est euidens erronea, et contra instrumenta diuisionum, & sic non probant, p ea q dixi.s. ¶ Alij duo testes vltimi, scilicet Mattheus de And. & qdam Joannes nihil etiam probant: qr loquunt & deponunt de auditu alieno.l.testium. C.de testi.c.in literis.de testi. ¶ Preterea domin9 Matthe9 dum deponit quod dicti de balisterijs soluebant collectas, est in hoc vnicus & singularis, et contrarium deponunt plures testes producti p parte heredem Simonis. accedat ad confirmationem iurium dicti Simonis: quia est probatum per aliquos testes etiam contestes quod Gregorius filius et heres quondam dicti Andrioli confessus est in presentia heredum Simonis quod habebant bona et possessiones in dicta terra sancti Martini, que do. Greg. tenebat ad affictum, vt deponit Fracisc9 Mattheus, & plures alij, † & isti deponunt vero 10 similiora. imo magis est eis credendum, etiam si sint pauciores. c.in nostra.de test.l.iij.post princ.& l.ob carmen.§.fi.ff.de testi. ¶ Quod autem verosimiliora deponunt patet: qr si verum fuisset quod dicta instrumenta fuissent per Simonem simulate facta ad euadenda onera subeunda in terra sancti Martini, simulatio fieret, & sic preualet illud quod in veritate agitur.l.nuda.ff.de contrahen.emp.l.si ab ignoto.ff.de manumis.test.& per totum. C.plus vale.quod agi.quam quod si testes autem heredum Andrioli deponunt quod Simon palam coram quam pluribus hominibus de dicta terra sancti Martini: dixit fecisse dicta instrumenta ad reparationem, seu ad euadenda onera Andrioli. quod si verum esset, laborasset Simon contra principalem intentionem suam, qua detegisset dictis hominib9 sancti Martini intentionem suam, & simulationem a se factam quod non cederet in mentem alicuius recte sentientis. ¶ Propterea Simon et Andriolus si voluissent instrumenta simulata conficere ad euadenda onera, non refecissent de omnibus bonis existentibus in dicta terra sicut de parte: † Item quia non 11 est verosimile qd Simon voluerit iactare suum, contra presumptionem.l.cum de indebito.s.de pba.& c.super hoc.de renun. & constat qd Simon ex causa successionis paterne & fraterne, & ex causa donationis sibi facte a patre, debet habere dimidiam dictorum bonorum existentium a pannochia supra, & tamen non apparet q aliqd habuit de dictis bonis diuisis ab Andriolo, seu qd habuit aliquid in recompensationem dictorum bonorum ab Andriolo fratre suo: nisi per dicta duo instrumenta diuisionum: ergo non est verosimile qd sint simulata. ¶ Preterea nemo presumit delinquere & fraudare voluisse.l.merito.ff.pro socio. ¶ Deniq p plures testes productos p parte Simonis & suorum heredum, est probatum quod pater dictorum Simonis, Andrioli, & Antonij, necnon dicti filij prefati Petri nunquam soluerunt collectas in dicta terra sancti Martini, nec eorum bona describebant in estimo. Alex.

## Epitome.

¶ Quod operatur clausula, omni meliori modo.

## Consilium. CXII.

Post redditum consilium precedens † in causa vertente inter heredes dni Si- 1 monis de Balisterijs ex parte vna, & heredes quondam Andrioli de Balisterijs ex parte altera. ¶ Quia in ipso consilio feci incidenter fundamentum in quodam instrumento emancipationis & assignationis quorundam bonorum in premium emancipato dotis domino Simoni, & Antoniolo p Petrum eorum patrem, quod non valet eo quia ex forma statutorum requirebat dictam emancipationem publicari in generali consilio secundum formam in dicto statuto traditam, que non reperitur seruata. ¶ Tamen hoc obstare non puto: qr dicta assignatio facta fuit in premium emancipationis, & omni alio modo, via & forma quibus magis & melius potuit & potest, vt dicta bona assignata dictus do. Simon & Andriolus sibi imputarent in legitimam debitam in bonis dicti eorum patris, & in quamcunq portionem hereditatis sibi competentem, & competituram in hereditate dicti Petri eorum patris. & plenius in instrumento continetur. vnde posito quod non valuisset emancipatio: tn quia non restringxit dictus Petrus dictam assignationem tantum ad causam pmij emancipationis, sed voluit valere omni alio meliori modo, quo valere potuit, & per cns vtile p inutile vitiari non debuit.l.sancimus.C.de dona.l.j.§.pe.de verb.oblig.& potuit pater assignare filio etiam non emancipato, vt in legitimam computaret saltem ex tpe mortis patris voluit dicta assignatio.l. Papi.§.si qs mortis.ff.de inof.testa.& l.donationes quas parentes.C.de dona.inter virum & vxorem.l.filium quem habentem.C.fa- 2 mi.erci.facit.l.cum q.de factis.§.fin.ff.ad.l.Fal. ¶ † Et quod illa clausula, oi meliori modo, operet illud q dixi, ptz ex no.p Bal.in l.vnum.in.vij.col.ff.si certum pe.vbi dixit qd p dictam clausulam apparet disponentem se noluisse restringere ad specificatam. & no. Ant. de But.in.c.examinata.circa medium.de iud.& in.c.litere.de dilatio.vbi refert ad hoc decisionem dnorum de rota in conclusione clxxx.& no.Jo.de Imo.in.l.nemo pt.ff.de le.j. ¶ Vn videm9 3 † q si testator aliquid reliquit particulariter filio, & non dicit in re institutionis: & addidit qd volebat testamentum valere oi meliori mo &c. perinde [a] est ac si expssisset qd relinqt iure institutionis, put reling dz filio, vt testamentum valeat. vt in.§.alis quoq ca. in aut.vt cum de ap.cog. ita voluit Bal.in.l.quoties. C.de here. institue. ¶ Et pptera Pau.de ca.consi.cccxxiij.li.j.incip.super 4 puncto quo qrit an testamentum consuluit † qd si testator in testamento mandat filium suum dotari, & postea dr, qd vult testamentum valere oi meliori mo. proinde est ac si filie reliqsset titulo institutionis. ¶ Ita ergo in pposito perinde est ac si Petrus in dicto testamento assignationis dixisset qd assignabat eis tit. donationis cum pacto qd in legitimam, & partem sibi in hrditate patris debitam imputaret: quo casu talis donatio vz saltem p confirmationem precedentem, & superuenientia mortis dicti Petri nulla pcedente reuocatione eiusdem. d.l.donationes, & alijs supra allegatis. ¶ Accedat q illa verba in pmium emancipationis apposita dicto instrumento ponunt inepte [b] & improprie. Nec arguunt illa verba qd donatio sit facta ob causam emancipationis. & sic puta, & ex 5 liberalitate †, eo qr pater qn emacipat filium, est ille que a filio meret premium, non econtra: qr fili9 vbi erat supposit9 nexibus patrie ptatis, liberat per emancipationem. ita habet in.l.cum oportet. §. cum aut. cum ibi no. per Barto. C.de bonis q liber.& in. l.fi.& ibi Bal.C.de ema.libe.& no. Bar.in.l.vt liberis.in fi.C.de col.& in l.j.§.ne castrem.ff.de colla.bono.bal.in.l.data.C.de donatio.& in auf.ex testamento.C.de col. ¶ Preterea etiam posito quod illa donatio non valuisset: tn redditur confirmata ex testamento eiusdem Petri, q eadem bona in pmium emancipationis assignata reliquit eidem Symoni & Andriolo, casus est in.l.si quando. in principio.de le.j. & stant etiam alia fundamenta de quibus in premisso consilio. ad que me remitto &c. Alex.

a ¶ Perinde, hec dicta non procedunt directo sed in vi clausule codicillis vide bene dic.rep.c.Raynutius.versi.in eodem te[sta]m[en]to relinques.j. numero.ccxxix.licet Alex.l.nam quod.§.non omnis, ad trebel. idem quod in hoc consi. teneat.

b ¶ Inepte. ga est donatio simplex. s.eod.consi.xxj. numero.ix.

## Epitome.

¶ Statutum est Matue qd stantibus agnatis mater non succedat nisi in legitima. Titi9 decessit relicto filio infante suo herede, q postea ipubes decedit. Modo frater Titij patruus pupilli vt in toto matrem excludat, vult ex psona pupilli, seu tanq eius heres abstinere ab hereditate Titij, vt eam insolidum ex persona propria tanq frater & proximior obtineat, an possit: decidit Alex. q sic. Sed licet habeat p se communes doctrinas et neminem contradicentem legero nec audiuero, tn iudicio meo male consuluit & in contrarium est veritas. L. M.

## Consilium. CXII.

Pro decisione supradicte dubitationis psuppono qd lz verba dicti statuti prima facie non videant expsse vocare agnatos, sed 1 excludere matrem a successione, excepta legitima † tn eo ipso q per existentiam agnatorum statutum excludit matrem, dicit vocare agnatos.l.seruo legato.§.si testator.& ibi no. Barto. & alij post eum.de lega.j.l.cum emancipati.§.fi.& ibi no.bar.de colla.bono. l. fideicommissum.§.interdum.& §. cum esset. de legatis tertio. l. post legatum.§.amittere.ff. de his quibus vt indignis. notat Bart.in.l.secunda.§.videndum.ff.ad Tertullia.l.j.§.penul.ff.

de contratabu. ⁊ Bal. in. l. maximum vitiū. in prima colū. C. de liber. preteri. ⁊. l. si quis filium. in versiculo quero retento statuto. C. de inofficioso testamento. ⁊ in. l. illam. C. de eo. ⁊ in. l. si defunctus. C. de suis ⁊ legitimis. ⁊ in. l. cōuēticulā. C. de episcopis ⁊ cleric. ¶ 2 † Hoc presupposito videtur prima consideratione dicendū q̄ in preiudiciū ⁊ damnum matris dicti infantis, seu in diminutione legitime debite ipsi matri, non possit patruꝰ dictā hereditatem delatā infanti repudiare, vt videtur casus. in l. liberto. lxxx. ff. de bo. liber. vbi si libertꝰ habebat ī bonis octoginta, ⁊ vltra hoc sibi legatꝰ fuerat fundus valoris. xl. ⁊ cedente die legati antequā agnosceret legatū, decessit p̄dictus libertus extraneo herede instituto, q repudiauit dictū legatū ex p̄sona liberti, queritur an patronus cui patrono debetur legitima in bonis liberti solum qñ libertus habet vltra. c. in bonis. iuxta. §. sed nostra. institu. de successio. liber. possit petere legitimā cōtra dictū extraneum heredē liberti. dubiū faciebat: quia facta repudiatione legati per heredē, perinde videbatur ac si nihil legatū fuisset. l. seruū filij. §. primo. ⁊. l. si tibi homo. §. cum seruus. de legatis primo, ⁊ nihil legatū fuisset, dictus libertus non habuisset in bonis. c. sed. lxxx. tantum. ⁊ sic nulla videbatur relinqui legitima patrono, sed tñ contrariū deciditur in dicta. l. si liberto. ¶ Et est singularis secundum Baldum in. l. fi. §. tali. C. de curat. furio. vbi dicit q̄d hoc est ibi ratione fraudis heredis legatarij. ¶ Ita ergo esse debet in casu nostro ne fiat fraus matri in legitima diminuēda, alias esset aperta via malitijs ⁊ fraudibus ⁊c. q̄d esse non debet in. l. fundo. ff. de rei vendicatione. ⁊. l. tres fratres. ff. de pactis. ¶ Tamē his non obstātibꝰ contrariū puto in casu nostro esse verius: q̄r hereditas paterna delata filio infanti intelligitur esse cū facultate ⁊ bñficio abstinendi ⁊ im miscendi. l. necessarijs. ⁊. l. ei qui. de acquirenda hereditate. ⁊ in. §. sed ⁊ his permittit pretor. instit. de hereditatibus que ab intesta. defe. ¶ 3 † Et licet hereditas paterna delata infanti transmittatur ex potētia suitatis, secundū opinionē Bart. ⁊ sequaciū in. l. si infanti. C. de iure deliberādi. ⁊. l. vētre cū similibꝰ: de acquirēda hereditate. tamē trāsmittit̄ cū facultate abstinēdi. l. si quis filiū. de acquirēda hr̄ditate. ¶ Et si teneremus opinionem tenentiū quod nullo modo trāsmittat infans hereditatē non aditam etiā paternā. vt no. in gl. in l. si infanti. in verbo hereditatis. ⁊ Iacobꝰ de bel. ⁊ vr̄ sequit̄ Bal. ibidem per illū textum. ⁊ per. l. secūdā. §. si q̄s ex liberis. secundum vnum intellectum. ff. ad tertylianū. ⁊ Salicetus in l. apud hostes. C. de suis ⁊ legitimis. res esset expedita contra dictā matrem verum quia magis cōmunis videtur opinio q̄d infans transmittat hereditatē paternam nō aditam ex potentia suitatis. ¶ Ideo dico quod etiā retenta magis communi opi. adhuc procedit quod dictus suus potest dictam hereditatē repudiare ex persona infantis, quia trāsmittit̄ tāq̄ adeunda, ⁊ cum potentia abstinendi. d. l. si quis filiū ⁊ nō obstat. d. l. si infanti. in ver. sed si parens neglexerit. ibi, ifans hereditatem sibi delatam trāsmittit vt aditam. q̄r respondeo q̄d ibi loquit̄ in trāsmissiōe que fit per infantē ad parentes seu ascēdentes suos. ⁊ in priuilegium parētū hoc inductū est, (vt patet ibi in prin. iūcto ver. seq. vt no. doc. ibi. ⁊ Bal. in. l. j. in fi. C. de his qui ante aper. tab. ⁊ sic non loquitur ibi de hereditate paterna trāsmittēda ex potentia suitatis, quo casu trāsmittit̄ etiam tāq̄ nō agita. l. si fratris. C. de iure deliberā. l. apud hostes. C. de suis ⁊ legitimis. cum si. Sed aliā hereditas non adita nō trāsmittebat̄. l. quoniam sororē. C. de iure deliberā. l. j. §. in nouissimo. C. de cad. tollen. ⁊ sic cū in hereditate dicti infantis inueniret̄ dicta facultas īmiscēdi se hereditate patris: nō dicebat̄ dicta hereditas ifantis locupletior: 4 † q̄r habēs ius adeūdi hereditatē nō dicit̄ esse locupletior. l. p̄tia rerū. ad. l. Fal. ¶ Et iō dicit Bal. ī. l. ij. ad. fi. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ in. l. Deo nobis. ad fi. C. de episc. ⁊ cle. quod ius adeūdi hereditate nō dr̄ esse in bonis nostris. p. d. l. p̄tia rerū. q̄ ad hoc reputat esse singulare: legitima pro solū debet̄ ex his q̄ erāt ī bonis defuncti. l. cū q̄rit̄. C. de inoffi. testamen. l. etiā. §. fi. ff. de bonis que lib. ¶ Cōfirmātur predicta: q̄r facta repudiatione per. d. patruum de hereditate delata dicto infanti p̄inde est ac si nunq̄ delata fuisset. d. l. seruū filij. §. j. ⁊. in p̄allegata. l. si tibi homo. §. cū seruus. ⁊ cōstat q̄d si nunq̄ delata fuisset nihil de ea deberet̄ matri. ¶ Fortificant̄ etiā p̄dicta p̄ id q̄d habet̄ in. l. qui autē. in princip. ver. perinde. ff. de his q̄ in fraudē credi. 5 † vbi debitor qui noluit adire hereditatem sibi delatā, vel agnoscere legatū sibi relictū, non dicit̄ aliquid fecisse in fraudem creditorū. ¶ Cōprobant̄ optime p̄. l. si mihi ⁊ tibi. in prin. cū glo. ⁊ clarius ex ibi no. per Dy. Bar. ⁊ alios de leg. j. vbi habet̄ q̄d si legatū vnius fundi est relictū mihi ⁊ Titio. ⁊ Titius ante agnitionē dicti legati decessit me relicto herede, est in potestate mea repudiare legatū ex p̄sona dicti Titij, cuiꝰ sū hr̄s, ⁊ amplecti totū legatū ex p̄sona mea mediāte iure accrescēdi p̄ illū textū. 6 † nec erit inutile: [a] q̄r si sum hr̄s Titij, nō teneor in aliquo de illa re legata Titio creditoribꝰ Titij, cui licuit totū in preiudiciū creditorum repudiare ⁊ p̄ repudiationē fecere suā hereditatē minorē, etiam hodie saltē si confeci inuentariū, [b] quo casu non teneor ego heres Titij vltra vires hereditatis Titij legatarijs ⁊ creditoribus. l. fin. §. ⁊ si prefatā. C. de iure delibe. ⁊ in auf. sed tamen testator. C. ad. l. Fal. ¶ Et licet oppositum tenere videatur Bar. ⁊ docto. in. d. l. si mihi ⁊ tibi. dū oppo. de dic. l. liberto. lxxx. vbi nō p̄mittitur heredi ad incommodū alterius repudiare legatū factum defuncto, tamen respondent q̄d illud procedit qñ heres ad incommodū alienum absq̄ commodo proprio repudiat legatū. secus quando repudiatio fit ad cōmodum repudiantis: quia valet, licet cedat ad damnū alicuius, vt. d. l. si mihi ⁊ tibi. cum ibi nota. nisi in casu. l. si fundum sub conditione. §. si Titius. vt ibi not. de leg. j. vbi ille alter in cuius incommodum repudiat̄, erat habiturus ex dispositione defuncti illud q̄d heres repudiat ex persona defuncti ⁊c. q̄r ille non est casus noster quia mater non erat ex dispositione defuncti habitura legitimā aliquā de hereditate patris delata infanti. ¶ Preterea in d. §. si Titius heres, repudiās nō repudiabat ad commodum suū: cū ergo in casu nostro dictā repudiationē facit patruus ad cōmodū suum, quia sibi postea tanq̄ proximiori defert̄ ex persona propria: igitur debet posse repudiare per doctrinam traditam in. d. l. si mihi ⁊ tibi. per quā, vt mihi videt̄, decidit̄ iste casus. ⁊ cum patruus repudiat principaliter vt sibi prosit, non vt alteri noceat: nec dicte mulieri iniuriam dicitur facere, nec dolū cōmittere. l. fluminum. §. itē videamus. ⁊ quod ibi not. ff. de dam. infec. ⁊ in. c. cum ecclesia vulterana. de electio. ¶ Et licet Rapha. cuma. in. d. l. si mihi ⁊ tibi. relinquat cogitādū sup̄ veritate illius doctrine tradite ibi per Bart. ex eo q̄r dicit Rapha. quod videtur contra. d. l. liberto. vbi repudians repudiabat ad commodum suum. s. ad excludendū patronū a bonorū possessione 𝔷 tabu. ⁊ tamen illa repudiatio hereditatis non valet ad preiudicium alterius: tamen respondeo verā esse doctrinam Bar. que cōmuniter probatur. ¶ Non obstat dicta obiectio, quia imo repudiatio in casu. d. l. liberto. lxxx. non afferebat cōmodum heredi repudianti: quia repudiebat̄ legatum ascēdens ad quadraginta, [c] ⁊ tota hereditas liberti sine legato valebat octuaginta. vnde si acceptasset heres legatum illa integra quadraginta spectassent ad patronum, cui debetur tertia. iuxta. d. §. sed nostra. ⁊. l. siue patronus. §. j. cum gl. in verbo, excludit̄. ff. de iure pa. ⁊ sic siue heres repudiasset legatū, siue nō: nihil commodi aut incommodi obueniebat heredi. ⁊ constat quod dictus patronus est ille qui est heres dicti infantis, non mater, 7 † quia matri competit sola legitima, que non est quota hereditatis, sed bonorum: l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testamen. l. si quis seruū. §. fina. cum. l. sequen. ff. de leg. ij. ⁊ probatur in. d. l. liberto. ⁊ not. docto. in. l. ex facto proponebatur. de heredib. institu. l. quoties. C. eodem titu. ideo ad ipsum patronum spectat facultas agnoscendi vel recipiendi. ⁊ per hoc est responsum ad omnia contraria. Alexan.

## ¶ Ludouicus accepit in depositum

lib. ducentas, ⁊ promisit custodire suo periculo. ⁊ restituere ad omnem eius voluntatem ⁊c. Eadē hora paulo post Paulus ⁊ Ioannes Thadeus scienter promiserūt indēnitate occasione depositi ipsi Ludouico, ipsumq̄ p̄miserūt eximere ⁊ obseruare ab obligatione depositi, de quo supra ⁊ vt latiꝰ etiā dictat instrumentum conseruationis inde confectum. modo Antonius petit depositum a Ludouico: Ludouicus autem petijt se eximi ⁊ liberari, ⁊ indemnem conseruari. excipitur pro parte Ioannis Thadei, ⁊ Pauli quod sunt parati quatenus intelligetur illo instrumēto eximere ⁊ extrahere ab omni damno

---

a ¶ Inutile. in hac cōmentitia vtilitate omnes docto. valde hallucinati sunt in. d. l. si mihi ⁊ tibi. in prin. dum ex. d. l. inferunt licere heredi legatarij delatum legatū repudiari, etiam in alterius preiudicium, saltem prodest heredi, quod est falsū, nedū cōtra equitatem, sed etiā contra tex. rotundum in. d. l. liberto. quem etiā pessime intelligūt nec de. l. si mihi. loquitur quādo agitur de preiudicio alieno, nec vlla alia lex. ⁊ sic determinatur per. d. l. liberto. facit ergo nouam ⁊ veram conclusionem q̄ licet institutus vel legatarius ipse possit repudiare in preiudicium alterius. l. qui autē. §. j. que in fraud. credi. l. j. §. verū. si quid in fraudē patroni. cū similibus. hoc non habet locum in herede ipsiꝰ instituti vel legatarij, vt late ī nouis meis intellect. super. d. l. liberto. ⁊ d. l. si mihi. in p̄n. ⁊ sic Ale. hic male consuluit. [illegible].

b ¶ Inuētarium. adhuc grauiꝰ errat Alexan. quia heres per beneficium inuētarij tenetur omnia iura hereditaria fideliter ⁊ integre describere ⁊ custodire in quo tenetur de dolo lata culpa ⁊ leui. multominꝰ igit̄ hic pōt donare aut remittere iura hereditaria. igit̄ nec repudiare institutionē vel legatū delatū d̄functo. Qr̄ hoc esset donare fa. l. magis puto. §. fundū. d̄ reb. eor. vt plene dixi ī cōsuet. pari s̄e. §. cl. ⁊ hoc singu. not. quia nullꝰ adhuc iurisperitorū aut pragmaticorum animaduertit licet quotidie accidere possit. [illegible]

c ¶ Quadraginta. liber meus ⁊ oēs impressi vsque ad haloandrū hꝫ quinquaginta. Grego. autē legit quadraginta ita etiā legit Accur. ibi vt pꝫ ex gl. ver. ampliorē. ⁊ Alexād. hic ⁊ ī dicta. l. si mihi. ⁊ puto esse veram lectionem sed tamen nō refert an sit quinquaginta vel quadraginta, q̄r lex non se fundat in hoc nec in ratione Alexand. hic que est falsa, quia ex ea sequeretur quod si. xx. vel. xxv. essent legata. heres posset repudiare in preiudiciū patroni, quia hoc prodesset heredi, quod est contra dictam legem liberto. quo generaliter loquitur ⁊ ampliat etiam respectu legatarium, vt hoc legatum repudiatum debeat nihilominus in falcidiam imputari tanq̄ eatenus facto ⁊ culpa heredis diminuta sit ex post facto hereditas. [illegible]

omni damno conseruare, dūmodo consignet eis pecunias ne locupletur cum eorum iactura. Item dicunt se non obligatos rigore conseruationis antedicte, tanquaz sine causa conferrēt. queritur an bene excipiant, ꝛ quid iuris?.

## Consilium.CXIIII.

Super eo de quo queritur omissis nō necessarijs puto de iure concludēdū dictos Ioānez Thadeū, ꝛ Pauluz recte ꝯ dictum Ludouicū excipere: qꝛ ꝑmissio facta ꝑ p̄dictos dicto Ludouico fuit de cōseruādo ipsum indemnez ab obligatione dicti depositi recepti ꝑ dn̄m Ludouicū a nobili viro Antonio Marchione palauisino [1] † sed dānum sentire dr̄ ille qui sentit diminutionē sui patrimonij, nō autem ille qui lucrum nō consequit̄. l. iij. ꝛ l. Proculus. in fine. de damno infecto. saltē quādo lucrum ipsum nō est radicatum ꝛ perfecte acquisitum per id quod not Dy. ꝛ Bartolus, Baldus ꝛ alij in. l. nō amplius. §. j. de legatis primo. ꝛ per gloss. in. d. l. j. §. quis autem propter. in versicu. in integrū restituitur. ff. de itin. actuqꝫ priua. ꝛ Cy. in. l. cum te. C. de dona. ante nupt. ¶ Cōstat autem quod lz dictus Ludouicus habeat necesse restituere depositū, quod restituere ꝛ ꝯseruare promisit nullum patitur damnum, alio non probato: nec lucrū aliquod sibi perfecte acquisitum perdere dicit̄. l. Lucius Titius Sēpronio. ꝛ l. lz. §. rei deposite. ff. depositi. ꝛ de se patet: ergo Ludouicus propter hoc ex dicta ꝑmissione indēnitatis agere nō pōt. [2] † Scdo ꝑ hoc facit: qꝛ ille cui est ꝑmissa indēnitas non potest agere cōtra promittentē, si aliunde pōt se conseruare. ita inquit Bar. in. l. q̄ro. in princi. ff. loca. per. l. j. de con. fis. debi. lib. x. ꝛ probat̄ in. l. j. C. de magi. cōue. ꝛ in. l. fi. C. de fide ius. tu. ꝛ no. Bald. in. l. j. C. de reuo. hꝭs que fraudem credi. cum simi. sz dictus Ludouicꝰ donec retinet penes se depositū, non potest dici quod non habeat vnde sit cōseruatuz sine dāno rebus sic stātibus ꝛc. ¶ Tertio: qꝛ si dictus Ludouicus vexatꝰ est fortasse in lite sibi mota per deponētem: ꝛ ꝑpterea ne dānū aliquod patiatur nō debent ad hoc teneri dicti Ioānes Thadeus, ꝛ Paulus, iuxta. l. pater. cum ibi not. per Bart. ff. de do. priui. quia istud procedit culpa dicti Ludouici absqꝫ iusta cā non restituentis depositum, vt tenetur. ideo cōqueri nō potest. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. c. ꝑuenit. el. ij. de iureiurand. ¶ Pro hoc bonus tex. in. l. quidam cum filium. de verb. obli. ꝛ quod ibi not. Bar. vbi ꝑ illum tex. dicit: [3] † quidam mihi ꝑmisit defendere castrū meū, ꝛ postea cōtingit propter culpam meaz vel delictū meum inferri bellū, ꝛ parari exercitum contra me. certe non tenebitur ille ꝑmissor mihi defendere castrū, ꝑ illum tex. ꝛ per. c. domino guerrā. in prin. in ti. hic finit̄ lex ꝛc. demum incipiunt consue. reg. ergo licet dicti ꝑmissores indēnitatis intelligant̄ ꝑmisisse defendere dictū Ludouicū a dicta obligatione depositi, vt in. d. l. pater. ꝛ ibi Bart. ꝛ not. Bald. in. l. si cum tibi. C. de euict. tamen non tenetur si culpa sua Ludouicus vexatur, vt qꝛ depositum iniuste recusat iuxta. l. veteres. in fin. ff. de itine. actuqꝫ priua. ꝛ l. penult. ff. quando appellandum sit. ¶ Pro hoc ꝛ quarto bene facit: quia dato ꝙ verba dicte promissionis indemnitatis possint intelligi dupliciter, scilicet vno modo, quod dicti promissores videantur assumere in se illam obligationem depositi missi, vel solū quantitatem depositi, dicto deponenti ad cōmodum, vtilitatē, ꝛ lucrum dicti Ludouici, ꝛ potest intelligi quod promiserunt indemnitatem, ꝛ curare quod dictus Ludouicus nō patiatur damnū ꝑ dicta obligatione depositi absqꝫ lucro dicti depositarij, vt si apparet dictū Ludouicum casu aliquo fortuito, cuius periculū in se suscepit. debet fieri potiꝰ interp̄tatio ſm istum vltimū intellectū, ꝙ secūdum primū: ꝛ sic contra dictum Ludouicum interpretabitur qui se fundat ex verbis dicti instrumenti, ꝛ qui producit ꝑbationem sue intentionis dictuz instrumentum promissionis indemnitatis. l. veteribus. ff. de pac. cū ibi no. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. c. in presentia. de probatio. [4] ¶ Confirmo ꝛ. v. predicta. † quia vbi potest capi alia coniectura [a] quā donationis, in dubio nō debet accipi ꝯiectura [a] vel presumptio donationis. l. cum de indebito. in prin. ff. de ꝑba. ꝛ l. si cū aurum. ff. de sol. l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. c. sup hoc. de renū. no. doc. in. l. falsus. C. de fur. cū si. ergo ī dubio debet accipi coniectura qꝺ dicta pecunia deposita debeat ex causa lucratiua remanere penes dictū Ludouicū, prout sequeretur si diceremus in omnē euētum tenere dictos Ioānē thadeū ꝛ Paulum esse obligatos ad conseruandum dictū depositarium, ꝛ ad soluendū ꝑ dicto depositario cum possit accipi coniectura quod voluerint ꝯhētes obligari solum vbi depositarius de suo proprio dānū senserit, ꝛ presertiz cū ita se habeat propria significatio dictorum verborum promissionis indēnitatis vt supra probatū est. ex quibꝰ infero qꝺ si dictus Ludouicus velit retinere depositum, nullatenus debet audiri agēdo ex illa promissione indemnitatis. ꝛ si illud restituat deponenti cum nullum ex hoc damnum patiatur, etiam agere no potest, vt patet ex predictis.

## Summarium.

1 ☞ Dicto peritorum standum.
2 Statur declarationi confitentis, si est dubia.
4 Intelligitur de minori in penalibus.
6 Minor aduersus confessionem delicti aliter non probati restituitur.
7 Pena capitalis verificatur in deportatione.
8 Sententia que fertur ex presumptionibus temperanda est.

## Consilium.CXV.

Allegationes.

In causa inquisitionis formate contra dominā Elenā. ¶ Puto esse aduertendū quod nō est probatū quod ex illa potatione aque venenose Petrus sit mortuus, nisi ex ꝯfessione domine Elene. ꝛ licet multa dici possint ꝯtra huiusmodi confessionez. de quibus in exceptionibus productis, ꝛ in allegationibus clarissimorū aduocatoruz Elene, tamen circa duo faciam fundamentum. ¶ Primum est: quia considero quod statutuz sub rubrica de pena venenātis exigit quod ex veneno mors sequatur. ꝛ in inquisitione narratur quod dicta aqua de qua dicta Elena dedit ad bibendū dicto Petro, fuit decocta in argento sublimato empto pro vno bonon̄. denario. Mō sic medici attestantur, quod ex modica aqua decocta in dicto argento non sequitur quod bibens eā moriatur. [1] † ꝛ in istis standum est dicto peritorum in arte. l. semel. C. de re mili. li. x. l. comparatiōes. C. de fide instrumē. c. significasti. el. ij. ꝺ homici. no. ī proposito Bartolus in. l. si rixa. ad si. ff. de sica. ꝛ doc. ī. c. proposuisti. de ꝑbationi. cum simi. ¶ Sed postquam in inquisitione aperte non dicit̄ quod dictus Perus liberit aquam venenosam in magna quantitate: ꝛ Elena simpliciter confessa fuerit contenta in inquisitiōe vera esse [2] † potest ipsa interpretari equiuoca verba sue confessionis ꝛ responsionis: quia potest declarari se intellexisse de aqua in modica quātitate, vt no. Bartolus in. l. si quis intentione ambigua. in fin. per illum textuz. ff. [a] de iudic. ꝛ sequitur Baldus ibi, ꝛ idem est de mēte Bartoli in l. inter stipulatem. §. j. de verbo. obliga. dum dicit, idem dico si litis contestatio est facta ꝛc. ꝛ Baldus in. l. si quidā. in secūda coll̄. C. de exceptio. ꝛ ita ipsa per se vel per eius procuratorem interpretata est, ꝛ per cōsequens sumus in casu in quo iuncta confessione ꝛ interpretatione predicta cum dicto medicorū apparet quod ex dicta potatione aque non apparet Petrū esse mortuum. Et si ipsa Elena, contrariū confessa est eius cōfessioni tanquā erronee standū nō esset, iuxta. l. error. ꝛ l. si post. C. de iur. ꝛ fact. ignorā. l. ꝺ etate. §. fi. ff. de in inte. rest. [3] ¶ † Istō an sit mortuus ex veneno vel non, ꝑtinere nō dicitur ad reuz, sed ad iudicium peritorū, nam in hoc nō debet attendi responsio rei, [4] sicuti † quādo reus est inquisitus quod vulnerauit Titium. debet respondere sup facto scilicet an vulnerauit vel nō. ꝛ ideo secundum Bar. non debet respondere se esse culpabilē vel non esse culpabilem: qꝛ illud discernere spectat ad iudicez. vt not. Bar. in. l. prima. §. accusationem. in fine per illū text. ff. ad turpil. ꝛ Bartolus cōsi. cxv. incipien. super eo quod queritur vtrum potestas ꝛc. quam decisionem vt veram ꝛ notabilē sequitur etiam Baldus in. l. prima. C. de lit. cōtesta. ꝛ in authēti. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. ¶ Ita in ꝑposito debuit, Elena respondere an Petrus sit mortuꝰ vel non, ꝛ an ei dederit venenum vel non. sed nō super hoc videlicet an mortuus sit ex dicto veneno: quia hoc spectat ad iudicium peritorum, vt est dictum: ꝛ periti deponūt qꝺ non sequitur quod ex potatione modice aque decocte in argēto sublimato bibēs moriatur. ꝛ nec in libello nec in responsione dicitur qꝺ fuerit magna quantitas. [5] ¶ † Imo in dubio dꝫ interpretari ꝛ intelligi de modica cū simꝰ in penalibus. l. si preses. ꝛ l. si de interpretatione. de penis. ff. vnde vi. dicit Baldus ꝛ Ioānes de Imola in. l. diuortio. in princip. ꝛ in. l. si quoties. §. si quis ita. el secū

